SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Testamenti Veteris Biblia Sacra, sive Libri Canonici Priscae Judaeorum Ecclesiae ...

Untertitel: Latini recens ex Hebraeo facti, brevibusq[ue] Scholiis illustrati ab Immanuele Tr...

Verlag: Marnius; Aubrius; Typis Wechelianis

Ort: Hanoviae; Hanoviae

Jahr: 1603

Kollektion: VD17-Mainstream

Gattung: Bibel

Werk Id: PPN779279484

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN779279484|LOG_0047

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=779279484

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

LIBRI APOCRYPHI, SIVE APPENDIX TESTAMENTI VETERIS AD CANONEM

priſcæ Eccleſiæ adjecta, Latináque recens è Græco ſermone facta, & notis brevibus illuſtrata, per

FRANCISCUM JUNIUM.

Ordo librorum Apocryphorum.

Hiſtorici, ex temporum ſerie diſpoſiti.

Tobiti liber I.
Oratio Menaſchis.
Judithæ lib.I.
Baruci lib.I.
Epiſtola Jirmejæ.
Adjectiones ad Danijelem.
Hezræ lib.III.
Hezræ lib. IV.
Adjectiones ad librum Eſtheræ.
Schimhonis lib.I. qui vulgo Macbæorum III.
Macbæorum lib.I.
Macbæorum lib. II.

Didaſcalici.

Liber Sapientiæ.
Eccleſiaſticus.

USTRISSIM

UILHELMO PRINCIP

NASSAU, CATZENEL

Vianden, Domino in Diedi

clementissimo,

QUOTIESCUNQUE

Illustrissime, quemadmodum

nihil amabilius, quàm

dilectrices cultrices

ut me vocas, quod dicis

quid commendari. Nam

ertoque quidem

tantummodò scriptis

eruditis, & nulla

non sibi mentitur homo

ut philosophos vobis

se, dumtò quidem omnes

mnibus: quorum auctoritate

Christi exemplaris tamquam

ut libertas habet ejusmodi

interpretatio sine studio

mentis peritiaque multiplice, &

tam pertinaciam, quorum

norum, doctissimorumque

memoria nostra animum ad

ns Ecclesiæ Christi sangre &

ns Deum fuissem fretus

vellis consortio, cujus peritia

us conspectus fuit jucundissimus,

memoriam absentia fecerunt

horum istorum auctorum

ia hominum adeò mijerum

ers tamen exstiterunt quæ me

ns recipientem retardarunt,

nnia navale reciperem, navigi

ipsi, neq; meus ille Intimus

ta opera in hac remigatione

bere Deo duce, pro Cynosura

ne majores, & pro remigibus

nnibus ubique inveniuntur loci

ne in contextu Græco atque

rum scriptorum auctoritate,

ne comparatione, partimque

ntibus Machæorũ libris T.

ndum, qui hos libros tanta

ditius Scripturæ auctoritate

ndum consuetudinem ejusdem

ne tyrannum expugnarem,

ILLUSTRISSIMO DOMINO,

D. GUILHELMO PRINCIPI AURIACO, COMITI IN NASSAU, CATZENELBOGEN, DIETZ, ET Vianden, Domino in Breda, &c. Domino suo clementissimo, S. P.

QUOTIESCUMQUE *mihi in mentem venit*, PRINCEPS *Illustrissime, sententiæ illius quam olim canebat Lyricus,* ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἀναλκιν ὑφῶτα λαμβάνει; *equidem aut à scribendo planè deterreor conscius imbecillitatis meæ, aut totus perhorresco si quando me vela, quod aiũt, dare ventis necesse est, & publico scriptũ aliquod committere. Nam quid est quod mea tenuitas ausit publico apertóq; cælo in oculis & auribus omnium exponere? quid palàm Ecclesiæ Christi tot tantorum hominum scriptis ornatæ & cultæ proponere, nisi me in spectatum hoc literarum stadium sententiæ bonorum pertraherent? quibus post emensos veteris Testamenti libros canonicos visus sum aliquid præstare debere & posse in hoc scriptorum genere. Ac mihi quidem longè fuit antehac gravius aliquid in canonicos libros scribendum instituere: quorum auctoritate constantissima ac fide certissima nititur Ecclesia Christi; ex quibus tamquam ex uberibus lac vitæ sugendum & tamquam ex penu cibum liberis præbet esuriẽtibus, ægrotantibúsq; medicinam; quorum nulla justa esse potest interpretatio sine studio pietatis maximo, sine cælesti sancti spiritus illustratione, sine scientia peritiáque multiplice, & sine instrumentorum omnium commoditate ad rem tantam pertinentium; quorum denique sensa tam multis veterum, recentium, probatissimorum, doctissimorúmque hominum libris pervestigata & enucleata sunt, ut quicumq; memoria nostra animum ad scribendum appellunt, magis actum agere videãtur, quàm Ecclesiæ Christi satagere: & fuisset illud profectò futurum gravissimũ; nisi secundùm Deum fuissem fretus clarissimi viri ac mihi conjunctissimi D. Immanuelis Tremellii consortio, cujus peritia jamdiu Ecclesiæ cognita, mihi verò jam est exploratissima, conspectus fuit jucundissimus, & suavissima studiorum inter nos communicatio, quæ memoriam absentis fecerunt acerbiorem. Sed in hoc opere etsi non ita deterret me librorum istorum auctoritas fretum veteris Ecclesiæ canone (errare enim & labi in scriptis hominum adeò miserum non est ac periculosum, quàm si in divinis offenderis) duæ res tamen exstiterunt quæ me ab hoc instituto multùm & sæpè deliberantẽ revocârunt, incipientem retardarunt, & sollicitaverunt provectum, ut me ad meum tranquillitatis navale reciperem, navigarémq; in domestico meorum studiorum portu. Una est, quòd neq; meus ille Immanuel mihi conjunctus adfuit, nec alter ab illo, cujus succedanea opera in hac remigatione mihi commodaretur; sed solus necesse habui remos impellere Deo duce, pro Cynosura habens authẽticos libros Scripturæ sacræ omni exceptione majores, & pro remigibus tenuem supellectilem librariam meam. Altera, quòd permulti ubiq; inveniũtur loci varii, distorti, depravati: depravati autem? imò profligati æquè in contextu Græco atque in translationibus: quos quidem locos partim ex canonicorum scriptorum auctoritate, partim ex ipsorum auctorum secum aut aliorum cum ipsis comparatione, partímque ex judicio necesse fuit emendare: quod cùm in aliis, tum in duobus Macbæorũ libris T. C. nullo negotio animadversura est. Sed quid ego de illis dicam, qui hos libros tanta animi contentione pro canonicis venditant, ut actum esse de totius Scripturæ auctoritate clamitent, si expungantur isti ex albo canonis? Equidem & consuetudinem istam, immanem istam (ut Augustinus appellat) belluam ferúmque tyrannum expugnarem, & audaciam eorum qui primi auctores fue-*

runt facti istius ostenderem, qui rebus humanis divinum honorem tribuerunt, nisi plenæ essent hoc argumento paginæ in libris veterum: quorum testimoniis ac potius auctoritate Scripturæ canonicæ belluam istam expugnatam atque prostratam jacere putaremus. Quid enim si libri in hoc numero non pauci exstant canoni sacro adversantes quibusdam locis, & diversum à veritate Dei constantissima prædicantes? quid si interdum sibi non constant ipsi? quid si in Ecclesiæ veteris sacrario judicio certo numquam fuerunt repositi, non tantùm Jehudæis librariis Ecclesiæ nostræ, sed Irenæo ipso, Origene, Hieronymo, Augustino, Epiphanio, & Joanne Damasceno testibus? quid si post quadringentos demum annos à salute parta, non divina illa, sed Ecclesiastica auctoritate donati sunt? Communis error in legem abiit, quod ne in causis quidẽ civilibus Jure coss. ferendum esse putaverunt. Quæ cùm ita sint, cùm his nominibus & compluribus alis de his scriptis grave sit agere, maluissem quidem certè heroëm (ut ita dicam) & coryphæum aliquem Scripturæ sacræ peritissimum recipere in se laborem istum quàm à me expeti, ut illius operâ tædium exhaustum, correctos locos, bestiámq; domitum atque confectam videremus: sed quia res à me desiderata est, ecce, partibus meis qua fide potui & diligentia maxima perfunctus sum. Verùm ut ad rem ipsam veniamus, habentur in hoc opere duo scriptorum genera: nam pleraque sunt historica, & duo didascalica.

TOBITI *liber varius est: Chaldæus venit in manus Hieronymi, qui desideratur memoria nostra: Hebræi exstant duo, sed exercitationis gratia confecti, siquid in Hebræo sermone possum judicare: Græcus liber, si finem exceperis, auctore Tobito inscribitur. Certè in Chaldæa Assyriáve scriptus est, idque (opinor) Chaldaicè ab homine pio quidem, sed eruditione mediocri & non paucis ex deportatione tenebris obruto, quibus hoc quoque scriptum offunditur.* MENASCHIS *oratio pia est, habetur Græce, auctore Menasche Rege an alio, incertum.* JUDITHÆ *librum Hebræum fuisse putat Hieronymus, Chaldæum scribit habuisse: mirum est sane historiam rei tam celebris in Jehudæa gestæ neque in ecclesia Hebraicè fuisse habitam, neque à Josepho præcone gentis suæ memoratam: hunc itaque & Tobiti librum poëma sacrum potiùs quàm historiam dixeris; adeò vir pius meritò veritatem utrobique, honestatem verò prudentiámque in hac re, siquando gesta est, desideraverit.* BARUCUM *&* JIRMEJÆ *epistolam non haberi inter Hebræos libros testis est Hieronymus: Græce quidem habentur, sed novitatem sapiunt sermone suo.* DANIJELIS *auctarium sive adjectio Græca est, pium canticum: reliquas Danijelis & Estheræ accessiones plane adscribo poëmatis.* HEZRÆ *libros duos me tacente evincit veritas: quos neque Hebraice ambos, neque alterum Græcè vidi, aut fuisse visos memini legere; sed justissima coram Deo & bonis omnibus analogia rem ad veritatem, sermonem ad Latinitatem revocavi, verbis (quoad ejus fieri potuit) cum vetere exemplo conformatis. Nihil habent Hezræ quàm falsò emendicatum nomen, & injuriâ maximâ: Auctorem enim, quem puduit sui operis, longe ampliùs debuerat puduisse, quum suis somniis nomen viri tanti præfigeret, & impudenter Ecclesiam vellet fallere.* ESTHERÆ *fragmenta neque sunt canonis, neque cum canone admodum consentiunt: scripsit ea Græcanicus aliquis mataeologus, qui sermonis sui elegantiam in postremo capite ostentavit.*

Hist. eccles. libr. 6. cap. 25.

Tres postremos libros communi appellatione (ut apud Eusebium testis est Origenes) prisca Ecclesia apud Syros Scharbit sarbane el, id est, virgam rebellantium Deo nominavit, vel contumaciũ in Deum; Græci dixerunt μακκαβαϊκὰ *per synecdochen à maxima argumenti parte.* SCHIMHONIS, *qui dicitur vulgò Macbæorum tertius, liber ab eodem auctore profectus est quo Sapientia. nam ovum ovo non est magis simile quam unius libri sermo sermoni alterius: fluit utrobique, sed redundat oratio, & eadem fere verba ac sententias adhibet. Hunc ego Philonem Alexandrinum fuisse puto: adeò*

to: adeò verba Philonium spirant, & Alexandrinum hominem arguit descriptiò. Schimhonem inscripsi de Sacerdotis qui tum erat nomine, sequutus exẽplum Scripturæ canonicæ, in quà virorum primariorum qui pars suæ historiæ fuerint in populo Dei, eorum inquã nomina tribuuntur libris: fuit enim Schimhon Sacerdos, quo tempore Ptolemæo Philopatori visum est in sacrarium involare. Atque hunc quidem librum sententia mea Hieronymus prologo in libros Regum (nam testamento veteri accenset) vocavit πάσορα, sive Pástorem Latino casu, non autẽ Pastôrem, ut pleriq; omnes putaverunt: nempe ἀπὸ τ παςάδος sive παςίδος, id est, ab atrio, in quo Sacerdos summus cum fideli comitatu suo interceßit ne rex veniret in sanctuarium, quo ex principio reliqua historia consequuta est. Sed nos inscriptionem evidentem, licet novam, veteri obscuræ & de qua controverti poßit anteposuimus. Quòd enim tertius Macbæorum liber nominatur, hoc fecit injuria temporum ex illa synecdochica loquutione quã modò diximus, cum post annos quinquaginta minimùm, Judæa Macbæorum nomen audiverit: quapropter immutato ordine hunc librũ ante alios collocavimus. PRIOREM Macbæorum librum Hebraicè à se visum narrat Hieronymus, eúmque temporibus Jochananis sive Joannis Hyrcani, qui filius fuit Schimhonis Macbæi, verisimile est fuisse scriptum: hunc Græcè habemus tantùm & corruptißimũ, sed tamen haudquaquam argumento inutilem, neque scriptum incommodè. POSTERIOREM Græcum esse tantùm & auctor indicat cap. 2. & idem Hieronymus ostendit, & evincit phrasis. Auctor quisquis fuerit, plus Jasoni Cyrenæo cuidam & sibi quàm veritati tribuit; inerticulus pariter & audax; re, ratione, verbis ab omni lege discedens historiæ, judicia sua intempestivè apponens paßim, ac nonnunquam etiam præter fidei sanctæ analogiã. Jam ad didascalicos veniamus. SAPIENTIÆ liber (quem olim prisca Ecclesia, teste Epiphanio, vocabat πολυάρετον, id est, omnium virtutum librum) nõ pauca pietatis documenta & singulares è Scriptura sacra observationes continet. Hunc Hieronymus Philonis (cujus ante meminimus) opus esse putat; Augustinus primùm quidem putavit Siracidæ duobus locis, sed posteà illud ipsum quod opinatus fuerat revocavit; vulgus Schelomoni tribuit ex auctoris ipsius verbis. Comta ejus & fluens oratio fecit ut Philonis esse diceretur: utrumque si dixeris, forte à vero non aberraveris; nempe à Schelomone quidem fragmenta esse, prout capite nono verbis Schelomonis agitur, & Philonem composuisse illa atque interpretatum esse Græca facundia.

οὐ λόγῳ αὐχυρωτῷ.

Lib. 2. de doctrina Christiana.

Lib. 17. de civitate Dei, cap. 20.

Lib. 2. retract. c. 4.

De ECCLESIASTICO, in suis præfationibus & quinquagesimo capite sustulit auctor omnem dubitationis causam, tum avi parentísq; tum suum ipsius nomen exprimendo: quo in libro Ethica sancta plurimùm compilavit. Hi autẽ omnes libri vulgo dicuntur Ἀπόκρυφοι, Apocryphi Græca appellatione, id est, occulti, propterea quòd Ecclesiæ non fuerunt traditi cum certa Spiritus Dei testificatione, ut in arca Ecclesiæ conderentur δεχέτυπα, & palam ex authentico illorum canone Ecclesia doceretur; sed velut humanæ artis opera clàm tantùm & inter privatos parietes, singularibus Ecclesiæ membris, volentibus legere permißi sunt, ut ex iis adjumẽta fidei cum judicio expromantur, non autem pro fundamentis fidem obstringentibus censeantur. Hieronymus verò quibusdam locis hagiographa hæc scripta nuncupat, voce apud ipsum quoq; Hieronymum ambigua. Sed de auctoritate posteà. Atque hos quidem libros olim cum scriptura canonica fuisse conjunctos & Testamento veteri adaptatos communis veterum nostrorúmque hominum docet consensio: ut jungerentur, etiam à nobis fuit postulatum. Fecimus, utinam fructu tam magno quam molestia. Etenim fructus quidem certè non mediocris ex his libris ad prudentes lectores & pios pervẽturus est; sive exempla historiarum spectes, quibus nihil ad delectandum suavius, nihil ad docendũ accommodatius exponi potest; sive didascalicorum librorum argumenta ad docendum æquè ac permovendum pertinentia: molestiæ verò nunquam pœnitebit me, si communẽ

aliquem in Ecclesia fructum enasci animadvertero, & T.C. placere operam. Tuam enim C Princeps Illustrissime, hic visum est appellare & tua ipsius causâ, & Illustrissimæ Principis ac conjugis tuæ, fœminæ lectissimæ. Quid ita? fortasse inquies. Certè quia utriq; vestrum, si cuiquam hominum Principi memoria nostra, multa evenerunt ejusmodi, qualia in historiis istis explicantur: multa vidistis, sensistis, probastis, perpessi estis quæ legendis istis facile erit vobis memoria recolere, & res anteactas vestras tamquā in speculo contemplari coràm. Deinde quid restet expenditis & novistis, scio: iter lubricum, anceps, periculosum, præceps; ubi invicta pietas, fides, veritas, Zelus, prudētia, justitia, fortitudo, temperantiáq; sunt opus, ut in nomine Domini consistatis: quarum omnium virtutum documenta hic amplissima obversantur æquè principibus viris ac tenuibus è plebe necessaria. Quid eventurum sit porrò, didicistis jamdiu; & ex certissima Dei ὑψιμέδοντος, (ut cū Poëta loquar) testificatione cognovistis promissiones Dei de vita præsente futuráque fuisse pietati factas; ac proinde reverentibus Dominum, credentibus, quærentibus semper faciem ipsius, & intrepidè ac constanter adhærentibus ipsi, æternam in cælis hæreditatem comparatam esse, quam traditurus est Dominus justus judex iis qui sanctè & syncerè confessi fuerint nomē suum. Quas ob res primùm supplex oro Deum opt. max. & Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut T.C. infinitis penè molestiarum molibus oppressam procellosisq; fluctibus jactatam magis ac magis in omni sancto pietatis humanitatisq; confirmet officio, animum stabiliat gratia, & cunctis benedictionib. ex sancto verbo ac promissione sua ornet augeatq; : deinde verò à T.C. obnixè peto, ut meam hanc operam quàm potui fidelissimè catholicæ Ecclesiæ præstitam & tibi oblatam accipias in bonam partem; & monimento hoc de meo erga T.C. studio officiisq; si qua T.C. grata poterunt à mea tenuitate proficisci, ampliùs confirmeris. Princeps Illustrissime, Deum iterū oro ut T.C. quàm diutissimè servet incolumem, tibi adsit, te suo Spiritu reverentiæ ac prudentiæ regat, & omni benedictionum genere exornet è cælis cumulatissimè.

T.C. studiosissimus
Franciscus Junius.

Φλαβίου Ἰωσήπου κατ' Ἀπίωνος α.

Εἰκότως, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως (ἅτε μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος, μήτε τινος ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲ ἀνωτάτω τῶν παλαιοτάτων κατὰ τὴν ὑπόπτοιαν τῶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ μαθόντων, τὰ δ' κατ' ἑαυτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων) οἱ μυριάδες βυβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων· δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βυβλίοις, τοῦ παντὸς ὄντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως πεπιστευμένα.

Καὶ μετὰ ταῦτα.

Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲ ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν.

Ἐπιφανίου ἐν λόγῳ ἀγκυρωτῷ.

Αὗται χρήσιμοι μὲν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν βιβλίων οὐκ ἀναφέρονται. διὸ οὐδὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπετέθησαν, ὅπου καὶ τὰ τῆς διαθήκης κεῖται.

Hieronymus ad Dommionem & Rogatianum.

Nec Apocryphorū, tertii & quarti Esdræ libri *somniis delectetur* quisquam: *quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen coartantur & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor* libris sunt canonicis, *senibus sunt procul abjicienda.*

Augustinus lib. 15. de civitate Dei, cap. 23.

In Apocryphis etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica auctoritas.

TO-

TOBIT.

Tobit Naphthalita adversis ac secundis rebus in Deum pius, & in fratres officiosus, facultatum amissione, exsilio, & cæcitate probatus, posteà benedictione Dei visum recipit, videt filium cum nuru adventantem & sobolem numerosam ex eis habet: quibus omnibus moriens benedicit, & ex prophetarum doctrina consulit.

CAPUT PRIMUM.

COMMENTARIUS *a* Tobiti filii Tobjelis filii Chananeelis, filii Hiddui, filii Gebahelis, è semine [2] Jachtzielis de tribu Naphthali:

2 [3] Qui captivus abductus est dieb. [4] Schalman-asaris regis Assyriorũ [5] è Thischbe, quæ *regio* sita est [6] ad dexteram ejus quæ propriè *dicitur* Naphthali in Galilæa, supra Ascheris *tribum*.

3 [7] Ego Tobit *b* fideliter ac justè ambulavi singulis dieb[9] vitæ meæ, eleemosynas multas faciens fratribus meis ac genti meæ, & iis qui venerant mecum in regionem Assyriorum Nineven.

4 Nam quum essem in regione mea in terra Jisraelis *c* juvenis adhuc, deficiente tota tribu Naphthali patris mei à [8] domo Jeruschalaim motum, quæ electa fuerat ex omnibus tribubus Jisraelis,

5 Ut sacrificarẽt *illic* omnes tribus, ubi sanctificatum fuerat templum *d* pro tabernaculo Altissimi, ex quo exstructum fuerat, in generationes omnes *e* æternas; & omnib. tribubus, quæ unà defecerant, sacrificantib. *f* Bahali deo, cum domo Naphthali patris mei:

6 Ego tamen [9] solus ibam sæpe Jeruschalaimà diebus festis, quemadmodum præscriptum est toti populo Jisraelis præcepto æterno, primitias decimasque fœtuum, & *g* prima vellera habens; & dabam ea Sacerdotibus posteris Aharonis ad altare *offerens*.

7 Primas [10] omnium fœtuum decimas dabam posteris Aharonis, qui ministrant Jeruschalaimis; secundas verò decimas vẽdebam, & profectus expendebam eas Jeruschalaimis unoquoque anno:

8 Tertias deniq; dabam iis quibus conveniebat *dari*, quemadmodum præceperat Debora mater patris mei; quia orphanus relictus fueram à patre meo.

9 Quúmq; *h* ad viri ætatem pervenissem, ducẽs Channam uxorem *i* è gente nostra, genui ex ea Tobijam.

10 Sed quum captivus Nineven abductus essem,

11 Omnibus fratribus meis ac gentilibus meis vescentibus *k* cibis gentium;

12 Ego continui *l* me ipsum, ne comederem *eos*:

13 [11] Quia memor eram Dei ex toto animo meo.

14 *m* Cõciliavit autem Altissimus gratiam *n* decoremque *mihi* coram Schalmanasare, ut essem [12] opsonator ipsius.

15 [13] Itaque profectus sum in Mediam:

16 [14] Deposuiq; apud Gebahelem fratrem Gobrajæ [15] Rageschi civitate Mediæ argenti talenta decem.

17 Postquàm verò mortuus est Schalmãasar, regnavit Sancherib filius ejus pro eo.

18 [16] Cujus *o* rationes quum incertæ essent, non potui ampliùs proficisci in Mediam.

19 Ac in diebus quidem Schalmanasaris eleemosynas multas feceram fratribus meis,

20 Cibos meos dederam esurientibus, & vestimenta mea nudis; & si quẽ ex gente mea videram mortuum, projectumq; [17] ad murum *p* Nineves, eum sepeliveram.

21 Præterea si quem occiderat Sancherib rex, quum venisset fugiẽs ex Jehudæa, furtim abripiens sepeliebam eum (multos enim perdebat indignatione sua) & requisita à rege corpora eorum non inveniebantur.

22 Profectus verò quidam Ninevitarum indicavit regi me sepelire eos; quamobrẽ abdidi me & cognoscens me quæri *q* ad mortem, ex metu me recepi aliò.

23 Tum raptæ sunt omnes facultates meę: neque relictum est mihi quicquam præter Channã uxorem meam, & Tobijã filiũ meũ.

24 ‖ Sed non præteriverant dies quinquaginta quinque, quũ occiderunt eum duo filii ipsius, fugerũtq; in montes *r* Armeniæ, & regnavit [18] Esarchaddon filius ejus pro eo, qui præfecit Achikarum filium fratris mei Chananeelis omnibus rationibus patris sui, & toti procurationi.

25 Postulante itaq; Achikaro mea causa, reversus sum Nineven: (erat enim Achikar à poculis, & ab annulo, [19] procuratórq; & rationarius, constituerat q; eum Esarchaddon *s* secundum à se, *t* filium fratris mei)

26 Reversoque mihi domum, restituta est Channa uxor, & Tobija filius meus.

---

[1] Hujus libri varia quidem sunt exẽplaria: nam ex Chaldæo trãstulit Hieronymus, memoriaq; nostra duo Hebræa in lucẽ prodierunt, quæ ab audaculis hominibus fuisse scripta spondeo, & malè cùm de Hebræa lingua, tum de Ecclesia merentibus: Nos verò editionem Græcam omnium probatissimã judicamus. Quãobrem in hac translatione nostra plurimum sequemur vestigia ejus, & mutationum (si quæ adhibebuntur) causas explicabimus. Scriptus est à Tobito liber, cujus inscriptio versus duos contineri in historia liber reliquus constituitur. Tempus ex hoc capite est evidentissimum.

[a] *Græc. liber sermonum, vel rerum: Hebraismus, ut 1. Regum 11.41.*

[2] sic restituendum ex 1. Chro. 7.13.

[3] vide 2. Reg. 17. & 18.

[4] vel Schalmaneseris, ex 2. Reg. 17.3. & 18.9. nam quod Græci Enemessarũ legunt, corrupta est appellatio, ut infrà vers. 14. 17. & 19.

[5] non civitatis, sed regionis bello partæ nomine, cujus situm optimè describunt sequentia: vide 1. Regum 17.1. annot.

[6] id est, ad Orientem tribui Naphthali.

[7] hic versus per prolepsin duas partes exponit quæ reliquo capite enarrantur: unam de instituto vitæ quod Tobija in solo natali suo sequutus est; alteram, de ratione vitæ postquam in Assyriam fuit deportatus, quarum partium enarratur prior usque ad vers. 10. posterior reliquo capite. Hanc verò distributionem (quam Hieronymus minimè intellexit) nos adjecta conjunctione fecimus evidentiorem.

[b] *Græc. viis veritatis & justitiæ: Hebraismus, cui similem, vide 1. Regũ 3.7. & infrà 3.5.*

[c] *Græc. juvene existente me.*

[8] id est, templo Dei, ut sequẽtia verba docent exegeticè.

[d] *Græ. Tabernaculi.*

[e] *Græ. seculi.*

[f] *Græ. potestati Bahalu. Exod. 22. Num. 18:*

[9] id est, aut sine comitatu, aut certè comitatu minimo, tamquam essem solitarius, ut ipse ait infrà 5:21.

[g] *Græc. primas tonsuras.*

[10] hæc verba in contextu Græco imperitè conjunguntur præcedenti versui, ut res ipsa loquitur. De hoc autem triplice decimarum genere, quæ hoc loco distinguuntur evidentissimè, vide Num. 18. & Deut. 14, 22. & sequent.

[h] *Græc. factus essem vir.*

[i] *Græc. è semine familiæ nostræ.*

[k] *panibus: Hebraismus, ut ℣. 20.*

[l] *Græ. animam meam.*

[11] hoc est, nolebam sinere, ut meus animus ullo pacto à recordatione reverẽtiaq; Dei abduceretur, inescatus allectamẽtis gentiũ: vide annotata Danijelis 1.8.

[m] *Græc. dedit, ut Exo. 3.21.*

[n] *Græc. formã.*

[12] sic Græcam vocem reddit Athenæus: Sitonem vel Sitarchũ vocãt Jureconsulti, aut etiam Sitocomum, i. annonæ curatorem.

[13] nempe quia regis aulam tenebat sequi pro officio Sitocomiæ. Reges enim stationem æstivam habebant in Media ut annotavimus Hezræ 6. 2.

[14] nẽpe pecuniam in loculis obsignatam, quam Tobit Gebaheli accepta cautione chirographi dederat asservandam, ut ostẽditur infrà 9. 6. & 7.

[15] i. in opido Ragæ, cujus opidi ex Aristobulo & Charete meminit Athenæus lib. 12. Dipnosoph. his verbis: Καὶ οἱ Παρθῶν δὲ βασιλεῖς ἐπανεέχουσι μὲν ἐν Ραγαῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ, etsi hoc quoque, ut metropoleos, sic regionis est nomen à terræmotu dictæ, de qua Diodorus Siculus lib. 19. cap. 15. multa. vide infrà. 6. 11.

[16] i. quũ præpeditus occupationibus non posset vacare constituendis & disponendis officiis domesticorum. Nam primùm ex cæde patris conturbatis omnibus fuit regno adversus fratres consulendum: deinde verò expeditiones suscipiendæ, de quibus 2. Reg. 18. & 19.

[o] *Græ viæ.*

[17] ubi habebatur forum ex usu veterum: quo modo apud Romanos pomœrium fuit appellatum. Sic intelligendum docent verba filii infr. 2. 2.

[p] *Græc. in Nineven.*

[q] *Græ. mori.*

‖ 2. Reg. 19. 37.

[r] *Græ. Ararati: vide Gen. 8. 4.*

[18] Græcè Achirdon quidẽ appellatur, aut Serchaddon; sed utrumq; corruptũ est, ut alia in his libris quãplurima.

[19] nẽpe qui regis negotia mãdato ipsius administraret; quẽ Jurecõsulti Græci λογιστὴν appellãt, Dorothe[9], Theophilus, Harmenopulus, alii.

[s] *Græ. à secunda.*

[t] *Græ. erat autem filius fratris mei.*

CAPUT II.

1 DIe festo pentecostes, qui *dies* sanctus est [1] septimanarum septem, *a* com-

[1] Sic appellatur pentecoste Exod. 34. 22. Levit. 23. 15. & Deut. 16. 10.

[a] *Græc. factum est prandium bonum.*

paratum est [2] prandium lautum mihi: quumque accumbens ad edendum cōtemplarer cibaria multa, edixi filio, abi, adduc quēcunq; inveneris fratrum nostrorum egentem, qui memor sit domini: Ecce autem [3] sum exspectaturus te.

2 Ille adveniens dixit, pater, *b* quidam è genere nostro projectus jacet [4] in foro strangulatus.

3 Tum ego antequam gustarem, exsiliens sustuli eum, & *exportavi* in domum quādam, donec occidisset sol:

4 Deinde reversus [5] lavi, & comedi cibum meum *c* tristis,

5 Recordando prophetiæ Hamosi, quemadmodum dixerit,

6 ‖ Convertentur feriæ vestræ in luctū, & omnia hilaria vestra in lamentum; ac flevi.

7 Quum autem occidisset sol, abii, & effossa *fovea* sepelivi eum.

8 Vicini verò *me* irridebant dicentes, non ampliùs metuit iste interfici propter facturn istud, quamvis antè aufugerit: ‖ Nā ecce mortuos iterum sepelit:

9 Eadémque nocte decubui [6] pollutus ad murum [7] hypæthri, facie mea nō obtecta; neque animadverti passeres in eo muro esse.

10 [8] Itaq; oculis meis apertis excreverunt passeres calidum *stercus* in oculos meos, unde enatæ sunt albugines in oculis meis; & quamvis adirem medicos, tamen non adjuverunt me. Achikar verò aluit me, donec [9] profectus esset in [10] Elymaida.

11 Channa autem uxor mea lanificium exercebat in [11] gynæceis:

12 Cui, quum remisisset *opus* suum [12] dominis, rependerunt quoque illi mercedem, & ampliùs etiam donarunt hœdum.

13 Quū verò venisset ad me, balare cœpit: Quamobrē dixi ei, unde hœdulus iste? [13] nonne furto sublatus est? Redde eum [14] dominis, nam nefas est comedere furto ablatum *quicquam*: dicente verò illa, *d* dono datus est mihi, præter mercedem, tamen [15] non credidi illi, sed edixi reddi eum dominis.

14 Meitaque contra illam *e* [16] exardescente, respondens illa mihi dixit, [17] ubi sunt tuę eleemosynæ, & justè facta tua? Ecce spectata sunt omnia apud te.

[a] ex lege Deu. 16.11.
[1] q. d. nō antè gustabo cibū quàm fratres egentes adduxeris.
[b] *Græc. unus.*
[4] vide sup. 1. 20.
[5] ex lege Levit. 21.
[c] *Græ. in tristitia.*
‖ *Hamos* 8.10.
‖ *Supra* 1.22.
[6] ex mortuo, cujus tactus hominem inquinabat; Num. 9.6.
[7] vel subdialis ambulationis. Hoc enim sonat Græcum αὐλῆς vocabulum, teste Athenęo lib. 5. dipnosophistarum. Hoc autem faciebat Tobit ex luctus sui gravitate, à cubiculo, tecto, & cubili abstinens.
[8] hæc verba viam sternūt ad eam fabulam, quæ traditur inf. cap. 6. & 11.
[9] sic restituimus ex conjectura, sublata litera una. Nam Tobitum ex eo loco minimè profectū esse docet cap. 14. Achikarum verò de sua dignitate dejectum esse, ipse Tobit narrat infrà cap. 14.10. De hoc autem Achikaro vide suprà 1.24. & 25.
[10] regionem Assyriæ de qua vide 1. Mac. 6.1.
[11] i. muliebribus officinis, quæ gynæcea sive gynæconitidas antiqui appellarunt, eorumque præfectos Gynæciarios qui pensa distribuebant singulis, & munerabantur operas. Hæc autem gynæcea cellas familiaricas Vitruvius nominat lib. 6. de Architect. cap. 10. atque in hæc gynæcea non dubito quin Tobiti uxor per Achikarum admissa sit.
[12] i. Gynæciariis, de quibus modò diximus.
[13] his verbis Tobit non incusat uxorem furti, eóque nomine pertinaciter in eam contendit; sed potiùs admonet permulta in aulis principum furto injuriaq; dominis justis adimi, ac propterea se ab hœdulo quem Gynæciarii uxori dederant de industria abhorrere, ne ullo pacto cum injustitia illorum communicet, rem ullam accipiens ab injustis possessoribus. Nam justus (ait Ambrosius) non tantùm crimen metuit, sed contagionem peccati.
[14] i. Gynæciariis, ut superiore versu diximus. quasi dicat, illi sunto domini, si placet: ego rerum ab illis donatarum nolim esse dominus, quia de alieno magis, quàm de suo ferè largiuntur.
[d] *Græc. donum.*
[15] nempe rem datam volenti retinere.
[e] *Græc. rubente.*
[16] propterea quòd rem datam recusaret reddere ex mandato meo.
[17] q. d. quid téne unum putas esse præditum bona fide & conscientia, qui tam malè de viris bonis, ac de nobis optimè meritis judicare audes? quin potiùs respice ad te, & fidem tuam explora: Nam si optima fide eleemosynas tuas & similia antè præstitisses, putarésne futurum fuisse, ut tu his malis obruereris à Deo? Spectata verò sunt facta tua, & quo animo antehac usus sis, res præsentes omnes plus satis clamitant: sic Ijobi 4.6. & alibi passim.

Caput III.

1 Egressus ex ædibus in aliquam solitudinē, ut apparet infrà ℣. 25.

1 ITaque cōtristatus [1] flevi, & oravi cum dolore, dicendo,

2 Justus es Domine, omniáque opera tua & omnes viæ tuæ sunt misericordia & veritas: etiam *a* judicio vero, justóque tu judicas in seculum.

3 Memento mei, & respice ad me: ne ulciscaris me pro peccatis meis, atque *b* erroribus meis, & majorum meorum qui peccaverunt coram te.

4 Nam non [2] obedivimus præceptis tuis: quamobrem *c* exposuisti nos direptioni & captivitati mortique, & dicterio *d* probroso omnibus apud quos dispersi sumus.

5 Nunc ergo, *ut* multa judicia tua sunt & vera, me facito propter peccata mea majorūque meorum, quia non fecimus præcepta tua (non enim ambulavimus *e* fideliter corā te.)

6 Nunc, inquam *f* prout placuit tibi facito me, præcepto *g* tolle spiritum meum ut dissolutus redigar in terram: quoniā utilius est mihi mori quàm vivere, quandoquidem exprobrationes falsas audivi, ac tristitia multa *h* incessit me; præcipe inquam me solutum à [3] necessitate hac, jam *concedere* in æternum locum; ne avertas faciem tuam à me.

7 Eo ipse die accidit filiæ Rehuelis Saræ [4] in Ecbatanis Mediæ, ut ipsi quoq; objiceretur probrum ab ancillis patris ipsius,

8 Quia tradita fuerat viris septem; sed [5] Aschmadæus improbum illud dæmonium occiderat eos, antequàm congrederentur cum ea, ut fit mulieribus.

9 Dicebant enim ipsi, [6] an nondum intelligis te præfocare viros tuos?

10 Jam septem viros habuisti, neq; vocaris de ullius eorum nomine.

11 Quid nos verberas propter [7] illos, siquidem mortui sunt? abi cum illis: ne videamus ex te filium aut filiam in seculum.

12 Hæc quum audisset, tristata est valdè, adeò ut strāgulatione premeretur: [8] sed dixit, equidem unica sum patri meo; [9] si fecero hoc, probrosum fuerit ipsi; & senium ejus deduxero cum dolore in sepulcrum.

13 Posteà oravit ad [10] fenestram quādam, dicens,

14 Benedictus es, Domine Deus mi, & benedictum nomen gloriæ tuæ, sanctum & pretiosum in secula; benedicāt tibi omnia opera tua in seculum.

15 Nunc autem, Domine, oculos meos & faciem meam *i* converti ad te,

16 Dicens ut liberes me ab hac terra, ac nō audiam ampliùs exprobrationem.

17 Tu nosti, Domine, me puram esse ab omni [11] peccato viri,

18 Ac non coinquinasse nomen meum, neque nomen patris mei in terra captivitatis meæ.

19 Unica sum patri meo, neque est ipsi alter natus qui percipiat hæreditatem ejus:

20 Neque *k* agnatus propinquus, neque filius ex eo, *l* cui me conservem ut nubam ipsi.

[a] *Gr. judicium verum.*
[b] *Græc. ignorationibus.*
[2] est quidem plurale verbum personæ tertiæ in contextu Græco: sed facilis fuit mutationis lapsus, & quod Hieronymus prima persona legit, judicamus esse adjunctis convenientius.
[c] *Græc. tradidisti nos in direptionem, &c.*
[d] *Græc. exprobrationis.*
[e] *Græc. in veritate.*
[f] *Græc. secundum placitum coram te, facito mecum.*
[g] *Græc. tollere præcipe: Hebraismus.*
[h] *Græc. est in me.*
[3] ducendæ vitæ & audiendorum probrorum, quæ duo invitus facio, ex necessitate non ex voluntate.
[4] mōtosa regione Mediæ, ubi fuit metropolis, quam vocant Geographi κατ' ἐξοχὴν Ecbatana, ut 2. Mac. 9.3. vide Hezræ 6. 2.
[5] hoc nomen in scripturis Canonicis nusquam legere memini; nec dubito ex portentosis Judæorum fabulis profectum esse. qui Aschmadai Syra voce appellāt principem dęmoniorum; sive à perditione & profligatione hominum, sive ab apostasia quæ duo Syrorum verbo denotantur. Atque huc spectat quod nominatim additur impuri illius dæmonii epitheton, quæ phrasis illorum fabulas, non scripturæ veritatem sapit. Quamobrē, ut nomen fabulosum, ita etiam quæcumque hìc ab eo dicuntur gesta fabulosa esse confirmamus. Nam certè non est tantum otii à rebus suis dæmoniorum principi, ut neglecta hominum perditione studeat amoribus, & rivalem agat.
[6] id est, an semper amore cæco rapieris? an semper dolore de viris amissis excæcaberis? an semper tibi indulgebis, & in alios immerenteis fures? an semper in nos tam indignè sævies, quam si viris tuis intulissemus mortem? at ejus si qua culpa in ullo residet, ea profectò est in te, quæ vivos enecas, mortuorum verò desiderio consumeris.
[7] Græcas voces ita distinguimus, τί ἡμᾶς μαστιγοῦς περὶ αὐτῶν. εἰ ἀπέθανον, &c. id est, nulla profectò causa est cur tam indigne nos excipias plagis; nisi fortè dolorem tuum de amissis viris in nos deoneras impotentissime; in quorum morte si qua culpa est eam nos minimè, sed tu ipsa præstare debes. Si ergo furis amore illorum, abi ad illos, & nos tandem aliquando sine quiescere. Hæc ita accipienda esse, ostendunt verba Saræ versu 17.
[8] nempe animum resumens, & se confirmans à strangulationis periculo, quod periculum mulieres ferè ex mœrore opprimit.
[9] id est, si me animo abjecto contingat strangulari.
[10] superioris contignationis, ut finis capitis demonstrat.
[i] *Græc. dedi.*
[11] id est, concupiscentia illa, ex qua me ancillæ, velut œstro percitam objicunt furere.
[k] *Græc. frater.*
[l] *Græc. ut conservem meipsam illi uxorem.*

21 Jamque

21 Jamq; perierunt mihi septem: quorsum me *in tempus* reliquum vivere?

22 Quod si non visum fuerit tibi occidere me;

23 Præcipe respiciens ad me, & misertus mei, ut nõ audiam ampliùs exprobrationem.

24 Exaudita autem est oratio utriusq; coram gloria Dei maximi:

25 Et missus est [12] Rephaël curaturus hos duos, Tobiti desquamaturus albugines, & Saram Rehuelis filiam traditurus Tobijæ Tobiti filio uxorem, ac ligaturus Aschmadęum improbum illud dæmonium, quia Tobiję *jus* acciderat, ut illam hæreditario jure duceret: eodémq; momento reversus Tobit ingressus est domum suam, & Sara Rehuëlis filia descẽdit è cœnaculo suo.

[12] hoc nomẽ Hebræum nihil aliud sonat quàm curatorem Dei fortis, id est, à Deo forti missũ: Quod nomen in canonicis scripturis exstare non meminimus de Angelo dictum; in Judæorum verò cõmentariis plurimùm Quamobrem historiam quæ de Rephaëlis curatione dicitur, tantidem facimus quàm amatorios illos furores Aschmadæi.

CAPUT IIII.

1 DIe illo recordatus Tobit [1] pecunię quam deposuerat apud Gebahelem Rageschi *civitate* Mediæ,

2 Dixit apud seipsum, ego postulabã mortem: quid nõ advoco Tobijam filium meum, ut ipsi indicem antequam moriar? Itaq; vocato illo dixit,

3 ‖ Fili, quum mortuus fuero, sepeli me, ac ne despicias matrem tuã: honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, & fac *a* quod placuerit tibi, neq; contristes eam.

4 Memento, fili, ipsam multa pericula *b* expertam esse propter te *latentem* in utero.

5 Quũ mortua fuerit, sepeli eam apud me in eodem sepulcro.

6 Omnib. diebus, fili, Domini Dei nostri recordare, neque *c* voluntariè pecces, & trãsgrediaris mandata ejus; sed justitiam *d* exerce omnibus diebus vitæ tuæ, ac ne ambules viis *e* iniquis: nam te *f* colente veritatem prosperi successus aderunt tuis operibus, & omnib. exercentibus justitiam.

7 De facultatibus tuis fac eleemosynam, ac ne invideto oculus tuus quũ facies eleemosynam; ne avertas faciem tuam ab *g* ullo paupere, & à te minimè avertetur facies Dei.

8 Prout tibi aderunt in multitudinem, facito ex eis eleemosynam:

9 ‖ Sin parum tibi fuerit, pro paucitate ne metuas facere eleemosynam:

10 Thesaurum enim bonum *h* comparas tibi ipsi [2] in diem necessitatis:

11 Nam eleemosyna à morte [3] liberat, nec sinit *auctorem suum* ingredi in tenebras:

12 Donum enim bonum est eleemosyna omnibus facientibus eam, [4] coram Altissimo.

13 *i* Attentè cave tibi ipsi, fili, ab omni scortatione; & ‖ uxorem inprimis assume de semine majorum tuorum, ac ne assumas uxorẽ exteram quæ non sit de tribu patris tui, quia filii [5] prophetarum sumus: Noachum, Abrahamũ, Iitzchakum & Jahakobum majores nostros *k* olim memento, fili, omnes istos duxisse uxores è cognatis suis, & benedictos fuisse in filiis suis, ac semen [6] ipsorum terram hæreditario jure possessurum esse.

14 Nunc etiam, fili, dilige fratres tuos, ac ne superbè *l* fastidias cũ animo tuo de fratribus tuis, & popularibus tuis, de illis, inquam, sumere tibi ipsi uxorem: nam superbiæ adest perditio multa, ac nõ stabilitas; & *m* arrogantiæ diminutio indigentiáq; maxima: arrogantia enim mater est famis.

15 [7] Merces omnis hominis qui operam commodaverit tibi apud te ne pernoctato, sed redde ei illicò; [8] quod si servieris Deo, reddetur tibi.

16 ‖ Attende tibi ipsi, fili, in omnibus operibus tuis, ut sis eruditus in tota conversatione tua; Itaq; quod odisti nemini feceris; vinũ ad ebrietatem ne bibas, [9] neque ambulet tecum *n* ebrius in via tua.

17 De *o* cibo tuo da esurienti, & nudis de vestibus tuis, omnium quæ abundaverint tibi fac eleemosynam; neque invideat oculus tuus quum facies eleemosynam.

18 [10] Effunde cibos tuos in monimentum justorum, neque des peccatoribus.

19 Consilium ab omni prudente quære, neq; contemnas *p* unquam consilium utile.

20 Omni autẽ momento benedic Domino; & ab eo postula ut viæ tuæ efficiantur rectæ, & omnes calles tui consiliáq; tua prosperè succedant. Nam *q* gens ulla non habet cõsilium, sed ipse Dominus dat omnia quę bona sunt, & quem vult deprimit prout vult: Nunc ergo, fili, recordare mandata mea, ac ne deleantur ex *r* animo tuo.

21 Jam verò indico tibi decem talenta argenti *esse*, quæ deposui apud Gebahelẽ filium Gobrajæ Rageschi Mediæ; neque propterea metuas, fili, quòd pauperes facti sumus; sunt tibi multa, si timeas Deum, & desistens ab omni peccato, feceris quæ *s* placent ipsi.

[1] de qua supr. 1.16.
‖ *Exod.* 20.12.
[a] *Græc. placitum ei.*
[b] *Græc. vidisse.*
[c] *Græc. velis peccare & trãsgredi.*
[d] *Græc. fac: sic deinceps.*
[e] *Græc. iniquitatis.*
[f] *Græ. faciente.*
[g] *Græc. omni.*
‖ *Infrà* ℣.17. *Deut.* 15.
[h] *Græ. thesaurizas.*
[2] i. in illud tẽpus, quo rerũ difficultatib. & angustiis opprimẽris, reposita erit, tamquã thesaurus beneficii tui compensatio; vide Eccles. 11.
[3] i. liberatores comparat, qui beneficiorum acceptorũ memores à suis benefactoribus propulsant mortis pericula, & à tenebris, id est; calamitatibus, vindicant: Nam tenebrarum nomine adversitates, ut contrà res prospe ræ nomine lucis designantur.
[4] i. pio & casto animo, qui Deo acceptus est, cõferatur eleemosyna: sic Matthæ. 6.
[i] *Græc. attende tibi.*
‖ *Exo.* 20.14.
[5] i ex eorum genere, quos Deus adoptavit gratuito federe in Christo, ut gloriã ipsius prædicemus. Nam prophetæ in scriptura appellantur nõ tantùm qui res futuras prædicunt, sed etiam quicunq; spiritu Dei acti fedus ipsius profitentur & gloriam prædicant: ut Gen. 20.7. & Psal. 105, 15.
[k] *Græc. à sæculo memento fili omnes istos sumsisse uxores è fratribus suis.* [6] nempe æque mulierum ac virorũ, ac proinde extraneis non esse promissiones factas.

[1] *Græ. superbias in corde tuo à fratribus, & filiis filiabũsq; populi tui.*
[m] *Græc. agresti naturæ.*
[7] contextus Græcus omnino ita distinguendus est.
[8] quasi dicat, penes Deum solum esto facultas retinendi mercedem, apud quem certissimè est reposita: quamobrem illi servito fide, &c.
‖ *Prover.* 11.2 *Levit.* 19. 13.
[9] i. ne consociator cum isto hominũ genere.
[n] *Græc. ebrietas; pro eo quod Hebræi dicerent, vir ebrietatis.*
[o] *Græc. pane: sic* ℣ *sequente.*
[10] i. benefaciendum quidem est omnibus, sed inprimis domesticis fidei, Galat. 6. 10. Neque tantùm illis, sed etiam illorũ posteris tamquam hæredibus ejusdẽ benedictionis, ut hac beneficentia ostẽdas virum bonum à te, & viventem coli & mortuum, ut loquitur Ruth. 1.8 Hæc autem beneficentia in virorum bonorum recordationem collata allegoricè hîc exprimitur ab usitata illis tẽporibus forma humanitatis; qua amici singulis posteris qui parentibus orbati erant convivia exhilarandis eis & recreandis adhibebant; de quibus vide Jir. 16.7. Est ergo πάρος τῶν δικαίων, idem quod οἱ δικαίοι παρέντες: hypallage Rhetorum.
[p] *Græc. in omni.* [q] *Græc omnis. Hebraismus, ut sup.* ℣.7. [r] *Græc. corde.*
[s] *Græc. placitum coram ipso.*

CAPUT V.

1 TUm respondens Tobija dixit, pater, faciam quæcunq; mandasti mihi:

2 Verùm quomodo potero recipere pecuniam illam, quum non cognoscam eum?

3 Itaq; dedit ei *pater* chirographum, & dixit ei,

4 Conquire tibi ipsi aliquem, qui dum vivo proficiscatur tecum, & dabo ei mercedẽ; ita profectus pecuniam illam recipe.

5 Abiens igitur ad conquirendum aliquem invenit Rephaëlem, qui

6 Erat Angelus, sed nesciebat *Tobija*:

7 Et dixit ei, an posses proficisci mecum in *civitatem* Mediæ Rageschum?

8 Et an peritus es locorum illorum?

9 Cui dixit Angelus, sum profecturus tecum, & apud Gebahelem *a* agnatum nostrum commoratus sum.

10 Dixit verò ei Tobija, exspecta me, ut dicam patri meo: qui dixit ei, abi, ac ne tardes.

11 Ingressus itaque dixit patri, ecce inveni qui proficiscatur mecum: edicente autem patre, voca illum ad me, ut cognoscam, ex qua tribu sit, & an certus *homo* sit ad proficiscendũ tecum, vocavit eum:

12 Quúmq; venisset intrò, salutarunt alter alterum;

[a] *Gr. fratrem.*

13 Et dixit ei Tobit, frater, ex qua tribu, & ex qua familia es tu? Indica mihi.

14 Quo dicēte ei, túne tribum & familiam quæris, an mercenariū, qui proficiscatur cum filio tuo? dixit illi Tobit, *b* cupio, frater, cognoscere genus & nomen tuum.

15 Dixit verò ille, [1] ego sum Hazarja *nomine*, genere verò filius Chananjæ illius magni & fratris tui.

16 Tum dixit Tobit, *c* prosperè adveneris, frater:

17 Sed ne irascaris mihi, quòd quæsivi tribum tuam, & familiam tuam cognoscere.

18 Tu verò agnatus meus es ex *d* optimo genere: Novi enim Chananjam, & Jonathanem filios Schemahjæ illius magni:

19 Ut qui iverimus *e* unà Jeruschalaima adoraturi, [2] afferētes primogenita *animalia* decimásque fœtuum:

20 Et ipsos *novi* non seductos esse errore fratrum nostrorum.

21 Ex *f* stirpe magna es, mi frater, sed dic quam tibi mercedem daturus sim, drachmam in diem *spondeo*, & quæ erūt opus ut etiam filio meo; etsi ampliùs adjecturus sum tibi ad mercedem hanc, si incolumes reversi fueritis.

22 Atque hoc modo inter ipsos convenit.

23 Tum edixit Tobijæ, *g* compara te ad iter istud, & itinere prospero utimini.

24 Paravítq; filius, quæ ad iter illud *pertinebant*; cui dixit pater illius, proficiscere cum homine hoc: qui autem in cælo habitat Deus, prosperet iter vestrum, & Angelus Dei proficiscatur vobiscum.

25 Itaque egressi sunt ambo ut proficiscerentur, & [3] canis filii comitatus est eos. Flevit autem Channa mater ejus, & dixit Tobito, quid emisisti filiū nostrum? nónne scipio manus nostræ est, *h* res nostras agens arbitratu nostro?

26 [4] Utinam argentum [5] huic argento non antecessisset, sed [6] ramenta nos circumstantia filii nostri essent.

27 Nam prout datum est nobis *i* unde vivamus à Domino, hoc sufficiens nobis est.

28 Dixit verò ei Tobit, ne curam habeas, soror; incolumis veniet, & oculi tui videbunt eum:

29 Angelus enim bonus proficiscetur cum eo, & prosperabitur iter ejus, revertetúrque incolumis: ita clamare destitit.

b Gr. volo.
[1] Hūc locum in contextu Græco corruptū esse, tum ipsa Tobiti quæstio, tum series historiæ evincit manifestissimè. Quamobrem ex verbis Hieronymi, & sequentium comparatione ita restituimus. Nam hic se Hazarjam nominat, non Hazarjæ filiū Angelus; atq; ita deinceps appellatur. Hoc autem mendacium est, quo neq; Deus, neque veri ipsius angeli in Canonicis libris leguntur usi: quod mendacium ut excusemus, non magnopere putamus esse laborandum; quia (ut multæ rationes hinc inde cōportentur) mendacium est mendaciū, à Deo & ab electis ejus Angelis alienissimum.
c Gr. salvus.
d Græc. Pulcro & bono: Hellenismus sic infrà 7.7.
e Gr. communiter, ut inf. 9. 8.
[2] vide sup. 1.6
f Gr. radice.
g Gr. paratus efficitor.
[3] cujus fit mētio propter historiam capitis 11.
h Gr. in eo quòd ingrediebatur ille, ac egrediebatur coram nobis, hebraism. ut Num. 27. 17.
[4] sensus est, quem non incommodè expressit Hieronymus, utinam numquam fuisset pecunia ista pro qua misisti eum, nec alia tibi antehac pecunia adfuisset, quàm hæc quæ nobis præsens est: Nam etsi præsens hæc pecunia nostra vix digna est, quæ cum ramentis facultatum quas prius habebamus, cōmparetur, tamen filio nostro futura fuisset satis, quæ nobis satis est.
[5] i. præsenti pecuniæ nostræ, quam hic habemus. [6] i. tenues hæ facultates nostræ, quas tamquam ramenta tergendo radendóq; ægre corrasimus. Hunc locum ut ita interpretemur, tum Græca verba effecerunt, tum versus sequentis ratio.
i Gr. vivere.

CAPUT VI.

1 ILli autem profecti eo itinere, venerunt vespere ad [1] Tigrim fluvium, ubi commorati sunt.

2 Quúmq; filius loturus descendisset, exsiluit piscis ex eo fluuio,

3 Qui volebat devorare filium.

4 Dixit verò Angelus illi, prehende piscem istum.

5 Itaq; firmè prehendens piscem illum filius projecit eum in terram:

6 Dixítque ei Angelus, disseca piscem istum, & excipiens cor hepárque & fel, repone ea tutò.

[1] Tigris enim anfractuosus est, & vētrem facit amplissimum Adiabenon ꝓsus, quā faciendū est iter Ninive petentibus Ecbatana.

7 Fecit ergo filius ut dixerat ipsi Angelus; piscem verò assatum comederunt, perrexerúntque ambo, donec appropinquarēt ad Ecbatana.

8 Quúmque dixisset filius Angelo, Hazarja frater, *a* quid sibi volunt cor istud, & hepar, ac fel istius piscis?

9 Dixit ei, [2] cor & hepar istud, si quem turbet dæmonium aut spiritus malus, ea adole coram viro aut muliere illa, ac minimè turbabitur ampliùs.

10 Felle inunge hominem qui habet albugines in oculis suis, ita curabitur.

11 Quum autē ad Rageschum appropinquassent,

12 Dixit Angelus ille filio, frater, hodie commoraturi sumus apud Rehuelem, qui idē est cognatus tuus: est autem ei filia unigenita, nomine Sara: loquar de ea ut detur tibi illa in uxorem.

13 Nam tibi accidit jus hæreditatis illius, quia tu solus es ex genere illius: puella autem pulcra & prudens est.

14 Nunc ergo ausculta mihi, & cōpellabo patrem illius, quúmq; revertemur Ragescho, *b* celebrabimus nuptias: Nam scio Rehuelem minimè daturum esse illam viro alteri, secundùm legem Moschis; neq; *c* sibi cōparaturum mortem: quia tibi convenit ut hæreditatem percipias, potiùs quàm ulli homini *alteri*.

15 Tunc dixit filius Angelo, Hazarja frater, audivi ego puellā septem viris fuisse traditam, & omnes in thalamo ipso periisse:

16 Nunc autē ego unicus sum patri, & metuo ne ingressus moriar, ut etiam priores illi; quia dæmonium diligit eam, *ut* quod neminē injuria afficiat prēter eos qui accedunt ipsam: Nunc, inquam, metuo ne moriar, & deducam vitā patris mei, & matris meæ ex dolore *d* mea causa percepto in sepulcrum ipsorum: Filius autem alter non est ipsis, qui sepeliat ipsos.

17 Dixit verò ei Angelus, an non meministi sermonum quos præcepit tibi pater, ut assumeres uxorem de gente tua?

18 Nunc ergo ausculta mihi frater, nā *e* tua erit uxor, illius verò dæmonii nullam rationem habe:

19 Nam hac ipsa nocte tradetur tibi illa in uxorem: quum autem ingressus fueris thalamum, si accipiēs cinerem [3] thymiamatum imposueris de corde istius piscis & hepate, atque adoleveris,

20 Quum odoratum fuerit Dæmonium, fugiet; neque ampliùs revertetur ut impetum faciat *f* in sempiternum.

21 Sed quando eris congressurus cum ea, exsurgite ambo, & inclamate Deum misericordem, qui misertus conservabit vos.

22 Ne metuas; nam illa tibi *g* jam olim erat præparata, & tu illam [4] servabis, ac proficiscetur tecum: etiam præcipio *animo* tibi fore ex ea liberos.

23 Quúmque Tobija audivisset ista, dilexit eam, & animus ipsius adhæsit ei pervalde: sic venerunt Ecbatana.

a Græ. quid est.
[2] consilium non divinum aut cæleste, sed plane magicū; ut partim doctrina Democriti magi, quæ apud Plinium habetur, partimq; impura Judæorū traditione possumus confirmare, qui harum nugarū doctores sunt aliis, & inter se quoq; exercitores superstitiosissimi, ut ipsorū libri usuales (ut ita vocem) ostendūt. Quāobrem cum argumento hoc, tum multis aliis adducor, ut Judæū aliquem thapsodū fuisse hujus libri consarcinatorē putem.
b Græc. faciemus.
c Græc. se debitorem constituturum mortis.
d Græc. de me
e Græc. tibi eris in uxorem.
[3] nempe eorū quibus tu ex legis analogia vespere uteris in tuis precibus: Nā thymiamata ut signa precum conjuncta erant precibus, ut interpretatur David Psalm. 141. 2.
f Græc. in seculum seculi.
g Græ. à seculo.
[4] ut Ephes. 5. 23.

CAPUT VII.

1 ADvenerunt itaq; ad domum Rehuelis; Sara autem obviam facta illis salutavit illos, & illi *resalutarunt* eam.

2 Posteà introduxit illos domum, dixítq;

Rehuel

Rehuel Hednæ uxori suæ, quàm similis *est* adolescens iste Tobito cognato meo!

3 Rogavítque eos Rehuel, unde estis, fratres?

4 Qui dixerunt ei, è filiis Naphthali, qui captivi sunt Nineves.

5 Dixítque illis, nostis Tobitum *a* cognatum meum? Qui dixerunt, novimus.

6 Dicente autem illo, valétne? dixerunt ipsi, & vivit & valet; dixítque Tobija, pater meus est.

7 Tum exsiliens Rehuel, & osculatus eum flevit, & benedixit ei, dicens ei, *b* optimi viri filius *es*. Audiens verò Tobitum amisisse oculos suos, dolore affectus est, & flevit:

8 Hedna quoque uxor ipsius & Sara filia ipsius fleverunt.

9 Posteà excipientes eos studiosè mactarunt arietem *c* subrumum, apposuerúntq; cibaria multa: dixit verò Tobija Rephaeli, Hazarja frater, loquere de iis quæ dicebas in itinere, ut perficiatur negotium: ita communicavit *d* rem cum Rehuele.

10 Tum dixit Rehuel Tobijæ, comede & bibe, & *e* age hilariter: tibi convenit filiam meam ducere:

11 Verumtamen indicabo tibi veritatem; dedi filiam meam septem viris, & quãdo congressuri erant cũ ea, mortui sunt de nocte: sed in præsentia hilariter age.

12 Dixit verò Tobija, non gustabo quicquã hic donec[1] adstantes constitueritis mecum. Itaque dixit Rehuel, *f* accipito illam jam ex jure: tu agnatus es illius, & illa *vicissim* tua.

13 Misericors autem Deus *g* prosperet vos rebus optimis.

14 Quum autem vocasset Saram filiam suam, venit ad patrem suum:

15 Qui prehendens manum illius [2] tradidit illam Tobijæ uxorem, dicens, ecce secundùm legem Moschis accipe illam, & abduc ad patrem tuum; & benedixit eis.

16 Deinde vocavit Hednã uxorem suam, & accipiens libellum scripsit *h* instrumentum conventionis, atque obsignavit.

17 Tum[3] cœperunt edere.

18 Posteà vocavit Rehuel Hednã uxorem suam, & dixit ei, soror[4] præpara alterum cubiculum, & introduc eam:

19 Quæ fecit prout dixerat, & introducẽs eam illuc flevit, *i* mutuásque lacrymas accepit filiæ suæ:

20 Dixítque ei, bono animo esto filia; Dominus cæli & terræ det tibi lętitiam pro tristitia hac tua: Bono animo esto, ô filia.

a Gr. fratrem: sic deinceps.

b Græc. pulcri mei & boni hominis: ut sup. 5. 18.

c Gr. ovium: Hebraismus.

d Gr. sermonẽ: Hebraismus.

e Gr. suaviter efficere.

f [1] Nempe tu & uxor, & si qui sunt alii, ad quos hujus connubii cognitio pertinebit.

g Græc. exporta illam ex nunc, secundum judicium.

h Græc. prosperum successum det vobis optimorum.

[2] ex prisco matrimoniorũ ritu.

i Gr. syngrapham.

[3] sic enim Tobija dixerat sup. ℣. 12.

[4] spõsæ enim priores in thalamo jugali à matribus familiâs honestè collocabantur, ante adventum viri: qua ratione factũ est, ut falleretur Jahakob Gen. 29. 23.

i Gr. & recepit lacrymas: phrasis elegantissima.

CAPUT VIII.

1 QUum autem absolvissent cœnare, [1] introduxerunt Tobijam ad illam:

2 Qui adiens meminit[2] verborum Rephaelis, acceptóque cinere thymiamatũ impositum cor illius piscis, & hepar adolevit:

3 Quem odorem quando sensit dęmonium, abiit in [3] *partes* superiores Ægypti, & ligavit eum Angelus.

4 Conclusis autẽ duobus illis simul ascendit Tobija in lectum, & dixit, surge soror, precemúrque, ut misericordiam faciat nobis Dominus.

5 Itaque cœpit Tobija dicere, benedictus es, ô Deus majorũ nostrorum, & benedictum nomen tuum sanctum, gloriosúmque in secula: benedicant tibi cæli, & omnes res creatę tuæ.

6 Tu fecisti Adamum, & dedisti ei adjumentum Chavam, firmamentum uxorem ipsius, è quibus factum est hominum *a* genus: tu dixisti non esse bonum ut sit homo solus; faciamus ipsi adjumentum simile ipsi.

7 Nunc autem, Domine, nõ ad scortationem accipio sororem meam hanc, sed[4] ex veritate.

8 Præcipe misertus mei ut cum hac consenescam: quæ dixit cum eo, Amen. Ita cubuerunt ambo ea nocte.

9 Surgens autem Rehuel abiit, effodítq; sepulcrum dicens, nónne hic etiam mortuus fuerit?

10 Et veniens Rehuel domum suam, dixit Hednæ uxori suæ,

11 Mitte unam ancillarum quæ videat an vivit: sin minus, [5] *renunciet*, ut sepeliam eum, & nemo noverit.

12 Tum veniens ancilla quum aperuisset januam, invenit duos ipsos dormientes:

13 Egressaq; renunciavit eis illum vivere.

14 Itaque benedixit Rehuel Deo, dicens, benedictus es, ô Deus, omni benedictione pura, & sancta, & benedicant tibi omnes sancti tui, omnésque res creatæ tuæ, benedicant, inquam, tibi omnes angeli tui & electi tui in omnia secula: benedictus es, quòd exhilaraveris me, ac non fuerit factum mihi prout animo præceperam, sed pro multa misericordia tua *b* te gesseris erga nos.

15 Benedictus *es*, quòd duorum unigenitorum misertus sis; fac eis Domine misericordiam, *c* fac ut percurrant vitam suam incolumes cum lætitia, & misericordia.

16 Jussitque famulis ut obruerent sepulcrum.

17 Posteà exhibuit eis nuptiale convivium dierum[6] quatuordecim; dixitq; ei Rehuel ante quàm absolverentur dies nuptiales adhibito juramento, eum non egressurum esse, donec cõpleti essent illi quatuordecim dies nuptiales convivii:

18 Tum verò accepto dimidio facultatum ejus abiturum incolumem ad patrẽ: reliqua verò, *inquit*, *accipies* quum mortui fuerimus ego & uxor mea.

a [1] Nempe Rehuel & Hedna uxor, pro eo ritu quem superiore capite attigimus.

[2] de quibus vide sup. 6. 9.

[3] i. Montana illa, quibus Ægyptus à Libya ditimitur. Fabulosum argumẽtum, ut in 6. cap. docuimus.

Gr. semen.

[4] i. ex verbo tuo, & lege, quæ lex veritatis est.

[5] ellipsis frequens, quam ex vers. 16. implevimus.

b Gr. feceris nobiscum.

c Gr. eorum vitam perfice.

[6] nempe septenũm dierum in sponsum & sponsam unigenitos, ut dixerat sup. ℣. 15. alioqui septemdialia erant nuptiarum cõvivia. Genes. 29. 27. & Judic. 14. 15. & sequentibus, & infrà 11. 20.

CAPUT IX.

1 TUm vocans Tobija Rephaelem,

2 Dixit ei, Hazarja frater,

3 Accipe tecum puerum & duos camelos, ac proficiscere Rageschum Mediæ ad Gebahelem, & referens ad me pecuniã illã, ipsum adduc ad nuptias: quandoquidem juravit Rehuel, me non egressurum esse:

4 Nam pater meus numerat hos dies:

5 Quòd si tardavero multùm, dolebit admodum.

6 Ita profectus Rephael commoratus est apud Gebahelem, & exhibuit illi [1] chirographum ipsum:

7 Ille verò afferens loculos ipsos cum sigillis, vicissim tradidit ei.

8 Posteà manè surgentes, *a* simul venerũt ad nuptias, [2] & benedixit *Gehahel* Tobijæ & uxori ejus.

[1] Nempe quo Tobito pecuniam deponenti depositarius caverat se aut ipsi Tobito, aut alteri mandatario ipsius redditurum qui exhibuerit chirographum: ut sup. 5. 3.

a Græ. communiter: ut sup. 5. 19.

[2] sic contextum Græcum visum est emẽdare, tum ex rei natura, tum ex Hieronymi ipsi testimonio.

CAPUT X.

1 PAter autẽ illius Tobit supputabat unoquoque die: quúmq; impleti essent dies

profectionis, nec venissent illi, dicebat Tobit, an fortè [1] confusus est?

2 An fortè mortuus est Gebahel, ut nemo illi reddat pecuniam istam?

3 Et contristabatur valde: dicebat verò illi uxor, periit puer, quandoquidem tardavit.

4 Cœpitque ea lugere ipsum dicens:

5 [2] Eheu, pœnitet me fili, quòd dimiserim te, lucem oculorum meorum.

6 Cui dixit Tobit, tace, ne curam habeas, incolumis est.

7 Sed dicebat illa ei, tace, ne fallas me, perijt puer meus; & abibat quotidie in viam foras, quà discesserant:

8 Interdiu autem *a* cibum non capiebat, noctes verò totas non desinebat lamentari Tobijam filium suum:

9 Tantisper dum absoluti essent dies quatuordecim nuptiarum, quos iuraverat Rehuel eum illic *b* consumturum esse.

10 Dixit autem Tobija Rehueli, dimitte me, nam pater meus & mater mea nõ ampliùs sperant visuros esse me.

11 Cui dixit ipsius socer, mane apud me, & ego mittam ad patrem tuum, qui significent ipsi *c* res tuas. Sed Tobija dixit, nequaquam; verùm dimitte me ad patrem meum. surgens itaque Rehuel dedit ipsi Saram uxorẽ ipsius cum dimidio facultatum, [3] corporibus, jumẽtisque, & pecunia.

12 Et benedicens eis dimisit eos, dicendo, prosperum successum det vobis Deus, ô nati, Deus cæli, antequàm moriar: dixit verò filiæ suæ, honora [4] soceros tuos: illi nunc parentes tui sunt: audiam de te *d* sermonẽ bonum; & osculatus est eam.

13 Hedna autem dixit Tobijæ, frater care, constituat te Dominus cæli, & det mihi ut videam liberos tuos ex Sara filia mea, ut exhilarer corã Domino. Ecce autem depono apud te filiam meam in depositum: ne ergo contristes eam. posteà abiit etiam Tobija benedicẽs Deo, qui prosperaverat viam suam, quum benedixisset Rehueli, & Hednæ uxori ejus.

[1] i. lusit operam. & cõsum sit frustra? nẽpe ea ratione quam exponit Tobit versu sequenti, bonus vir bene de Gebahele cogitans.

[2] non dubium est cùm ex Hieronymi interpretatione, tum ex rei ipsius argumẽto. quin verba Græca corrupta sint. Est enim οὐ pro οὐ legendũ, qua mutatione facta totus locus est evidentissimus.

[a] *Græc. panem non comedebat. Hebraismus.*

[b] *Græc. facturum.*

[c] *Græc. ea quæ de te sunt.*

[3] nẽpe humanis, id est. mãcipiis, κατ' ἐξοχὴν.

[4] i. socerum & socrum. Hebraismus.

[d] *Græc. auditionem.*

CAPUT XI.

1 QUum autem profectus esset donec appropinquarent ipsi ad Nineven,

2 Dixit Rephaël Tobijæ, nosti frater, ut dimiseris patrem tuum:

3 Præcurramus ante uxorẽ tuam, ut comparemus domum:

4 Et accipe ad manum istud fel piscis.

5 Ita processerunt, & unà abiit canis [1] sequutus eos.

6 Channa autem sedebat circumspiciens *pro* filio suo in via, & animadvertens eum venientem dixit patri ejus:

7 Ecce filius tuus advenit, & vir ille qui erat profectus cũ eo; & dixit Rephaël, scio ego, Tobija, aperturum oculos suos patrẽ tuum esse:

8 Tu itaq; inunge felle hoc oculos ipsius, nam [2] mordicatus exteret abjiciétque albugines, & videbit te.

9 Accurrens verò Channa *a* irruit in collum filii sui, & dixit ei, videam te fili, deinceps moriar; fleverúntque ambo.

10 Tobit quoq; exibat ad januam; sed impegit: filius autem ejus accurrit ad eũ, & prehendẽs patrem suum inspersit fel illud oculis patris sui, dicens, *b* bono animo esto pater; ut autem mordicati sunt, extrivit oculos suos, & [3] desquamatæ sunt de angulis oculorum ejus albugines.

11 Ita videns filium suum irruit in collum ejus & flevit:

12 Deinde dixit, Benedictus es, ô Deus,

13 Et benedictum nomen tuum in secula:

14 [4] Et benedicãt tibi omnes sancti tui Angeli, quia flagellasti, & misericordia usus es:

15 Nam ecce video Tobijam filiũ meum.

16 Itaq; ingressus est filius ejus gaudens,

17 Et renũciavit patri suo res illas magnas, quæ factæ fuerant in Media.

18 Tum egressus est Tobit *c* obviam nurui suæ gaudens & benedicens Deo, ad portam Nineves, & mirantibus iis qui contemplabãtur ipsum incedentem, eo quòd recepisset visum, Tobit profitebatur coram omnibus misertum ipsi [5] fuisse Deum; quúmq; appropinquasset Tobit ad Saram nurum suam, benedixit ei dicens, *d* prosperè adveneris filia; benedictus sit Deus qui adduxit te ad nos, & pater tuus, ac mater tua; fuítq; lætitia omnibus qui erant Nineves *e* cognatis ejus.

19 Adfuit enim [5] Achikar, & Nitzba filius fratris ejus,

20 Et agitatæ sunt nuptiæ Tobijæ *f* hilariter diebus [6] septem.

[1] Inde à profectione, ut dictum est supr. 5. 25. nã hoc præeunte signo intelligitur Channa è longinquo Tobijam filiũ agnovisse.

[a] illiti fellis acrimonia.

[a] *Græc. incidit: sic infra v. 11.*

[b] *Græc. aude.*

[1] id est, pelliculæ squamis similes ex oculis ipsi [9] exciderunt.

[4] ad verbum sic habetur, & benedicti omnes sancti Angeli tui. Sed quorsum hoc ad agendas de curatione gratias? Quamobrem ego sic legendum sentio ut reposuimus, aut certè intelligendum passivum verbum ex Atticorum usu.

[c] *Græc. in occursum nurus.*

[d] *Græc. incolumiu.*

[e] *Græc. fratribus.*

[5] de quo suprà 1. 24. Húc autẽ locum sic legendum suspicor, Ἀχίχαρος ὁ ὑὸς Νισβᾶς, sive (ut Græci legũt) Ναοβᾶς, pro eo quod est, Achikar qui etiam appellabatur Nitzba, quasi dicas præfectus, sive procurator, & gestor negotiorum regis, quod significatur appellatione Nitzba.

[f] *Græc. cum lætitia.*

[6] vide suprà 8. 17.

CAPUT XII.

1 POsteà advocans Tobit Tobijam filium dixit ei, vide fili *ut* des mercedem homini huic, qui profectus est tecum: etiam ampliùs ei oportet addere.

2 Cui dixit Tobija, pater *a* non esset mihi grave dare ipsi dimidium eorum quæ attuli,

3 Quia me reduxit ad te incolumem, & uxorem meam curavit, & pecuniam meam attulit, denique te curavit cõsimiliter; dixítque senex, justè fiet si dabitur ei.

4 Et [1] accersens Angelum dixit ei:

5 Accipe dimidium eorum quæ attulistis,

6 Ita discede incolumis.

7 Tum *Angelus* vocans duos ipsos clàm, dixit eis, benedicite Deo, eúmque celebrate, & amplitudinẽ *b* tribuite ei; celebrate, inquam, coram omnibus vivẽtibus, pro iis rebus quas fecit erga vos; bonum est benedicere Deo, & efferre nomen ejus, *c* res à Deo gestas honorificè ostendendo, ac ne pigremini celebrare ipsum.

8 Arcanum enim regis bonum est occultare, opera autem Dei revelare gloriosum; bonum facite, & malum non assequetur vos.

9 Bona res est oratio cum jejunio, misericordiáq; & justitia: melius est parum cum justitia, quàm multum cum injustitia: melius exercere misericordiam, quàm auri thesauros comportare. misericordia enim ex morte liberat, & ipsa expurgat omne peccatum, qui *d* exercent misericordiam & justitiam omnimodam, & implebuntur vita:

10 Qui autem peccant, hostes sunt suæ ipsorum vitæ.

11 Minimè occulturus sum à vobis *e* ullum verbum, *ut* qui dixerim arcanum regis occultare bonum esse, opera verò Dei revelare gloriosum.

12 Jam itaque quando orabas tu & sponsa tua

Suprà 5. 21.

[a] *Græc. non lædor dans ei.*

[1] nempe senex Tobit: quamobrem plurali utitur sequente versu dicens, dimidium eorum quę attulistis.

[b] *Græc. date.*

[c] *Græc. sermones Dei: Hebraismus.*

[d] *Græ. faciunt misericordias ac justitias.*

[e] *Græc. omne.*

tua Sara,[2] ego afferebam monimentum orationis veſtræ coram ſancto;

13 [3] Et quando ſepeliebas mortuos, ſimiliter aderam unà tibi; & quando non dubitabas ſurgere ac relinquere prandium tuum ut profectus circumtegeres mortuum, *f* non erat ignotum mihi benefactum tuum, ſed tecum eram.

14 Nunc ergo emiſit me Deus ad curandum te, & ſponſam tuam Saram:

15 Ego ſum Rephael, unus [4] ex ſeptẽ Angelis illis ſanctis qui referunt preces ſanctorum, & egrediuntur coram gloria ſancti.

16 Ipſis autem duobus turbatis, & procidentibus in faciem, quia metuebant,

17 Dixit, ne metuite, pax enim vobis futura eſt:

18 Verùm Deo benedicite; quia non mea ipſius gratia, ſed voluntate Dei noſtri veni; quamobrem benedicite ei in ſecula.

19 *g* Quotidie ſpectabar à vobis, ac nõ comedebam, neque bibebam; ſed viſum vos contemplabamini.

20 Nunc autem celebrate Deum, quia aſcendo ad eum qui miſerat me; & ſcribite omnia quæ confecta ſunt in libro.

21 Tum [5] ſurrexerunt; quúmque ampliùs [6] non viderent eum, celebraverunt opera magna adeóque mirabilia Dei.

[2] poſſent quidem hæc verba de Chriſto accipi, qui Angelus eſt æterni noſtri cum Deo fœderis, ut Iuſtinus Martyr contra Tryphonem; & pleriq; patrũ multos veteris Teſtamenti locos ſanctè de Chriſto interpretati ſunt. Sed quũ ſequentia omnia circumſpicimus, hæc omnia (ut pleraq; hujus argumenti) deputamus fabulæ; neq; laboramus, ut auctorẽ hunc (qui dogmata non pauca corraſit ex Judæorũ fæce) ampliùs hoc loco quàm in aliis excuſemus: alioqui nuſquam ſcriptura iſtud officium Angelis tribuit, ſed Chriſto ſoli vindicat.

[3] apoſtrophe ad Tobitũ, ut ad Tobiją ſermonẽ convertit in fine ſequentis ℣. f *Græc. non latebas me benefaciens.* [4] ſi unus hic locus exſtaret ad revincendã libri iſtius impuritatem, mihi quidem ſatis futurus eſſet; nihil enim profectò in toto orbe terrarum magicum dici poteſt, aut hoc ex principiis magiæ petitum eſt, quorum doctores primarii ex India & Bactriana profecti cum Judæis ſuum virus communicaverunt: Nam ſtatuunt illi, Angelos horarios, diarios, & alios cæli regionibus attributos, principes, miniſtros, &c. ex quibus Zoroaſtres Bactrianus, Menaſtor Indus, & alii ſcelerum concinnatores ſuas magiæ obſervationes elaboraverunt. Atque hoc quidem vitio Judæos fuiſſe non mediocriter inquinatos, oſtendit Epiphanius tomo 1. ſui Panarii, ubi de Phariſæis agit; & ipſorum quoque libri, diurnæque obſervationes teſtantur, quibus diem Solis Rephaeli, diem Lunæ Gabrieli, diem Martis Sammaeli, diem Mercurii Micaeli, diem Jovis Izidkieli, diem Veneris Hanaeli, diem Sabbathi Kepharjeli tribuunt, eóſq; dominos ſtatuũt totius adminiſtrationis in diem illum neceſſariæ. Quamobrem ita ſtatuimus, qui ex hoc libro veritatem perunt, aut ſe confirmaturos putant, eos perinde facere, atq; ſi molem graviſſimam ſtatuminare velint arundine. g *Græc. omnibus diebus.* [5] è terra, in quam prociderant. [6] ut aſcendendo ex oculis ipſorum diſparuerat.

CAPUT XIII.

1 POſtquam ergo apparuiſſet ipſis Angelus Domini, Tobit ſcripſit orationem ad exſultationem, dicens,

2 Benedictus *ſit* Deus vivus in ſecula, & regnum ipſius, quia ipſe flagellat miſeretúrque, deducit ad inferos & reducit, neq; eſt qui effugiat manum ipſius.

3 Celebrate eum filii Iſraelis coram gentibus, quandoquidem ipſe diſſeminavit nos in eis; ibi oſtendite amplitudinem ejus, & exaltate ipſum coram omni vivente, quandoquidem ipſe dominus noſter eſt, & Deus ipſe pater noſter in omnia ſecula.

4 Si flagellabit nos propter injuſta facta noſtra, at rurſum miſerebitur, & congregabit nos ex omnibus gẽtibus, in quibus nos diſſeminaverit: ſi quidẽ convertimini ad ipſum toto corde veſtro, & toto animo veſtro ad exercendam coram ipſo veritatẽ, tunc convertetur ad vos & minimè abſcondet faciem ſuam à vobis, ſed contemplabimini quæ facturus eſt erga vos.

5 Celebrate igitur eum toto ore veſtro, & benedicite Domino *a* potentiſſimo, atque exaltate regem ſeculorum.

6 Ego in terra captivitatis meæ celebro eum, & indico robur ac amplitudinem ejus genti peccatrici.

7 Quis novit utrum *b* benevolè ſit acceptur us nos, & facturus miſericordiam nobis?

8 Deum meum exalto, & animus meus regem cæli, qui exſultabit de amplitudine ejus.

9 Dicant omnes, & celebrẽt eum *c* juſtè.

10 Jeruſchalaima civitas ſancta, flagellabit *quidẽ* te propter opera filiorum tuorum; ſed rurſum miſericordiam faciet filiis juſtorum:

11 Celebra Dominum, quoniam bonus *eſt*, & benedic regi ſeculorum, ut rurſum tabernaculum ejus exſtruatur in te cum lætitia,

12 Et exhilaret in te captivos tuos, idq; diligendo in te miſeros in omnes generationes ſeculi.

13 Gentes multæ è longinquo venient ad nomen Domini Dei, dona in manibus habẽtes; dona regi cæli *offerendo*; *d* generationes omnes laudabunt te, & dabunt *e* exſultationis munera.

14 Maledicti omnes qui oderunt te, benedicti erunt omnes qui diligunt te in ſeculum.

15 Lætare & exſulta *f* propterea quòd filii juſtorum cõgregabuntur, & benedicent Domino juſtorum *dicentes*,

16 O beatos qui diligunt te, lætabuntur de tua *g* proſperitate; beatos qui contriſtati ſunt pro omnibus flagellis tuis; quia de te lętabuntur contemplantes omnem gloriam tuam, & gaudebunt in ſeculum.

17 Anima mea benedicat Deo regi magno:

18 Quia exſtruentur Jeruſchalaima ſapphiro, & ſmaragdo, ac lapide precioſo;

19 Muri tui, turréſque, ac præmunitiones ipſæ auro puro;

20 Et platea Jeruſchalaimorum beryllo, & carbunculo, lapilliſq; *h* inſitis ophirino teſſellabuntur: dicéntque omnes, *incolæ* vicorum *civitatis* illius, Halleluja; & laudabunt dicentes,

21 Benedictus Deus, qui exaltavit *nos*, in omnia ſecula.

b *Græc. volet nos.*

c *Græc. in juſtitia.*

d *Græc. generationes generationum.*

e *Græc. exſultationum: metonymia.*

f *Græc. propter filios juſtorum, quod congregabuntur, trajectio.*

g *Græ. pace.*

h *ex ophirino.*

CAPUT XIIII.

1 POſteà ceſſavit celebrare Tobit.

2 Erat autem annorum quinquaginta octo,

3 Quando amiſit [1] oculos; poſt annos verò octo recepit viſum,

4 Et fecit *a* opera miſericordiæ.

5 Perrexítque timere Dominum Deum, & celebrare ipſum.

6 Plurimùm autem quum ſenuiſſet, vocavit filium ſuum cum ſex *b* nepotibus ſuis, & dixit ei, fili accipe filios tuos (ecce conſenui, & jam *c* propè eſt ut excurram ex hac vita) abi in Mediam, fili, quia perſuaſus ſum de iis omnib. quę dixit [2] Jona propheta de Nineve, ipſam everſum iri (in Media verò plus erit pacis ad tẽpus) & fratres noſtros qui [3] in ipſa terra ſunt diſperſum iri ex optima illa terra, & Jeruſchalaima fore deſerta, domúmq; Dei illic exuſtum iri, deſertamque fore ad tempus uſque:

7 Sed iterum miſerturum ipſorum Deum, & reducturum ipſos in terram illam, ubi ædificaturi ſunt domum cum priore minimè *d* cõparandam, donec [4] completæ ſint tempeſtates ſeculi: poſteà verò reverſuros ex *e* variis ſuę captivitatis locis, & ædificaturos Jeruſchalaima honorificè, domúmq; ipſam Dei illic ædificatum iri, & in omnes generationes ſęculi ę-

[1] i. viſum oculorum; metonymicè: nã oculos quidem habebat; ſed obtectos ſquamis albuginis.

a *Græc. miſericordias.*

b *Græc. filiis filii ſui.*

c *Græc. ad excurrendum ex hac vita ſum.*

[2] de his Jonæ prophetiis nihil exſtat, ſed Nachum hoc argumento prophetavit: erratũ puto.

[3] id eſt, in Judæa.

d *Gr. non qualis prior.*

[4] uſque ad illã temporũ plenitudinem qua venturus erat Chriſtus, ut vocat Apoſtolus ad Galat. 4. 4.

e *Græc. captivitatibus ſuis.*

dificium glorioſum, quemadmodum loquuti ſunt de eo prophetæ:

8 Et omnes gentes converſum iti *f* ex veritate ad timẽdum Dominum Deum, ſuffoſuraſq; idola ſua, & benedicturas omnes gentes Domino; ac populum ejus celebraturum Deum, Dominum verò exaltaturũ populum ſuum: ita lætabuntur omnes qui diligunt Dominum Deũ, in veritate & juſtitia *g* exercentes miſericordiam erga fratres noſtros.

9 Nunc ergo, fili, abi Nineve, quia omnino futura ſunt, quę dixit propheta Jona; tu verò obſerva legem & præcepta, eſtóq; ſtudioſus miſericordiæ, & juſtus, ut tibi bene ſit; & ſepeli me honeſtè, matrémque tuam mecum, neq; ampliùs commoramini Nineves.

10 Fili, obſerva quid fecerit [5] Haman Achikaro, qui educaverat ipſum; quemadmodum ex luce deduxerit eum [6] in tenebras, & quantis malis compenſaverit eum.

11 Ac Achikar quidem ſervatus eſt, illi verò retributio eſt facta, quum ille in tenebras deſcenderit: [7] Nitzba in miſericordia *h* ſe occupaverat, & ſervatus eſt è laqueo mortis quẽ poſuerãt ipſi, Haman verò incidens in laqueum perijt.

12 Nunc ergo, fili, vide quid miſericordia faciat, & quomodo juſtitia liberet.

13 Hæc autem dicente illo, *i* exhalata eſt anima ejus in lecto, (erat autem annorum cẽtum quinquagintaocto) & ſepelivit eum glorioſè *filius*.

14 Quúmq; mortua eſſet Channa mater ipſius, ſepelivit eam cum patre ſuo: abiit verò Tobija cum uxore ſua liberísque Ecbatana ad Rehuelem ſocerum ſuum:

15 Ubi conſenuit honoratè, mortuósque [8] ſoceros ſuos ſepelivit glorioſè, hęreditatémque percepit facultatum illorum, & Tobiti patris ſui.

26 Obiit autem ipſe quoque annos centum viginti ſeptem natus, Ecbatanis Mediæ:

17 Et audivit antequam moreretur perditionem Nineves, quam cepit [9] Nebucadnetzar & Aſſuerus: itaque ante mortem de Nineve lætatus eſt.

f Græc. verè.
g Gri facientes miſericordiam fratribus.
[5] de hac hiſtoria nihil alibi legitur: videtur quidẽ in mortis genere ad Hamanem illum alludere, cujus hiſtoria in libro Eſtheræ narratur: ſed ſi ita eſt, toto cælo errat: nam aliquot ſeculis hæc Hamanis hiſtoriam præceſſerunt.
[6] i. in conditionẽ obſcurã miſerãque: ſic deinceps.
[7] hãc vocem in contextu Græco certiſſimis argumentis corruptã ſuſpicor, neq; his verbis à re præſenti diſcedi puto: quamobrem pro Menaſchis voce quæ ibi legitur, conjicio legendum eſſe ὁ Ναεβᾶς, ut ſup: 11. 19. quo pacto evidentiam habet locus.
h Græc. erat.
i Græ. deliquit anima ipſius.
[8] ut ſupr. 10. 12.
[9] i. Cyaxares Phraortis filius, & Aſtyages Medorũ reges (ſi auctor verus eſt) quorum alter Nineven cepit poſt obſidionem graviſſimam, alter captam evertit ſub extremum Tobiti tempus. vide in prophetam Nachum.

ORATIO MENASCHIS
REGIS JEHUDÆ.

MENASCHE *vinctus fidem ſuam confirmans à natura Dei confitetur peccata ſua, gratiam & miſericordiam petit, & votum laudis nuncupat Domino.*

1 DOMINE Deus omnipotens majorum noſtrorum, Abrahami, Jitzchaki, & Jahakobi ac ſeminis eorum,

2 Qui feciſti cælũ & terram cum toto ornatu eorũ,

3 Qui obſignaſti mare verbo præcipiente tuo, qui concluſiſti abyſſum obſignatam terribili & glorioſo nomine tuo,

4 Quem omnia horrent, & contremunt à facie potente tua.

5 Quia perferri non poteſt majeſtas gloriæ tuę, aut ſuſtineri interminatio irę tuę cõtra peccatores,

6 Cujus promiſſionum immẽſa & impervestigabilis eſt miſericordia, quoniam tu Domine altiſſimus, benignus, longanimis, & plurimùm miſericors, pœnitẽtia duceris erga filios hominum;

7 Tu domine, qui pro amplitudine bonitatis tuæ promiſiſti pœnitentia te adductum iri, & remiſſurum iis qui peccaverint in te, & multitudine miſerationum tuarum ex decreto tribuis reſipiſcentiam peccatoribus ad ſalutem:

8 Tu, inquam, Domine Deus juſtorum, non impoſuiſti pœnitentiam juſtis Abrahamo, Jitzchako & Jahakobo, iis qui non peccaverunt contra te; ſed impoſuiſti pœnitentiã mihi, qui ſum peccator,

9 Quoniam plus peccavi quàm numeroſa ſit arena maris, plurimæ ſunt iniquitates meę, Domine, plurimæ ſunt iniquitates meæ; nec ſum dignus qui intentis oculis contuear altum cælũ prę multitudine iniquitatum mearum:

10 Incurvatus ſum graviter vinculo ferreo, adeò ut non poſſim efferre caput meum, ſed non eſt relaxatio mihi, quia excitavi iram tuam, faciens quod malum videtur in oculis tuis, quum non fecerim voluntatem tuam, & mandata tua non obſervaverim, ſed ſtatuerim abominationes, offenſas multas commiſerim.

11 Nunc ergo flecto genua cordis mei, exoptãs à te benignitatem tuam; peccavi Domine, peccavi, & iniquitates meas agnoſco.

12 Quamobrem peto & oro te, remitte mihi, Domine, remitte mihi, ac ne perdas me cum iniquitatibus meis, neq; in æternum iratus aſſerves mala mihi, aut damnatum adjudices me locis infimis terrę, quia tu Deus es, Deus pœnitentiæ;

13 Sed oſtẽde in me totam bonitatem tuam, indignum me ſervando, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

14 Et laudabo te ſemper ſingulis diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cęlorum, & tua eſt gloria in ſempiterna ſecula, Amen.

JUDITH.

JUDITH Schimhonitis, Nebucad-netzare Babyloniæ Rege per Holophernem potentissimarum copiarum ducem Judæam infestaturo, & Beth-choglam obsidente, ad Holophernem proficiscitur in castra; ubi freta formæ suæ elegantia paucos dies intacta ab Holoperne consumens eum mendaciis decipit, & de nocte circumvento cervices præcidit ei. Quo facto, caput ad cives suos reportans consilium dat eis, quo Assyrii fusi & profligati, Jehudæi liberati sunt, nomen ipsi comparatum, & gratiæ cantatæ Domino.

CAPUT I.

1 [1] ANno duodecimo regni Nebucad-netzaris, qui regnabat Nineves in civitate magna tēporibus [2] Arpacschadi regnum tenentis Medorum Ecbatanis,

2 (Qui exstruxit Ecbatanis circumquaque muros ex lapidibus cæsis in longitudinem cubitorum ternûm, in latitudinē cubitorum senûm, faciens *a* murum altum cubitos septuaginta, & latum cubitos quinquaginta,

3 Et turres ejus imposuit portis ejus, centenûm cubitorum,

4 *b* Statuens latitudinem fundamentorum ejus in cubitos sexaginta,

5 Fecitque portas ejus portas *c* exstantes in altitudinem cubitorum septuaginta, quarum latitudo cubitorum quadragenûm fuit, *d* ut procedere possent copiæ potentes ejus, & acies instrui peditatus ejus)

6 Gessit ergo bellum temporibus illis rex Nebucad-netzar cōtra regem Arpacschadum in planitie magna, quæ planities est in finibus [3] Cragi, ad quem convenerant omnes qui incolebant montana, & omnes accolentes Euphratem, & Tigrim, & Hydaspen, & planitiem [4] Arjoci regis Elymæorum; & convenerant gentes multæ admodū *e* ex [5] Gelodeis in aciē.

7 Misit autem Nebucad-netzar rex Assyriorum ad omnes habitatores Persidis, & ad omnes habitantes occasum versus; id est, incolentes Ciliciam, & Damascum, Libanūmq; & Antilibanum, omnésq; *f* accolas maris;

8 Et [6] ad *g* gētes Carmelum & Gilliadem, superiorémq; Galilæam, & magnam planitiem [7] Chatzar-allom *incolentes*,

9 Et omnes habitantes Samariam ac civitates illius, denique trans Jardenem usque Jeruschalaima, & [8] Batanæam, & [9] Aulonas, & Kadeschum; & flumen Ægypti, & Daphnas, & Ramessesum, & totam regionē Goschenis,

10 Usque quà venitur ad ulteriora Taneos & Mempheos, deniq; omnes habitātes Ægyptum usq; quà venitur ad fines Æthiopiæ.

11 Sed nihili fecerunt omnes habitatores regionum istarum verbum Nebucad-netzaris regis Assyriorum, neque convenerunt ad ipsum *h* bellaturi, quia non metuebāt ipsum; sed *i* videbatur ipsis non majoris quàm alius quilibet, & remiserunt legatos ejus *k* re infecta ignominiosè à conspectu suo.

12 Quāobrem animatus Nebucad-netzar contra omnes regiones istas valde, juravit per thronū & regnum suum omnino se ulturum esse omnes fines Ciliciæ, & Damasci, Syriæq;, ac sublaturum gladio suo omnes habitantes in regone Moabi, & Hammonitas, & totam Judæam, omnésq; Ægyptios, usque quà venitur ad fines utriusque maris.

13 Et aciē instruxit copiarum suarum cōtra Arpacschadum regem anno decimoseptimo, ubi confirmatus ipse in bello suo cum omnibus curribus ipsius dominatus est civitatibus ejus,

14 Et perveniens Ecbatana usque occupavit turres, & devastavit plateas *civitatis* illius, & ornatum illius *l* exposuit opprobrio:

15 Ipsum verò Arpacschadum capiens in montanis Cragi confixit jaculis ipsius, atque profligavit eo ipso die;

16 Eóque confecto rediit Nineven ipse *m* cū tota turba miscella sua, multitudine hominum bellatorum permagna, ubi soluto animo convivatus est ipse cum copiis suis per dies centum viginti.

[1] Historiam hāc quàm variè interpretentur quicūque eam attigerunt nihil attinet dicere; tātùm tres sententias in hunc locum afferre statuimus paucis, & quid magis probemus ostendere. Ac veterū quidē sentētia fuit, teste Augustino lib. 18. de civit. Dei, cap. 16. hæc ad historiam Cambysis filii Cyri Persarum regis pertinere; Arphaxadum verò esse Arbactū quendam, quo auctore (quum Cyri apud Massagetas clades audita est) Medi in regem Persarū rebellaverint: quā sententiā ex Hebræorū testimoniis confirmare volebat Beda, eò quòd Cambysen Hebræi Nebucadnetzarem alterū vocaverint: sed neq; tā diu regnavit Cābyses, ut hic dicitur & inf. 2. 1. neque rex Assyriorum diceretur. Altera sententia est eorum qui Philonem sequuti Dario Hystaspis filio ista tribuerunt: sed ne hoc quidem probatur nobis, quia illud historiæ sacræ planè repugnatet, & prætereà Nineven longò anteà tempore ab Astyage eversam fuisse confitentur historici. Quamobrem nos sententiā aliam magis amplectimur, nempe quum Nebucad-netzar commune sit regum Babyloniorum nomen, Nebucad-netzarem hic eum appellari, quem Scriptura vocat Merodac-Baladanem, avum Nebucad-netzaris illius qui fuit magni Nebucad-netzaris pater, per quem Menasche rex Judææ captus, in Babyloniam deportatus, ac postremò vinculis solutus est. Is enim rex Babyloniæ primùm, postea verò Assyriæ quoq; effectus est, succedens in regnū Esar-chaddoni magno, quum fratres illius patricidæ regno indigni haberētur, unde tota Asia mutuis bellis exarsit diutissimè. [2] i. Attecarmis, qui Media divisa regnum suum Ecbatanis confirmavit, ut eò propugnaculo fretus, tum Dejoci regi, tum irrumpentibus aliis hostibus obsisteret.

[3] *Græ. altitudinem muri.* [b] *Græ. fundans latitudinem.* [c] *Græ. excitabat.* [d] *Græ. ad processū copiarum, &c.* [e] Græcam vocem Ragau sic omnino intelligendam esse ostendit historiæ cum Geographicis comparatio, & legendum κράγω. Est autem Cragus pars Tauri montis, cui subest campus amplissimus in accessū Mediæ. Cragum nominat Plinius lib. 5 natural. histo. cap. 27.

[4] i. Dejocis, qui alteram Mediæ partem obtinebat. [c] *Græ filiorum Gelod.*

[5] i. Scythis, & superioribus gentibus trans montem Taurum ad septentrionem habitantibus, Gelas vocant Geographi, Græci Cadusios. [f] *Græc. habitantes secundum faciem maritimæ.* [6] i. ad novos terræ Jisraelis incolas, per Schalmana-sarem & Esarchaddonem missos, de quibus 2. Reg. 17.

[g] *Grac. eos qui sunt in gentibus.*

7 hāc vocem in Canonicis libris legere nō meminimus, sed tantùm hoc in libro hic & infrà 3. 14. & 7. 3. Quibus ex locis campū esse intelligimus inter mōtana duo, ex forma vestibuli protractū in magnam longitudinem: quā ex forma Chatzar, id est, atriū appellatur. Allom verò à montibus silvosis cāpum illum definientibus: sunt autē hæc mōtana Thaboris, de quibus Jehoschu. 16. & sequentib. hæc enim à Galilæa superiore ad inferiorem, id est, Samariā, protenduntur.

[8] i. Trachonitidem, & cæteras partes in ventre mōtium Alsadamorū sitas, ut appellat Ptolemæus,

[9] Græcam vocem Chellos sic interpretamur, quia fit ex Hebræa Cholon sive Chillen, quā vocē imitati Græci Aulonas dixerunt, affini significatione cum Chatzar, de quo modò dicebam. Duo autem fuerunt Aulones in terra Jisraelis, ut ex sacris libris est manifestissimum: sed hic Aulones ii sunt intelligendi qui secundum montes Arabiæ ad Ægyptum usque protenduntur, ad quos Hammonitica regio, Moabitica, Nabathæa, & aliæ pertinent. [h] *Græ. ad bellum.* [i] *Græ. erat coram ipsis ut vir unus.* [k] *Græc. vacuos in ignominia.* [l] *Græ. dedit in probrum ipsius.*

[m] *Grac. post eum.*

CAPUT II.

1 ANno ‖ autem decimo octavo, die vigesimo secundo mensis primi, factus est sermo in domo Nebucad-netzaris Regis Assyriorum de ulciscendis omnibus illis re-

‖ *Sup. 1. 12.*

gionibus quemadmodum dixerat.

2 Et convocatis omnibus administris ejus, & omnibus magnatib. ejus, proposuit eis arcanum consilii sui, *a* [1] colligens omne malum regionum istarum ore suo,

3 Illi autem iudicarunt profligendam esse omnem carnem eorum qui nõ obsequuti essent verbo oris ipsius.

4 Fuit itaq; quum absolvisset consultationem suã, ut vocaret Nebucad-netzar rex Assyriorum [2] Holophernem primarium ducem copiarum suarum, qui secundus erat ab ipso, ac ediceret ei,

5 Hæc dixit rex ille magnus dominus totius terræ, ecce tu profectus à conspectu meo assumito tecum viros fretos robore suo, peditum ad centum viginti millia, equorũ verò multitudinẽ cum sessorib. ad duodecim millia: & procedito *b* contra totam regionem illam quæ ab occasu *est*, quia nõ paruerunt verbo meo; ac denunciato ipsis, ut terram & aquam comparẽt mihi, quia indignatione mea superventurus sum ipsis, & obtegens totam superficiem terrę pedibus copiarum mearum expositurus ipsos direptioni eis, adeò ut sauciiillorũ impleant valles, ac torrẽtes illorum, & fluvii exundantes mortuis illorum impleantur; denique acturus turbam *c* captivam illorum in extremitates totius terræ: tu ergo egressus præoccupa mihi totum terminum illorum; quumque dedent se ipsos tibi, conserva eos mihi ad diem illum *d* quo sum castigaturus eos:

6 Erga eos autem qui erunt immorigeri ne clementia utitor oculus tuus, ut *e* exponas eos cędi & rapinę in tota terra tua, quia *ut* vivo ego & potentia regni mei constat, ita quęcunque loquutus sum, ea quoque efficiam manu mea. Tu igitur ne trãsgreditor *f* quicquã verborũ domini tui; sed *g* omnino cõficito prout præcepi tibi, ac ne longior esto in efficiendis illis.

7 Egressus itaq; Holophernes à conspectu domini sui, vocavit omnes dynastas, ducesq;, & præfectos copiarum Assyriæ, numeravitq; lectissimos viros in aciẽ, quemadmodũ præceperat ipsi dominus ipsius ad myriadas duodecim, & equites sagittarios duodecies mille:

8 Quorum aciem instruxit, quemadmodũ militaris multitudo disponi solet, & sumsit camelos asinosq; ad impedimẽta ipsorũ multitudine permagna, & oves bovesque & capras, *h* ut expeditiores essent, innumeras:

9 Item cõmeatum in virum quemq; *i* numerosissimum.

10 Aurumq; & argentum ex domo regis permultum.

11 Ita processit ipse cum omnib. copiis suis in expeditionẽ præiturus regi Nebucad-netzari, ut obtegeret totam superficiem terræ ad occasum *sita* curribus & equitib. peditibusque lectissimis ipsorum: multi etiam miscelli cõveniebant ad ipsos *numerosè* ut locustę, aut ut arena terræ: innumerabiles denique erãt præ multitudine.

12 Processerunt ergo Nineve itinere triũ dierum *k* in campum [3] Betilath; castraq; fecit supra Betilathum prope [4] montem illum qui à dextera est superioris Ciliciæ, ubi assumens omnes copias suas, pedites, & equites atque currus suos discessit inde in regionem montanam.

13 Et concidit [5] Phudum, ac Ludum, vastavitq; omnes *l* Tarsenses, & Jischmaëlitas, qui ad Austrum *erant* [6] in superficie deserti Aulonum, quum trajecisset Euphratem & transisset Mesopotamiam.

14 Nam subruit omnes civitates excelsas impositas torrenti [7] Arbonæo, donec veniatur ad [8] mare;

15 Et occupans terminos Ciliciæ concidit omnes qui obsistebãt sibi, pervenitq; ad terminos usq; Japhonis meridiẽ versus, & *m* prospectum Arabiæ.

16 Posteà circumveniens omnes Midjanitas incẽdit tabernacula eorũ, & vastavit caulas eorum,

17 Descenditq; in campũ Damasci *n* tempore messis triticeæ, ubi incendens omnes agros illorum, & greges armentaq; *o* exponens delenda, civitates eorum deprædatus est, & agros eorum excutiens cæcidit omnes adolescentes eorum *p* acie gladii.

18 Itaq; accidit metus & tremor de eo omnibus habitantibus *regionem* maritimã, qui erant Tzidone, & Tyri, habitantibusq; [9] Suri, & [10] Hacone, omnibusq; habitãtibus [11] Jemnane: etiamque [12] habitatores Aschdodi, & Aschkelonis timuerunt ab eo valdè.

[a] *Græc. convocans.*
[1] i. congerens eà omnia animo infensissimo, quæ malè facta ab illis fuisse confirmabat, ut eo pacto commune odium in cõsiliariorum suorum animis incenderet.
[2] Chaldaicum esset Cholpatneam: sed usitatam vocem hîc visũ est retinere.
[b] *Græ. in occursum toti regioni.*
[c] *Græc. captivitatem.*
[d] *Græ. castigationu illorum.*
[e] *Græc. tradas.*
[f] *Græ. unum aliquod.*
[g] *Græ. conficiens conficito.*
[h] *Græc. ad apparatum ipsorum, quarum non erat numerus.*
[i] *Græc. in multitudinem.*
[k] *Gr. in faciem campi.*
[3] vocem hanc corruptã esse res ipsa loquitur. Ego si quid conjectura possũ, existimo regionem esse & planitiem illam, quæ inter montem Taurum & Edessam sita est, ubi Bithias & Samosata in Geographicis à Ptolemæo collocantur: Est enim Bet-tilla Chaldæis agnorum locus, ut ferè sunt pascua montanis subjecta. Erat autem hic locus ad Euphratem trajiciendum commodissimus.
[4] i. Taurum.
[5] i. Cappadociæ & Armeniæ minoris incolas. Est autẽ hic versus proleptícus, summatim exponens ea quæ posteà minutatim explicantur.
[l] *Græc. & filios Tarsis & filios Jischmaëlis.*
[6] i. in toto illo deserto, quod secundum montes à summa Syria ad Arabiã & Ægyptum usq; protenditur.
[7] ex notatione vocis (Hebraicè enim dicitur Charbonai ex nigrore) & natura ipsi [9] fluvii quam tradũt historiographi, fluvius est Melas Cappadociã & Armeniam minorẽ præterfluens.
[8] nempe Cilicium.
[m] *Græ. faciem.*
[n] *Græc. diebus.*
[o] *Græ. dans ad deletionem.* [p] *Græ ore.* [9] locus est maritimus inter Tyrum & Ptolemaida, quem à situ Geographi vocarunt Sandalium.
[10] id est, Ptolemaide, ut Plinius testis est. vide in Judic. 1. 31. Sed Græca vox est corruptissima [11] opido sito sub Carmelo monte. [12] id est, Pelischthæi, synecdochicè.

Caput III.

Quamobrem miserunt ad eum legatos, qui verbis ad pacem spectantibus dicerent,

2 Ecce nos *a* servi Nebucadnetzaris regis magni *b* expositi sumus tibi:

3 Utere nobis, quemadmodum placuerit *c* tibi.

4 Ecce prædia nostra, & omnia loca nostra, omnesq; agri tritici, gregesq; & armenta, & omnes caulæ tentoriorum nostrorũ expositæ sunt tibi, utere quemadmodũ placuerit tibi.

5 Ecce etiam civitates nostræ, & qui incolũt eas, servi tui sunt; veniens *d* exhibe te illis, vt videtur bonum in oculis tuis.

6 Quũ ergo accedentes viri illi Holophernem renunciavissent ipsi *e* in hanc sententiã.

7 Descendit in maritimam regionem ipse cum copiis suis.

8 Et custodia imposita civitatibus excelsis, acceperunt ex eis ad auxilium viros delectos.

9 Exceperũt autem eum ipsi cum tota circumjacẽte regione ipsorũ coronis, choreisq;, & tympanis.

10 Ipse verò evertens omnes terminos eorum, lucos eorum excidit:

11 Placebat enim ipsi profligare omnes Deos terræ,

12 Ut solum Nebucad-netzarem illum colerent omnes gentes; & omnes linguæ, atque nationes ipsorum, illum invocarent Deum.

13 Quum autẽ venisset è regione [1] Chatzarallomi prope [2] Dothajima, qui locus est ex adverso [3] Serræ magnæ, ut *vocant* Jehudæi,

14 Castra fecit inter Gebaium & [4] Scytho-

[a] *Græ. pueri.*
[b] *Græc. assumus coram te; ut Gen. 13. 9. sic deinceps.*
[c] *Græc. facies tua.*
[d] *Græc. occurre illi quod est bonum.*
[e] *Græc. secundum verba hæc.*
[1] De quo sup. 18.
[2] de quo Gen. 37. 17.
[3] sic vocãt Jehudæi accessus angustos per fauces montiũ, quũ lõgiores sunt angustiæ; quia mõtes utrinque inter se adversantes figuram serræ denticulatæ quodãmodo exprimunt, Atque hanc quidem fuisse regionis illius constitutionem apparet ex 2. Reg. 6. Quamobrem eum ad commoditatem exercitus in omnes terræ partes transmittendi occupavit, ut fecit Jonath in 1. Mac. 9. 73. Hæc autem serra, id est, serrata quodammodo angustia, magna dicitur discretionis ergò; quia minor fuit serra prope Micmaschum, cujus habetur mentio 1. Sche. 13. & 14. & 17. Et Jesch. 10. Has serras veteres Hebrei potius Maberoth, i. transitus, nominarũt. Hispani ab eodem fonte nominant *las sierras*. [4] quã Hebræi prius Beth-scheanem appellabant.

polin-

polin: ubi fuit mensem *f* integrum, ut omnia impedimenta copiarum suarum colligeret.

[1] *Græc. dierum.*

CAPUT IIII.

1 AUdientes verò *a* Jisraelitæ, qui habitabant in Jehudæa, quæcumque fecerat gentibus Holophernes primarius dux Nebucadnetzaris regis Assyriorum, & quomodo spoliasset omnia loca sacra earum, eaque *b* delevisset:

2 Metuerũt valdè *c* ab eo, & Jeruschalaimorum causa ac templi Jehovæ Dei ipsorum conturbati sunt, [1] quia recens ascendebant è captivitate, & nuper totus populus congregatus fuerat ex Judæa, vasaq; & altare ac domus ipsa à profanatione fuerant sanctificata.

3 Itaque miserunt in totum terminum Samariæ & vicos illius, & Beth-choronem, & [2] Baïal-majima, & Jerichuntem, & Mecholã, & Tzorhãm, & convallem [3] Schalemi, qui prœoccuparent omnes vertices montium excelsorum;

4 Et muris cingentes vicos qui *erant* in eis [4] deponerent illic commeatum ad apparatũ belli, quia recèns fuerãt agri eorum demessi.

5 Scripsit etiam [5] Jojakim Sacerdos magnus, qui erat *d* tẽpore illo Jeruschalaimis, ad habitatores [6] Beth-choglæ, & [7] Beth-haschittæ, q̃ sita est è regione Chatzar-allomi *e* adversus agrum propinquum Dothajimis, edicens ut obtinerent ascensus mõtanæ *regionis*,

6 Quia per ipsos ingressus patebat in Judæam, eratque facile prohibere illos aggredientes, quum angustus esset transitus in viros *f* ad summum binos.

7 Feceruntque Jisraelitæ prout constituerat ipsis Jojakim Sacerdos magnus, & Senatus totius populi Jisraelis, qui considebant Jeruschalaimis.

8 Et inclamaverunt *g* omnes Jisraelitæ Deum contentione magna, deprimẽtes animos suos contentione magna ipsi cum uxoribus suis,

9 [8] Et infantes ipsorum, ac jumenta ipsorũ cum omni inquilino & mercenario, & *mancipio* ipsorum pecunia emto, imposuerunt cilicia lumbis suis.

10 Et unusquisque vir, mulierq;, & pueri, atque habitatores Jeruschalaimorum prociderunt *h* ante templum.

11 Et inspergentes cinere capita sua expanderunt cilicia sua coram Domino,

12 Et altare ipsum cilicio circumdederunt:

13 Exclamaveruntque apud Deum Jisraelis unanimiter *i* contentione magna, ne exponeret direptioni liberos ipsorum, & uxores prædæ, & civitates *k* hereditarias ipsorum deletioni, & res sanctas profanationi & probro *l* unde lætaturæ essent gentes.

14 Et exaudiẽs Deus deprecationem ipsorum, ex tribulatione ipsorum servavit eos:

15 Quum jejunaret populus dies cõplures in tota Judęa, & Jeruschalaimis coram *m* loco sancto Domini omnipotentis,

16 Et Jojakim Sacerdos magnus, omnesq; qui astabant coram Domino Sacerdotes, & qui ministrabant Domino, ciliciis accincti lumbos suos offerrent holocaustum *n* juge, & vota, & voluntaria dona populi,

17 Et versante cinere super cidares ipsorũ inclamarent Dominum omnibus viribus *o* ut benignè respiceret in totam domum Jisraelis.

[a] *Græ. filii Jisraelu: sic deinceps.*
[b] *Græ. dedisset in deletionem.*
[c] *Græ. à facie ejus.*
[1] Hæc de Babylonica deportatione & reversione minimè intelligẽda esse & verba hæc non obscurè docent, & supra in primũ caput ostendimus; sed potiùs ad illud tempus referẽda esse, quo Menasche solutus vinculis ex Babylonia redierat: quo tempore captivi quidem reversi sunt; sed cultus Dei, quem ipse cõtaminaverat, instauratus est Jeruschalaimis, quemadmodum legimus 2. Chr. 33. 13. agnovisse Menaschen, quòd Jehova sit Deus, &c.
[2] has voces depravatissimas ita restituendas esse videbit facilè quisquis tum historiam sacram, tũ chorographiam cognoverit: ut apparet ex Jehosch. 16. & 17. & Judicum 7.
[3] de qua Genes. 14.
[4] sic legendũ esse in contextu Græco, ipso meridie clarius est.
[5] hic verò is esse minimè putandus est, qui Darii & Artaxerxis temporibus vixit, de quo Nechemję 12. 10. & 26. sed ille potiùs cujus fit mentio in historia Chizkijæ, 2. Regum 18. & 19. de quo insignis habetur prophetia Jeschaï. 22. Quam prophetiam si quis huic historiæ aptare velit, non magnopere contendam: nam idem est Jojakim & Eljakim. Nec obstat quòd eo tempore regnabat Menasche, cujus hìc nulla mentio: nam prudentis regis fuit ab his negotiis in speciem abstinere, & Jehojakimo viro auctoritate summa prædito committere curam agendi quæ fuerunt opus cùm in regno Jehudæ, tum in locis finitimis: quod si procurasset Rex, speciem rebellionis habuisset.
[d] *Græc. diebus illis.*
[6] cujus mentio est Jehoschu. 18. 19. & 21. civitas fuit partim ad Binjaminem, partimque ad Ephrajimum pertinens.
[7] ut Judic. 7. 22.
[e] *Græ. contra faciem agri.*
[f] *Græc. omnes.*
[g] *Græc. omnis vir Jisraelis.*
[8] vide in Jonæ 3.
[h] *Græc. contra faciem templi: sic deinceps.*
[i] *Græc. contenti.*
[k] *Græc. hereditatis.*
[l] *Græc. lætitiæ gentibus.*
[m] *Græ. sanctis.*
[n] *Gr. jugitatis.*
[o] *Græ. ad bonũ ut visitaret.*

CAPUT V.

1 SEd quum renunciatum esset Holophernì primario duci copiarum Assyriæ Jisraelitas se comparavisse ad bellum, & accessus *regionis* montanæ occlusisse, muroq; firmasse omnem verticem montis excelsi, & in agris disposuisse *a* res ad quas impingeret:

2 Iratus *b* & indignatus vehemẽter accersivit omnes principes Moabi, omnesq; duces Hammonitarum, & omnes satrapas *regionis* maritimæ, & dixit eis,

3 Renunciate jam mihi, ô *c* Cenaïanæi, quis sit populus iste qui considet in *regione* montana, quæ civitates quas habitant, quæ multitudo copiarum ipsorum, qua in re *positum sit* robur ipsorum & potentia ipsorũ, quis exstiterit apud eos rex aut princeps exercitus ipsorum:

4 Et quamobrem contrà statuerint quàm omnes habitantes ab occasu, ne *d* obviam mihi procederent.

5 Cui dixit Achior dux omniũ *e* Hammonitarum, audiat jam Dominus meus *f* rem ex ore servi sui: nam renunciabo tibi veritatem de populo isto domicilia habente prope te, qui inhabitat montanam *regionem* istam. nõ enim prodibit mendacium ex ore servi tui.

6 Populus iste à *g* Chaldæis oriundus est;

7 Fuerũt autem inquilini primùm in Mesopotamia, eo quòd nollẽt obsequi Diis majorum suorum, qui erãt in terra Chaldæorũ;

8 Sed excedentes ex instituto gentis suæ adorarent Deum cæli, Deũ quem agnoverãt: quamobrẽ ejicientibus ipsos *patribus* à cõspectu deorum suorũ fugerũt in Mesopotamiã, ubi fuerunt inquilini diebus multis; quumq; edixisset Deus ipsorum, ut egressi ex incolatu suo proficiscerentur in terram Cenaïanis, inquilini fuerunt illic, & multiplicati sunt auro & argento, ac pecoribus multis valdè.

9 Posteà descenderunt in Ægyptum (obtexerat enim superficiem terræ Cenaïanis fames) & inquilini fuerunt illic, donec revererentur; ubi *h* abierant in multitudinem plurimã adeò ut innumerum esset genus ipsorũ.

10 Quum autem insurexisset in eos rex Ægypti, ut astutis consiliis opprimerent eos, & labore ac *i* lateritio opere deprimentes eos *k* efficerent eos servos:

11 Inclamaverunt Deum suum, qui percussit totã terram Ægypti plagis immedicabilibus, adeò ut ejicerẽt eos Ægyptii à conspectu suo:

12 Et exarefecit Deus mare rubrum coram eis:

13 Et adducens eos in montem Sinai & Kadeschum Barnehæ, ejecit omnes qui habitabant in deserto.

14 Ita habitaverunt in terra Emoræorum.

15 Et omnes Cheschbonis *incolas* profligarunt potentia sua.

16 Et postquàm trajecerunt Jardenem.

[a] *Græ. offendicula.*
[b] *animo.*
[c] *Græc. filii Cenaïanis.*
[d] *Gr. in occursum mihi.*
[e] *Gr. filiorum. Hammonis.*
[f] *Græ. sermonẽ.*
[g] *Græc. sunt progeniti Chaldæorum.*
[h] *Gr. facti sunt.*
[i] *Græc. latere.*
[k] *Gr. ponerent eos in servos.*

17 Hæreditario jure possederunt montanam istam *regionem* totam.

18 Ejectisq; à conspectu suo Cenaïanæo, & Perizzæo, Jebusæoq;, Schecemito, & Girgaschæis omnibus, habitarunt ibidem *l* diu.

l Gr. dies multos.

19 Denique tantisper dum non peccavérunt coram Deo suo, fuerunt penes ipsos bona, quia Deus osor iniquitatis adest ipsis:

20 Quando verò discesserunt à via quam disposuerat ipsis, profligati sunt multis bellis quamplurimum,

21 Et captivi abducti in terram alienam, & templum Dei ipsorum *m* habitum est ut profanum solum, & civitates ipsorum captæ ab adversariis.

m Græ. factum in solum.

22 Nunc autem conversi ad Deum suum ascenderũt è dispersionis locis, in quę dispersi fuerant, & obtinẽtes Jeruschalaima (ubi sanctuarium ipsorũ est) habitatores effecti sunt regionis istius montanæ, quòd deserta esset.

23 Nunc ergo, Domine imperator, si quis est error in populo isto, & peccavit contra Deum suum, considerandum est: quia hoc ipsis offendiculo futurum est, & ascendentes debellabimus eos.

24 Sin autẽ non est iniquitas in gente istorũ, prætereat quæso Dominus meus; ne fortè protegat Dominus ipsorum & Deus ipsorum ipsos, simusq; probro coram universa terra.

25 Fuit autem quũ desivisset Achior loqui sermones istos, ut murmuraret totus populus, qui in circuitu tentorii circumstabat,

26 Diceréntq; magnates Holophernis, & omnes habitatores regionis maritimæ & Moabitidis, ipsum discindendum esse; non enim metuemus, *inquiebant*, *n* ab Jisraelitis. Nam ecce populus est cui non adsunt vires, neque robur ad aciem validam *constituendam*:

n Gr. à facie filiorum Jisraelis.

27 Quamobrẽ jam ascendemus, eruntq; *o* tamquam esca devoranda toti exercitui tuo, Domine Holophernes.

o Græ. in devorationem.

Caput VI.

1 Postquã verò cessavit tumultus hominũ qui consessum circumstabant, dixit Holophernes primarius dux copiarum Assyriæ Achiori [1] coram toto populo alienigenarum,

1 Hæc circumstantia non mediocriter amplificat Holophernis arrogantiam; quòd nõ huic tantùm, sed exteris quoq; & sociis omnibus propter hunc cõtumeliosus fuerit: quod sequentis versus oratio indicat.

2 [2] At quísnam es? quòd tu Achior coram toto populo alienigenarum & apud omnes *a* Moabitas, [3] & quicunque sunt mercenarii Ephrajimi, quòd tu prophetavisti apud nos, prout *audimus* hodie, & dixisti gentem Jeruschalaimorum non esse debellandam, quia Deus ipsorum sit protecturus ipsos: at quis Deus est nisi Nebucadnetzar?

2 hi duo versus leguntur variè, sed nos illud sequimur quod probabilius judicavimus.

a Græc. filios Moabi.

3 sic perstringit Holophernes Achioris perfidiã, & aliorũ in castris versantium, quos dicit à Judæis & Ephrajimitis redemtos esse, ut ita prophetent & frangant militum animos: quomodo Achiorem mercenarium Hammonitam vocat vers. 5.

3 Hic missurus est potentiam suam, & profligaturus eos è superficie terrę: neque liberabit eos Deus ipsorum, sed nos servi illius profligabimus eos tamquam virum unum: neq; sustinebunt potentiam equorum nostrorum, nam iis proculcabimus illos.

4 Imò illorum montes inebriabuntur sanguine illorum, & illorum campi cõplebuntur mortuis ipsorum; neque obsistet vestigium ullum pedum ipsorum ex adverso nostri, sed peribunt *b* planè, ait rex Nebucadnetzar Dominus totius terræ: dixit enim, [4] non irrita fient verba *c* mea.

b Græc. perditione. 4 q.d. Rex dixit, & statuit potius movere omnia, quàm ferre ut verbum suum intercidat. c Græ. sermonum meorum.

5 Tu verò Achior mercenarie Hãmonita, qui proloquutus es sermones istos [5] die injustitiæ tuæ, non visurus es ampliùs faciem meam, inde à die hoc, donec ultus fuero gentem istorum *d* advenarum Ægypti, ac tum pervadet ferrum exercitus mei, & grex servorum meorum latera tua, & corrues inter vulneratos istorum, [6] quando revertar *ad te*.

5 id est, hodie, quum perfidiam tuam ut mercenarius improbus retexisti.

d Grac. ex Ægypto, i. Ægyptios istos.

6 id est, quãdo recipiam te è medio illorũ, quos fudero potẽtia mea; sic accipiendũ esse docent sequentia.

6 Quamobrẽ constituent te servi mei *abducentes* in regionem montanam, & collocabunt te in una ex civitatibus, *e* ad quas ascensuri sumus; neque peribis, donec profligeris cum illis. Quòd si speras animo tuo fore ut nõ prehendantur, [7] ne concidat vultus tuus: dixi, & nullum verborum meorum excidet.

e Gr. ascensuũ.

7 i. si ita securus es de salute illorum, nihil de tua metuito: nam vestra sors communis futura est.

7 Præcepit itaq; Holophernes servis suis, qui aderant tentorio suo, ut comprehendentes Achiorem statuerent eum ad Beth-choglam, & traderent in manus Jisraelitarum:

8 Et comprehendentes eum servi illius abduxerũt eum extra castra in campum, & profecti è medio campestris regionis in montanam pervenerunt ad fõtes qui sub sunt Beth-choglæ: quumque viderent eos *f* opidani qui erant in vertice mõtis, omnes funditores obtinuerunt ascensum *g* quò contendebant illi, & lapides in eos immiserunt.

f Gr. viri civitatu.

g Gr. illorum.

9 Quamobrem illi subeuntes montem ligaverunt Achiorem, & dimiserunt abjectum sub radice montis: posteà ad Dominum suum reverterunt.

10 Descendentes verò Jisraelitæ è civitate sua adstiterunt ipsi, & solventes eum abduxerunt Beth-choglam,

11 Stiteruntq; eum apud principes civitatis suæ, qui erant eo tempore Huzzija filius Micæ è tribu Schimhõnis, & Chabri filius Hothnielis, & Carmi Malcielis.

12 Hi postquã accersivissent omnes Seniores civitatis, concurrentibus omnibus adolescentibus eorum & mulieribus in congregationem, stiterunt Achiorem in medio totius populi sui, & interrogavit eum Huzzija quidnam accidisset:

13 Qui respondens renunciavit eis verba consessus Holophernis, & omnia verba quæ proloquutus fuerat apud principes Assyriæ, & quęcumq; magnifice jactaverat Holophernes contra domum Jisraelis.

14 Itaq; procidentes populares adoraverũt Deum, & inclamaverunt Deum dicentes,

15 Domine Deus cæli, respice ad *h* immensam superbiam ipsorum, & miserere abjectionis gentis nostræ, ac intuere faciem eorum qui sanctificati sunt tibi hoc tempore.

h Gr. superbiæ.

16 Deinde consolati Achiorem laudaverũt eum valdè.

17 Et assumto eo Huzzija ex congregatione in domum suam, *i* exhibuit convivium Senioribus:

i Græc. fecit.

18 Qui invocaverunt Deum Jisraelis ad auxilium tota nocte illa.

Caput VII.

1 Postridie verò denunciavit Holophernes toti exercitui suo & toti populo suo, iis qui advenerant ad auxilium ipsius, ut conjunctis copiis ascendentes contra Beth-choglam ascensus regionis montanæ præoccuparent, & inferrent bellum *a* Jisraelitis.

k Græc. filiis Jisraelis sic deinceps.

2 Ita conjunctis copiis eo ipso die procedẽtes

tes quiq; viri potentes ipsorum (quorũ copiis erant *b* bellatorũ peditum centum septuaginta millia, & equitum duodecim millia præter impedimenta, & viros alios qui pedibus cõitabantur ipsos multitudine quàm plurima)

3 Castra posuerũt in valle propinqua Beth-choglæ, ad fontẽ, protenderuntq; in latitudinem à Dothajimis usque Baltalmajima, & in longitudinem à Beth-chogla usq; ad Fabariũ agrum, qui est è regione Chatzar-allomi.

4 Jisraelitæ verò ut viderunt eorum multitudinem, turbati sunt valdè, dixeruntq; *c* alter alteri, nunc occludent isti superficiem totius hujus terræ: & neq; montes excelsi, neq; convalles, neq; colles sustinebunt *d* gravem hunc numerum istorum.

5 Et assumtis quisq; armis suis bellicis quũ accendissent pyram in turribus suis, manserunt excubantes totam noctem illam.

6 Die autem *e* postero eduxit Holophernes totum equitatum suum in os Jisraelitarum qui erant Beth-choglæ, ut recognosceret ascensus civitatis ipsorum:

7 Et fontes aquarum ipsorum invadẽs occupavit eos, ac instituit in eis præsidia bellatorum: ipse verò conjunctis copiis ad populum suum regressus est.

8 Nam accedentes eum omnes principes *f* Edomæorum, & omnes ductores populi Moabitarum ducésque regionis maritimæ dixerant, audiat jam sermonem Dominus noster, ne fiat *g* labes in copiis tuis:

9 Nam populus iste Jisraelitarum nõ confidunt hastis suis, sed *h* istis præaltis montibus in quibus ipsi habitant: non enim fuerit facile ipsos antevertere per vertices montium ipsorum.

10 Nunc ergo Domine, ne bellum gerito contra eos, ut fit bellum instructa acie, & nõ cadet ex populo tuo *i* vel unus: permane in castris tuis præservans unumquemque virum in copiis tuis, & obtineant serui tui fontem aquæ, qui egreditur è radice istius mõtis (nam illinc aquãtur omnes habitatores Beth-choglæ) ita tollet eos sitis, aut dedent civitatem suam: nos verò & populus noster conscendemus propinquos vertices montium, & in eis castra metabimur ad præsidium, ne exeat civitate ullus; & contabescent fame ipsi, uxoresq; ipsorum, & liberi ipsorum; denique antequã gladius superveniat eis, subvertentur in plateis habitationis suæ. Sic rependes ipsis *k* malum, eo quòd seditionem moverint, neq; auscultaverint *l* tibi placidè.

11 Atque horum sermones placuerant *m* Holopherni, & omnibus ministris ejus, constitueratque facere prout loquuti fuerant.

12 Profecta igitur castra Hãmonitarum, & cũ eis quinq; Assyriorũ millia, metata sunt in valle, & præoccuparunt aquas & fontes aquarum Jisraelitarum. Ascendentes verò Edomęi & Hammonitæ metati sunt in regione montana ex adverso Dothajimorũ, ex quibus miserunt ad Notum & Subsolanum ex adverso [1] Beth-Hirabæ, quæ est propinqua [2] Ketzitzo ad torrentem [3] Mochmur: reliquo Assyriorũ exercitu castra metantibus in campo, adeò ut obtegerent totam superficiem terræ, quum tentoria & impedimenta ipsorum metata essent in multitudinem quàm plurimam.

13 Tunc Jisraelitæ inclamarunt Dominum Deum suum minuto spiritu ipsorũ, eò quòd ipsos circumdedissent omnes hostes ipsorum; adeò ut non esset effugiendi è medio illorum via. Quum enim mansissent in circuitu ipsorũ tota congregatio Assyriorũ, pedites, currusq;, ac equites ipsorum dies triginta quatuor, deficiebant omnes habitãtes Beth-choglam, omnia vasa aquaria ipsorum, ac cisternæ ita exhaustæ erant, ut non haberent aquam unde biberent ad satietatẽ die uno, quia ex demenso dabatur bibẽda ipsis. Itaq; abijcientes animum liberi ipsorum & mulieres ac adolescẽtes deficientes ex siti concidebant in plateis civitatis, & in biviis portarum; nec erat virtus ampliùs in ipsis. Et congregati sunt totus populus ad Huzzijam, & principes civitatis, cum adolescentibus mulieribusq; & liberis, & exclamãtes voce magna dixerunt corã omnibus Senioribus, judicet Deus inter nos & vos, quandoquidem affecistis nos injuria magna, qui non loquuti estis *n* de pace cum Assyriis.

14 Nunc autem non est adjutor noster, sed vendidit nos Deus in manus illorum, ut sternamur coram eis siti & perditione magna.

15 Nunc igitur accersite eos & tradite civitatem totam *o* diripiẽdam populo Holophernis, & omnibus copiis ejus.

16 Præstat enim nos ipsis rapinę esse, quàm siti emori. Erimus enim *p* servi; sed vivet anima nostra, neque videbimus mortem infantium nostrorum oculis nostris, & mulieres liberosque nostros deficientes animis ipsorum.

17 Contestamur vobis cęlum & terrã, Deumq; nostrũ & Dominum majorum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata nostra, & peccata majorum nostrorum; [4] *videte* ut non faciat, quemadmodum diximus hodierno die.

18 Ita fuit fletus magnus omnium unanimiter *q* in ecclesia, inclamantium dominum Deum voce magna.

19 Dixit verò illis Huzzija, bono animo estote, fratres: toleremus adhuc dies quinque, quibus advertet dominus Deus noster misericordiam suam in nos; nõ enim derelicturus est nos *r* in æternum:

20 Quòd si præterlabentur illi, nec supervenerit nobis auxilium, faciam secũdùm sermonem vestrum. Sic dispersit populum in *s* stationes ipsi; qui ad muros, & turres civitatis suæ abeũtes, in domos suas uxores liberosque remiserunt, fueruntq; *t* plurimùm abjecti in civitate illa.

b Græ. virorum bellatorum, sic ℣.7.
c Græ. quisque ad proximum suum.
d Gr. gravitatẽ
e Græ. secundo.
f Gr. filiorũ He. sani. sic ℣.12.
g Græ. fractura.
h Gr. altitudinibus montium
i Græ. ut ne unus.
k Græ. retributionem malam.
l Gr. faciei tuæ in pace.
m Gr. corã Holopherne & coram omnibus.
n Gr. pacisci cum filiis Assur.
o Græ. ad direptionem.
p Gr. in servos.
[4] ellipsis ut Genes. 3. 27. Sensus est, videte ne per vos fiat ut armis victi gravius ab hoste ex victoria insolescente cruciemur.
q Græ. in medio ecclesiæ.
r Gr. ad finem.
s Græ. castra
t Gr. in abiectione magna.

[1] sic legimus ex Jehoschu. 18. 22. trãspositis litteris.
[2] sic appellatur ibidem Binjaminitarum oppidum.
[3] id est, atrum & palustrem; quamobrem etiam torrens kanæ, id est, arũdine abũdans, appellatur Jehosch. 16. 8. & sequẽtibus.

CAPUT VIII.

1 AUdiens verò die [1] illis Judith filia Merari, filii Achsai, filii Josephi, filia Huzzielis, filii Chilkijæ, filii Chananjæ, filii Gidhonis, filii Rephanis, filii Achitubi, filii Eliję, filii Eliabi, filii Nathanaelis, filii Sammielis, filii Schimhonis filii Jisraelis:

2 Cujus vir Menasche ex tribu & familia eadem mortuus erat *a* tempore messis hordeaceæ.

3 ([2] Instabat enim *messoribus* ligantibus manipulos in campo, & superveniente æstu capiti ejus decubuerat in cubili suo, sepeliverantq; eum cum majoribus ejus in agro inter Dothajima, & Baltalmajima *sito*.

4 Fuerat autem Judith domi suæ *b* in viduitate annos tres & menses quatuor,

5 Et fecerat sibi tentorium in [3] cœnaculo

[1] Sic omnino legendũ est ex Hieronymo, & ver. 2. capitis sequentis.
[2] *Græ. diebus.*
[2] hos septem versus hyperbaticos esse, res ipsa loquitur. Quamobrem parentheseos signo inclusimus.
b Græ. viduam agens.
[3] sic accipitur his libris ὑπερῶα, ut rectè observat in epistolis Hieronymus.

domi suæ, imposito lumbis ipsius cilicio, & indutis vestibus viduitatis suæ:

6 Jejunabatque omnibus diebus viduitatis suæ præterquàm [4] pridie sabbathorum, & sabbathis, & pridie noviluniorum & festis, hilariisque domus Jisraëlis.

7 Eratq; speciosa forma, & venusta aspectu valde, cui reliquerat Menasche vir ipsius aurum, & argentum, famulosq;, & ancillas, & pecora & agros in quibus manebat:

8 Nec erat qui *c* insimularet eam rei ullius malæ, quia timebat Deum valdè)

9 Audiens igitur verba populi iniqua adversus magistratum, quia minutus erat ipsorum animus ex aquarũ raritate; audiens quoque oẽs sermones Judith, quibus alloquutus erat Huzzija ipsos, ut jurasset eis se traditurũ civitatem post dies quinq; Assyriis, missa puella honoraria sua quæ præerat omnibus facultatibus ipsius, vocavit Huzzijam & Chabrim, & Carmin Seniores civitatis suæ:

10 Qui quum venissent ad ipsam, dixit eis, audite, quæso, me, principes habitatorum Beth-choglæ: nã non est rectus sermo vester, quem eloquuti estis coram populo hodierno die; statuentes jusiurandũ illud quod loquuti estis, inter Deum atq; nos; & dicentes vos traditurus civitatem hanc hostibus nostris, nisi intra dies illos conversus Dominus auxilietur nobis.

11 Nunc enim quinam estis vos, qui tentetis Deum hodierno die, & [5] stetis loco Dei *d* inter filios hominum?

12 Nunc enim Dominum omnipotẽtem [6] disquirite, & nihil pernoscetis *e* unquam.

13 Nam profunditatẽ cordis humani non invenitis, & verba cogitationis ipsius non cõprehẽditis; & quomodo Deũ qui fecit omnia hæc scrutabimini, & mentem ejus pernoscetis, & ratiocinationẽ ejus percipietis mente?

14 Nequaquam, fratres; ne provocate ad iram Dominum Deum nostrũ: nam si nolit intra hos quinque dies adjuvare nos; ipse habet potestatem, quibuscumque vult, imò omnibus diebus protegendi nos, aut etiã propugnandi nos coram inimicis nostris.

15 Vos autẽ [7] ne pignoremini consilia domini Dei nostri: nõ enim similis Deus est hominis [8] ad sumendas ultiones, neq; similis filio hominis ad judicia statuenda.

16 Quamobrem exspectantes salutẽ quæ ab ipso est, invocemus eum ad auxiliũ nostrũ; & exaudiet vocem nostram, si placuerit ipsi:

17 Quandoquidem nõ exstitit in generationibus nostris, neq; est hodierno die neque tribus, neq; familia, neq; populus, neq; civitas ex nobis qui adorent Deos manufactos,

18 Quemadmodum factum est antegressis temporibus, quorum causa traditi sunt gladio & direptioni majores nostri, cõciderúntque casu magno coram hostibus nostris.

19 Nos verò Deum alterum nõ novimus; unde speramus ipsum non despecturum nos, neque ullum è gente nostra.

20 Neq; *verò* [9] si deprehendamur ita, nominabitur Judæa *amplius*; sed prędę erit *f* sanctuarium nostrum, & reposcet profanationẽ ejus ex ore nostro, & metũ *g* qui [10] fratres nostros invasit & captivitatem *incolarum* terræ, & vastitatem hęreditatis nostrę adversus nos profundet in capita nostra apud gẽtes ubi servi fuerimus, erimúsque [11] publico dicterio & probro corã possessoribus nostris. Non enim *h* reddetur servitus nostra gratiosa, sed ignominiosam efficiet ipse Dominus Deus noster.

21 Nunc itaque, fratres, demõstremus fratribus nostris, quãdoquidem à nobis pendet animus illorũ, & sanctissimum locum & domum & altare *i* firmè hærere nobis: præter omnia hæc agamus gratias domino Deo nostro, qui tentat nos ut etiam majores nostros.

22 Mementote quæcunque fecit erga Abrahamum,

23 Et quibus tentavit Jitzchacum, & quæ acciderunt Jaïakobo in *k* Mesopotamiensi Syria, pascenti pecudes Labanis fratris matris suæ.

24 Etenim quemadmodum illos probavit igne ad examinationem cordis ipsorum; ita etiam nos non planè ulciscitur; sed ad institutionem flagellat dominus eos qui propè accedunt ipsum.

25 Tum dixit ei Huzzija, quæcunq; dixisti, ex optimo corde eloquuta es, neq; est quisquã restiturus verbis tuis: nõ enim hodierno primũ die sapientia tua manifesta est; sed *l* à primis diebus tuis novit totus populus *m* animũ intelligẽtem tuum, bonam esse commentationem cordis tui: sed populus sitim validam passus est; ita coegerũt nos, prout loquuti sumus, facere ipsis, & *n* obstringere nos jurejurando, quod minimè sumus transgressuri.

26 Nunc autem ora tu pro nobis cùm mulier pia sis, & immittet dominus pluviam *o* ad implendum cisternas nostras, ut non deficiamus ampliùs.

27 Dixit verò Judith, auscultate mihi, & faciam facinus quod perveniet in generationes *p* omnes ad posteros gentis nostræ.

28 Vos stabitis ad portam hac nocte, & egrediar ego cum ancilla honoraria mea; atq; intra dies illos quibus elapsis dixistis vos traditurus esse hostibus nostris civitatem hanc, [12] inviset dominus Jisraelem manu mea.

29 Vos verò ne perscrutemini quid *q* factura sim: non enim sum indicatura vobis, donec perfecta sint, quæ ego factura sum.

30 Cui Huzzija dixit & principes, abi *r* feliciter, & dominus Deus præeat tibi ad ultionem hostium nostrorum: tum reversi ex tentorio ejus ad suos ordines abierunt.

Caput IX.

1 Judith verò procidens in faciem imposuit cinerem capiti suo & cilicium, *a* [1] posita quam induerat veste, [2] quum adhuc offerretur Jeruschalaimis in domo Domini suffitus vesperæ illius, & exclamavit voce magna Judith, dicens,

2 Domine Deus patris mei Schimhonis, [3] cui tradidisti gladium *b* ad ulciscendum alienigenas, qui aperuerant vulvam virginis ad inquinationem, & nudaverant femur ad rem pudendam, contaminaverantq; virginitatem ad probrum (nam dixeras nõ ita futurũ esse) fecerantque res quarum nomine *c* exposuisti principes eorum cædi, quæ cubile ipsorum fraude oppressum irrigavit sanguine, & percussisti servos cum potentioribus, ac potentiores in thronis ipsorum:

3 Qui exposuisti uxores eorum prædæ, & filias eorum captiuitati, omniáque spolia

[4] hic locus apertè ostendit librum hunc fuisse à Judæo aliquo concinnatum superstitionum amatore. Nã sancti quidem erant Sabbathorum dies, & neomeniæ solennitatesque hilares ex lege, sed proximè antecedẽtes dies: cũ illis sanctificare Judaicũ est: quemadmodum videmus hodie Judæos, ne diebus festis vitium afferant, pridie toto tempore pro meridiano feriari; tãquam si Deus hoc nomine in ære ipsorũ futurus esset.

[c] *Gr. inferret in eam verbum malum.*

[5] i. locum Dei auctoritatẽq; vobis assumatis.

[d] *Gr. in medio filiorum.*

[6] verba sunt συγχωρεμπικὰ q. d. experimini me si forte scrutari potestis Deum; numquã profectò vel tantillum majestatis illius pervestigãdo consequemini: cujusmodi argumentatio est Ijobi 37. & seq.

[e] *Gr. usquè in seculum.*

[7] humanitus dictũ, pro eo quod est, ne putetis vos posse consilia Dei, judicia & actiones ejus pignori aut nexui dedere; irritæ omnes sponsiones vestræ futuræ sunt, si temere agatis cũ Deo.

[8] i. viæ illius non sunt viæ humanæ, neque humanis motibus & instabilibus atque repentinis ad ulciscendum aut judicandum abripitur.

[9] i. si rei erimus tantæ temeritatis; quale in vos imprudenter recepistis, mox de Judæa actũ erit, & nomẽ ej[9] delebitur.

[f] *Gr. sancta nostra, sic seq. ℣.*

[g] *Græ. fratrum nostrorum.*

[10] nempe reliquos Jisraelitas, qui in captivitatem abrepti sint.

[11] vulgo legitur offendiculo, sed nos ex lege maluim[9] interpretari πρόσκωμμα.

[h] *Gr. dirigetur servitus nostra in gratiam, sed in ignominiam pones.*

[i] *Gr. firmatum esse in nobis.*

[k] *Græ. Mesopotamia Syria.*

[l] *Græ. principio ætatum tuorũ.*

[m] *Græ. intelligentiam.*

[n] *Gr. adducere jusjurandum super nos.*

[o] *Gr. ad implementum cisternarum.*

[p] *Græ. generationem.*

[12] vide Genes. 21. 1.

[q] *Græc. factum meum.*

[r] *Græc. ad pacẽ.*

[1] *Græ. nudata.*

[1] Græca verba unius literæ mutatione sic legenda esse ex scripturæ usu est manifestissimum.

[2] i. inter duas vesperas: sic enim ferè scriptura loquitur, & circumscribit tẽpus: ut 1. Reg. 18. 29.

[3] hujus orationis impuritatem duo loci evincunt manifestè; unus, quòd ea historia, quæ habetur Gen. 34. & à Spiritu sancto damnatur Gene. 49. 5. & sequẽtibus, hîc contrà laudibus amplissimis effertur: alter, quod mendaciis à Deo benedici petit, & ad ea se comparat Judith; tamquam si mendacia (ut Augustinus vocat) officiosa accepta essent Domino.

[b] *Græc. ad ultionem alienigenarum.*

[c] *Gr. tradidisti in eadem; sic deinceps.*

eorum *d* dividenda filiis dilectis à te, qui etiã zelotypi fuerunt zeli tui, & abominantes inquinamentum sanguinis sui, invocaverant te, *e* ut adjutor ipsorum esses; o Deus, Deus mi, exaudi me viduam.

4 Tu enim fecisti res antegressas illis, & illas, & consequentes, etiámque præsentes & venturas comprehendis mente, quemadmodum adfuerunt eæ quarum consilium ceperas, & dixerunt ecce adsumus.

5 Etenim omnes viæ tuæ sunt paratissimę, judiciáque tua per providentiam.

6 Nã ecce Assyrii multiplicati sunt copiis suis, elati sũt equo & sessore, gloriãtur brachio peditum, spẽ habent in clypeo sagittáque & funda, neq; agnoscunt te esse Dominum cõterentem bella, Jehovam esse nomen tuum.

7 Tu frange robur eorum potentia tua, & rumpe vires eorum indignatione tua:

8 Nam consilia inierunt profanandi *f* sanctuarium tuum,

9 Inquinandi tabernaculum quietis nominis *g* gloriosi tui, & dejiciendi ferro cornu altaris tui.

10 Respice ad superbiam eorum:

11 Immitte iram tuam in capita eorum:

12 Inde manui meæ quæ vidua sum, vires quas præcepi mente,

13 Percute servum labiis fraudulẽtis meis cum domino, & dominum cum servo ipsius:

14 Frange eorum *h* erectas cervices manu fœminæ.

15 Non enim vires tuæ in multitudine, neque potentia tua in valentibus *sita est*; sed humilium es dominus, & minimorũ es adjutor, defensor infirmorũ, deploratorũ protector, desperatorum servator; næ næ, o Deus patris mei, & Deus hæreditatis Jisraelitarum.

16 Domine cælorum & terræ, creator aquarum, rex omnium rerum creatarũ tuarũ,

17 Tu exaudi orationem meam:

18 Et *i* præsta ut sermo meus *sit* fraudi, & vulneri, & cicatrici istis; qui contra testamentum tuum, & domum sanctificatam tuã, verticémq; Tzijonis, & domicilium possessionis filiorum tuorum consilia dura iniverunt;

19 Deniq; *k* affer in omni gente notitiam tui, & totius potentiæ tuæ viriúmq; ,non esse alium qui protegat gentem Jisraelis, prętet te.

CAPUT X.

1 FUit autẽ, quum desivisset inclamare Deum Jisraelis, & perfectis omnibus verbis suis surrexisset ex procubitu suo,

2 Ut vocaret ancillam honorariam suam, & descendens in domũ in qua versabatur diebus sabbathi & festis diebus suis, atq; evolvẽs cilicium quo induta erat, exueret vestimenta viduitatis suæ.

3 Deinde circumluit os aqua, & ungens unguento *a* optimo, disposuit capillos capitis sui, & imposita sibi mitra induit vestimenta *b* festiva sua, quibus ornabatur *c* quo tempore vivebat vir ipsius Menasche.

4 Quúmque sumens sandalia adhibuisset pedibus suis, & circumposuisset brachialia, & armillas, annulósque, & inaures, ac totũ mundum suum, denique venustè se composuisset valdè *d* ad decipiẽdum oculos virorum, quicumque visuri essent ipsam,

5 Dedit ancillæ honorariæ suæ ligneum utrem vini, & vas olei, peramq; implevit farina & palathis, panibùsq; & [1] caleis, quæ circumvolvens omnia vasa sua imposuit ei.

6 Ita exiverunt unà ad portã civitatis Bethchoglæ, inveneruntq; adstantes ei Huzzijam & Seniores civitatis Chabrin & Carmin:

7 Qui ubi viderunt eam *e* altera specie, & mutata veste, admirati pulcritudinem ejus quamplurimùm.

8 Dixerunt ei, Deus Deus majorum nostrorum *f* efficiat te gratiosam, & perficiat instituta tua ad gloriationem *g* Jisraelitarum, & exaltationem Jeruschalaimorum; atque adoraverunt Deum,

9 Illa verò dixit eis, præcipite aperiri mihi portam civitatis, ut egrediar ad perficiendum sermones, quos loquuti estis mecum. præceperunt itaque adolescentibus, ut aperirent ei quemadmodum dixerat; qui fecerunt ita.

10 Egressa igitur Judith ipsa & ancilla ipsius cum ea, prospectabant ad eam opidani, donec descendisset montem, & transivisset vallem, neq; ampliùs viderent eam.

11 Abierunt autẽ per vallem rectà, ubi occurrente ipsi prima Assyriorum custodia prehenderunt eam, & interrogarũt eam, *ex* quibus es? & unde venis?

12 Quæ dixit, filia sum Hebræorum; [2] & fugio à cõspectu eorum, quia futurum est ut tradantur vobis *h* devorandi.

13 Ego verò venio in conspectum Holophernis primarii ducis copiarum vestrarum, ut renunciem *i* res veras: nam demonstrabo *k* ei viam per quam proficiscens dominium totius montanæ *regionis* obtinebit; *l* nec disperibit virorum ipsius ullus, aut ullũ animal.

14 Quum autem audissent viri isti verba illius, & considerãtibus faciem ejus *m* videretur valde admirabilis pulcritudine,

15 Dixerũt ei, servasti *n* te ipsam, quod festinaveris descendere in conspectum domini nostri: nunc ergo accede ad tẽtorium ejus, & *quidam* ex nobis deducẽt te, donec te in manus ejus tradiderint.

16 Verùm, quando stabis coram ipso, nẽ metuas *o* animo tuo; sed renuncia *p* in hanc sententiam, & benefaciet tibi. ita delegerunt *q* ex suo numero viros centum, quos adjũxerunt ei & ancillæ honorariæ ejus, deduxeruntq; eam ad tentorium Holophernis. Fuit autem concursus in totis castris, quum pervasisset clamor tentoria de aduentu ejus: veniẽtesq; circumdabant eam, quando stabat extra tentorium Holophernis, donec renũciassent ei de illa; & admirãtes pulcritudinem ejus admirabantur Jisraelitas.

17 Dicebat enim alter alteri, quis contemnat populum istum, qui habet apud se mulieres hujusmodi? non est bonum relinqui ex iis virum unum, qui dimissi possent arte circumvenire omnes *incolas* terræ:

18 Posteà egressi qui excubabant in tẽtorio Holophernis, omnesq; administri ejus, introduxerunt eam in tentorium.

19 Quiescebat autem Holophernes super cubili suo in conopeo, quod erat ex purpura auroque & smaragdo, & lapidibus preciosis contextum, sed quum renũciassent ipsi de ea, exiverat in proscenii cum lampadibus argẽteis, præeuntibus ipsi.

20 Quumq; venisset Judith in cõspectum ejus & administrorũ ejus, admirantib. omni-

d Græ. ad divisionem filiorũ.
e Græc. in adjutorem.
f Græ. sancta.
g Græ. gloriæ tuæ.
h Gr. erectionem ut infr. 12.8.
i Græ. da sermonem meum esse & fraudem, & vulnus, &c.
k Græ. fac.
[1] Græcè quidem legitur καθαρῶν, i. puris panibus; sed non dubiũ est, quin præferenda sit Hieronymi lectio καὶ τυρῶν, id est, & caseis. Quamobrem nobis placuit in cõtextum eam reponere.
[2] de hoc mendacio & sequente simulatione tota, quid judicii faciendũ sit, sup. docuimus 9. 2.
a Græ. ut erat alteratus aspectus eius.
b Græ. det te in gratiam.
c Græ. filiorum Jisraelis.
a Græ. pingui.
b Græc. iucunditatis.
c Græ. diebus vitæ viri.
d Græ. ad deceptionem oculorum.
h Græ. in devorationem.
i Græ. verba veritatis.
k Græ. ante faciem eius.
l Græc. nec dissonabit virorũ eius caro ulla, neque spiritus vitæ.
m Græ. esset coram ipsis.
n Gr. animam tuam.
o Græ. corde.
p Græ. secundũ hæc verba tua:
q Græ. ex se:

bus pulcritudinem faciei ejus, procidens in faciem inclinavit se *habens honorem* ei; sed servi illius erexerunt eam.

Caput XI.

1 Dixit verò Holophernes ei, bono animo esto, mulier, ne timeas, apud *a* animum tuum. Nam ego malo non affeci *b* quemquã, qui certo consilio voluerit servire Nebucad-netzari regi totius terræ:

2 Atq; etiam nunc in populares tuos habitantes montanam *regionem* istam, nisi me fecissent nihili, non fuissem sublaturus hastam meam: sed ipsi sibi confecerunt ista.

3 Nunc itaq; dic mihi cujus rei causa effugeris ab eis, & veneris ad nos: *c* venisse enim tibi salutare futurum est. Esto bono animo: hac nocte victura es, & deinceps: Non enim est qui faciat injuriã tibi, sed benefaciet *quisq;* tibi, ut fit servis domini mei Nebucad-netzaris regis.

4 Cui dixit Judith, accipe verba ancillę tuę, & loquatur famula tua *d* coram te: Non enim renunciabo mendacium domino meo nocte hac; sed si sequaris sermones ancillæ tuæ, perfectè negotium faciet tecum Deus, neq; deciderit dominus meus institutis suis.

5 Nam *ut* vivit rex Nebucad-netzar totius terræ, & vivit potentia illius, qui misit te ad correctionem omnis animæ, non solùm homines per te serviunt ei; verumetiam bestię agri, & pecudes, & volucres cæli, robore tuo victuræ sunt sub Nebucad-netzare, & tota domo illius.

6 Audivimus enim sapientiam tuã & versutias animi tui, & renunciatum est toti huic terræ, te unum *e* peritissimum esse in toto regno, & potentem scientia, & admirabilem administratione bellica.

7 Jam verò *de* sermone, quem loquutus est Achior in consessu tuo, audivimus verba illius: quia asciverunt eum Bethchoglani, & renunciavit eis, quæcumque eloquutus fuerat apud te. Propterea domine imperator, ne omittas sermonem ejus; sed repone eum in animo tuo, quia verus est:

8 Nam genus nostrum nõ fert ultionem, nam non prævalet gladius eis, nisi peccaverint in Deum suum.

9 Sed nunc (ut dominus meus *f* non dejiciatur spe, & re infecta abeat) [1] & accidit mors in conspectum eorum, & occupavit eos peccatum, quo provocant Deum suum quandocunque fecerint *g* rem alienam:

10 Quoniã defecerunt eos alimenta ipsorum, & rara est omnis aqua; ideóq; consilium iniverunt invadendi pecudes suas, & quæcunque discrevit ipsis Deus in legib. suis ne comedant, decreverunt consumere:

11 Et primitias frumenti, decimásq; vini & olei, quas sanctificatas custodiebant Sacerdotibus qui adstant Jeruschalaimis in conspectu Dei nostri, statuerunt absumere, quæ ne manibus quidem conveniebat cõtingere quemquam popularium.

12 [2] Miserũt autem Jeruschalaima: quod si ii etiam qui illic habitant *h* assenserint eis qui reportarunt his remissionem à senatu, manebunt quidẽ hi donec renuncietur ipsis, sed *ita* facient: tradentur tibi *i* profligãdi eo ipso die.

13 Itaq; ego ancilla tua cognoscens omnia hæc, aufugi à conspectu illorum; & misit me Deus ad conficiendum res tecum, de quibus obstupescent in tota terra quicumq; eas audiverint.

14 Nam ancilla tua pia est, & serviens noctu atq; interdiu Deo cæli. Nunc ergo mi domine, maneam apud te, & exiens ancilla tua de nocte in vallem istam orabo Deum ut renunciet mihi, quando commiserint peccata ipsorum: veniénsq; referam ad te, ut progrediaris cum omnibus copiis tuis, nec erit ex eis qui obsistat tibi.

15 Et ducam te per medium Jehudææ, donec pervenias è regione Jeruschalaimorum:

16 Et ponam sedem tuam in medio *civitatis* illius, ut agas eos tamquam pecudes, quibus non est pastor:

17 Ac ne canis quidem mutiet lingua sua adversum te: hęc enim mihi dicta sunt ex prænotione mea, & renunciata mihi, quæ missa sum ut renunciem tibi.

18 Placuerunt autem sermones ejus *k* Holopherni, & omnibus administris ipsius, qui admirantes sapientiam ejus dixerunt,

19 Non est *l* ab extremitate una terræ ad alteram mulier ejusmodi, pulcritudine vultus, & peritia sermonum.

20 Et dixit Holophernes ei, benefecit Deus, qui præmisit te populo isti, ut adsit manibus nostris robur; perditio verò iis qui nihili fecerunt dominum meum. [3] Nunc autem *ut* tu venusta es specie, & grata sermonib⁹ tuis,

21 Si feceris prout loquuta es, Deus tuus erit mihi Deus, & tu in domo regis Nebucad-netzaris sedẽs eris nominatissima in tota terra.

Caput XII.

1 Tum jussit *a* introduci eam in locum ubi deponebatur argẽtea suppellex ipsius, & præcepit instrui mensam ei de opsoniis ej⁹, & de vino suo bibendum dari:

2 Cui dixit Judith, non comedã ex eis, [1] ne qua fiat offensa; sed de iis quæ *b* mecum allata sunt, *victus* ministrabitur.

3 Dicente verò Holopherne ei, at si defecerint ea quæ habes penes te, unde habituri sumus similia eis, quæ demus tibi? Non enim est nobiscum [2] quisquam è gente tua:

4 Respondit ei Judith, *ut* vivit anima tua domine mi, non consumet ancilla tua hæc quæ sunt penes me, donec fecerit dominus manu mea, quæ statuit consilio suo.

5 Quum itaq; abduxissent eã ministri Holophernis in [3] tentorium illud, somnum cepit ad mediam usque noctem, deinde surrexit sub matutinam vigiliam,

6 Et misit ad Holophernem dicens, præcipiat quæso dominus meus, ut sinatur ancilla tua ad precandum egredi: præcepítq; Holophernes custodibus suis, ne prohiberent ipsam.

7 Ita permansit in castris triduo; noctu verò egrediebatur in vallem Bethchoglæ, & abluebat se ad [4] fontem illum aquæ in castris:

8 Quúmque ascenderet, orabat dominum Deum Jisraelis, ut dirigeret viam ipsius *c* ad erigendum populares suos.

9 Et ingressa permanebat munda in tentorio, usque dum afferret ancilla alimentum ipsius sub vesperam.

10 Fuit autem die quarto, ut exhibito Holophernes convivio servis suis *d* solùm, neq; vocato ad *e* epulas ullo eorũ qui *f* negotiis pẽrerant, diceret Bigvaio eunucho, qui præerat omni-

a Græc. cor. sic demceps.
b Græ. heminẽ.
c Græc. venisti enim ad salutẽ.
d Græc. in facie tua.
e Græ. bonum.
f Græc. non sit defectus & fine facto.
[1] i. jã rei mortis sunt Judæi ex peccato suo, quod sequentib. exponitur.
g Græ. absurditatem.
[2] hic vers obscuritatẽ quidẽ habet non mediocrem: sed nos ex adjunctorum collatione in hanc sententiã accipim⁹. Jam quidem Senat⁹ Bethchoglæ rem esse liberam & in tantis angustiis cõcessam judicavit: verùm quia in rebus dubiis sententia fuit rogãda & Synedrii Sacerdotis Hierosolymitani, Deut. 17. placuit Reip. homines mittere Jeruschalaima qui sententiam illius cognoscerent; ut si res ab illo cõprobabitur quam Senatus Bethchoglæ concesserat, ita fiat: sin min⁹, ut abstineatur. Jam verò (inquit Judith) sive probent illi, sive improbent, Bethchoglani rei sunt peccati ex consilio suo: sed tamen si Jeruschalaimis (ut futurum præcipio animo) res comprobabitur, tum demum peccatum erit commune omnium: atq; hoc pacto spõdeo te potiturum Jeruschalaimis & Jehudæa tota.
h Græc. fecerint eadem eis.
i Græ. in profligationem.
a Græ. introducere.
[1] nempe in Deum; quem à se coli antè professa est 11. 14.
b Græ. sequuta sunt me.
[2] nempe qui cibaria curet ejusmodi, iis legib. & cautionib⁹, quas observat gens tua.
[3] nempe Bigvaii, inf. ℣. 11. ubi argentum & res omnes pretiosæ custodiebantur vers. 1.
[4] de quo sup. 7. 3.
c Græ. ad erectionem filiorũ populi sui.
d Græ. soli.
e Græ. vocationem vel invitationem.
f Græ. rebus.

omnibus rebus ipsius; profectus jam persuade mulieri isti Hebrææ, quæ est apud te, ut veniat ad nos, & *g* convivetur nobiscum:

11 Ecce enim turpe nobis est si mulierem hujusmodi omittamus, nec cõversemur cum ea. Nam nisi eam pertraxerimus, derisura est nos.

12 Egressus itaque Bigvai à conspectu Holophernis accessit eã, & dixit, ne pigretur puella hæc pulcra venire ad dominum meum, ut gloriam consequatur in conspectu ejus, & bibere nobiscum *h* hilariter vinum, ac fieri hodierno die ut aliqua filiarũ *i* Assyriarum, quę adstant in domo Nebucadnetzaris.

13 Cui respondit Judith, & quæ sum ego, quæ contradicam domino meo?

14 Nam quicquid placiturum est in oculis ejus, studiosè factura sum: atque hoc mihi futurum est exsultationi ad diem usque mortis meæ.

15 Ita exsurgens ornavit se veste, & toto mundo muliebri suo: quúmq; accedẽs ancilla ejus [5] stravisset ei coram Holopherne humi eas pelles, quas acceperat à Bigvaio ad quotidianum usum suum, ut comederet accũbens in eis, ingressa Judith accubuit.

16 Tum obstupescente corde Holophernis de ea, & commoto animo ejus, fuit cupientissimus admodum congrediendi cum ea: nam observabat occasionem decipiendi eam ex quo die primùm eam viderat.

17 Dixítque Holophernes ei, bibe jam, & esto nobiscum *k* hilaris.

18 Cui Judith, jam bibam, inquit, domine, quia magnificentiam adepta vita mea videtur in me hodie plus quàm ullo die *l* ex quo nata sum.

19 Accipiénsq; comedit & bibit coram eo, quæ ancilla ipsius præparaverat.

20 Quam ob rem lætatus Holophernes de ea bibit multum vini admodum, quantum non biberat unquam die uno ex quo natus erat.

g Græc. comedat & bibat.
h Græc. ad hilaritatem.
i Græ. filiorum Assur.
[5] ex prisca accumbendi forma.
k Græc. ad hilaritatem.
l Græc. nativitatis meæ.

CAPUT XIII.

1 UT autem *a* advesperavit, *b* festinãtes servi ejus receperunt se, Bigvaius verò conclusit tẽtorium ejus foris, quum dimisisset adstantes à conspectu domini sui, & discessissent ad cubilia sua.

2 Erant enim omnes defatigati, eò quòd plurimùm *c* usi essent potu: Judith verò sola in tentorio illo relicta est,

3 Et Holophernes, qui antè procubuerat in lecto suo, quia *d* perfusus erat vino.

4 Judith autẽ edixerat ancillæ suæ, ut stans extra cubiculum ipsum observaret egressum ipsius, prout quotidie *fecerat*; nam dicebat se egressuram esse ad precationem suam: & Bigvaium alloquuta erat in eamdem sentẽtiam. Itaq; abiverãt omnes à conspectu ejus, & nemo relictus fuerat in eodem cubiculo, *e* neq; parvus, neque magnus.

5 Tum consistens Judith ad lectum illius, dixit *f* apud animum suum,

6 Domine Deus omnis potentiæ, respice hora hac ad opera manuum mearum, *g* ut exaltentur Jeruschalaima: quandoquidem jam tempus *est* defendendi hæreditatem tuam, & efficiendi instituta mea *h* ad confringendum hostes, qui insurrexerunt in nos.

a Græc. vespera facta esset.
b Græc. festinaverunt recipere; sic ℣. 14.
c Græc. fuissent potu.
d Græ. circumfusum erat ei vinum.
e Græ. à parvo usq; ad magnũ: sic ℣. 15.
f Græc. in corde suo.
g Græ. ad exaltationem Jeruschalaimorum.
h Græ. confractionẽ hostium, sic ℣. 24.

7 Et accedens ad [1] regulam lecti quæ erat ad caput Holophernis, depromsit ex eo [2] acinacem, & appropinquans lecto prehendit pugno comam capitis ejus dicendo:

8 Corróbora me, Domine Deus, hodierno die.

9 Et incussit in collum ejus duos ictus robore suo, auferénsque caput ejus ab eo devolvit corpus ejus è strato,

10 Et abstulit à columnis [3] conopeum ipsum.

11 Egressáq; paulo post tradidit ancillę honorariæ suæ caput Holophernis, quum indidisset illud in peram cibarii sui.

12 Ità egressæ sunt ambæ simul pro sua consuetudine ad precationem, & trajicientes castra circumiverunt [4] vallem illam, ascendentésque montem Beth-choglæ venerunt ad portas illius:

13 Dixítque Judith è longinquo custodibus qui erant ad portas, aperite, aperite modò portam hanc; nobiscum Deus Deus noster est ad faciendum adhuc *i* res potentes in Jisraele, & robustas contra inimicos, quemadmodum etiam fecit hodierno die.

14 Fuit autem quum audissent viri civitatis illius vocem ejus, ut festinantes descenderent ad portam civitatis suæ, & Seniores civitatis illius convocarent:

15 Concursantésque omnes æquè parvi ac magni, eò quòd præter opinionem videbatur ipsis reverti illam, & aperientes portam susceperunt eas.

16 Quúmque accendissent ignem *k* lucis causâ, circumstabant eas.

17 Illa verò voce magna dicebat eis,

28 Laudate Deum, laudate, laudate Deũ: quia non abstitit misericordia ejus à domo Jisraelis, sed diffregit inimicos nostros mea manu nocte hac:

19 Proferénsque caput illud è pera sua ostendit, & dixit eis, Ecce caput Holophernis primarii ducis copiarum Assyriæ: ecce quoq; conopeum cui incũbebat *l* ebriosus, ubi percussit eum dominus per manum fœminæ.

20 Nam *ut* vivit Dominus qui conservavit me in hac vita mea, qua ambulavi; decepit eũ vultus meus ad perditionem ipsius, nec tamẽ commisit peccatum mecum *m* impurum aut pudendum ullum.

21 Tum obstupuit totus populus admodum, & inclinantes se adoraverunt Deum:

22 Dixerúntque uno animo, benedictus es Deus noster, qui in nihilum redegisti hodierno die inimicos populi tui.

23 Huzzija verò dixit ei, tu benedicta es, ô filia *à* Deo altissimo supra omnes mulieres, quæ versantur in terra,

24 Et benedictus Dominus Deus, qui creavit cælos & terram, quòd direxerit te ad diffringendum caput principis inimicorum nostrorum.

25 Nam [5] nõ absistet spes tua à mente hominum recordantium robur Dei in seculum: faciat itaq; Deus hæc tibi ad exaltationem æternam, ut *n* respiciens ad te perfundat te bonis, quandoquidem non pepercisti *o* vitæ tuę, propter abjectionem gentis nostræ: sed prævenisti casum nostrum rectà ambulans coram Deo nostro.

26 Dixitque totus populus, *p* Amen, Amen.

[1] impagem illam transversam, cui cervical apponitur: nam illa in cubilibus eadem ratione appellatur regula, qua in prælis, & trapetis apud Græcos & Latinos auctores trabes circumstãtes dicuntur regulæ. Usitatum est autem viatoribus militibúsque, ut gladium, zonam pecuniámq; cervicali subdant.
[2] gladiũ Persicũ, per quẽ ferè jurabant illi: de cujus forma apud veteres legũtur multa.
[3] est quidem conopeum illud quod propter infesta animalcula adhiberi solet, quæ Græci appellant κώνωπας: sed hic potius accipiendum est infimum stratũ, quo molliores viri utuntur in grabatis castrensibus: quod conopeum sine solo ligneo, aut alio sustentaculo columnis lecti & spondæ appingitur. Qua autem causa hoc fecerit vide infra ℣. 19.
[4] de qua sup. 6.
i Græc. potentiam in Jisraele & robur.
k Græ. ad lucẽ.
l Græ. in ebrietatibus suis.
m Græ. ad pollutionem aut pudorem.
[5] i. pii omnes semper tuæ pietatis & fidei spesque quam in domino collocasti, mentionem facient.
n Græc. ad respiciendum te in bonis.
o Græ. animæ.
p Græc. Fiat fiat.

CAPUT XIV.

1 DIxit verò Judith illis, auscultate mihi jam fratres, & accipientes caput istud suspendite ipsum in projectura summa muri nostri.

2 Eritque illucescente matutino, & exoriente sole super terram, ut assumatis quisque arma bellica vestra, & procedat omnis vir potens extra civitatem, quum imposuerîtis ducē eis, tamquam descensuri in campum ad primam custodiam Assyriorum, quamvis minimè descensuri estis.

3 Tum assumentes isti omnia arma sua, ibunt in castra sua, excitabúntq; duces copiarum Assyriæ,

4 Quúmq; accurrentes ad tentorium Holophernis non invenerint ipsum, irruente in eos metu fugient à conspectu nostro.

5 Tum verò insequentes vos & quicumque habitant totum terminum Jisraelis, prosternite eos *a* ubicumque fuerint.

a Græc in viis ipsorum.

6 Verùm antequam faciatis ista, arcessite mihi Achiorem Hammonitam, ut videns agnoscat illū qui nihili faciebat domum Jisraelis, & qui ipsum *b* tradēdum morti miserat ad nos: vocaverunt itaque Achiorem è domo Huzzijæ; qui quum venisset, videns caput Holophernis ad manum cujusdam viri in congregatione populi, procidit in faciem, tāquam soluto spiritu suo. Quū autem resumsissent eum, accidit ad pedes Judithæ, & inclinans se coram ea dixit, tu *verò* benedicta es in omni tentorio Judæ, & in omni gente: quæ audito nomine tuo turbabuntur: nūc autem renuncia mihi quę feceris diebus istis; renunciavítque Judith ei in medio populi quęcumque fecerat, ex quo die exiverat usque dum erat alloquuta ipsos; quumque desiisset loqui, voce magna jubilavit populus, ediderúntque vocem hilarem in civitate sua.

b Græ. ad mortem.

7 Videns verò Achior quæcumq; fecerat Deus Jisraelis, credidit Deo admodum, & circumcisus carne præputii sui adjunctus est domui Jisraelis usque ad diem hunc.

8 Matutina autem lux quū ascendisset, suspenderunt caput Holophernis de muro, & assumens quisq; vir arma sua processerunt *c* per acies in ascēsus montis; quos quum viderent Assyrii, transmiserunt ad ductores suos.

c Græ. secundū cohortem.

9 Venerunt igitur illi ad duces, & chiliarchos, & ad omnem principem ipsorum; qui accedentes ad tentorium Holophernis, dixerunt *d* præfecto prætorio ejus,

d Græ. ei qui erat super omnes res ejus.

10 Excita jam dominum nostrum; nam audent ista mancipia descendere contra nos in *e* pugnam, ut profligentur prorsus.

e Gr. in finem.

11 Ingressus autem Bigvai pulsavit vestibulum tentorii,

12 Suspicabatur enim eum cum Juditha dormire.

13 Sed quum nemo exaudiret, aperiēs ingressus est in cubiculum.

14 Ubi invenit eum jacentem super strato mortuum, capite ejus ablato ab eo, exclamavitq; voce magna cum fletu ac gemitu & clamore valido, disrumpens vestimenta sua:

15 Deinde ingressus tentorium ubi solebat Judith pernoctare, nō invenit eā: quāobrem prosiliens ad populum clamavit, prævaricati sunt servi, *f* attulit confusionem unica mulier Hebræorum domui regis Nebucadnetzaris:

f Græc. fecit.

nam ecce Holophernes humi *jacet*, & caput ejus non adest ei.

16 Hæc autem verba quum audissent principes copiarum Assyriæ, disruperūt statim tunicas suas, & turbatus est animus eorū valdè:

17 Eorúmq; clamor & vociferatio magna valdè *g* in castris effecta est.

g Græc. in medio castrorum.

CAPUT XV.

1 SEd quum audissent ii qui erant in tentoriis, obstupuerunt de eo quod factum fuerat, & accidit eis timor & trepidatio,

2 Adeò ut non maneret quisquam in conspectu proximi sui ampliùs; sed effusi uno animo fugerent in omnem viam planitiei & regionis montanæ, & ii quoque qui in regione montana circum Bethchoglam castra posuerant, in fugam verterentur.

3 Tum verò filii Jisraelis unusquisque, inquam, *a* bellator ex eis effusi sunt in eos:

a Græc. vir bellator.

4 Et misit Huzzija [1] Eschtemonē, & Bethbirem, Chobámque, & Cholonem, denique in omnem terminum Jisraelis, qui renunciarent de iis quæ confecta erant, indicerēntque ut omnes impetu effunderentur contra hostes ad tollendum eos.

[1] Hæc locorū nomina ex cōjectura restituere hoc modo visum est propter sequentes voces, & in omnem terminū, &c. Nam tres his quidem vocibus termini videtur designari, quibus Assyrii poterant effugium sibi investigare: occidētis termin? hic nullus ponitur, quia mare omnem effugiendi spem fuisset ademturum. Sunt autem duo priora loca ad meridiem sita in tribu Jehudæ & Schimhonis: Choba verò ad septemtrionē est, Gen. 14. 15. Cholon denique orientem versus, ubi Aulona Græci quoque scriptores statuerunt.

5 Quod quum audissent Jisraelitæ, omnes uno animo irruerunt in eos Chobam usque, similitérq; ii qui Jeruschalaimis advenerant, & ex tota regione montana, quia renunciaverant ipsis ea quæ facta fuerant castris inimicorum suorum.

6 Et qui in Gilhade, quíque in Galilęa habitabant, irruentes fuderunt eos plaga magna, donec præteriissent Damascum & terminos ejus.

7 Ac habitatores quidem Bethchoglæ reliqui irruerunt in castra Assyriorum, & prædati eos divitiarum plurimum adepti sunt:

8 Jisraelitæ verò à cæde reversi reliquiis potiti sunt, vicíque & civitates quæ in montana & campestri regione erant, obtinuerunt multa spolia: erat enim multitudo *eorum* magna valdè.

9 [2] Jojakim verò Sacerdos ille magnus, & senatus *b* Jisraelitarum habitantes Jeruschalaimis venerunt, ut *c* [3] constituerent bona quę fecerat Deus Jisraeli, & visa Juditha *d* alloquerentur eam verbis pacis.

[2] de quo sup. 4. 5.

b Græ. filiorum Jisraelis.

c Græ. fundarent.

[3] i. ut rebus sanctè & prudenter prospicerent, ordine rebus omnibus imposito, ne aut Dei offensa, aut administrationis imprudentia tantum bonum per gratiam Dei exstructum, labefactaretur.

10 Ingressi autem ad eam benedixerunt ei uno animo, dicentes ei:

11 Tu exaltatio Jeruschalaimorum, tu exaltatio magna Jisraelis, tu gloriatio magna es gentis nostræ; quòd feceris hæc omnia manu tua, & te afficiente bonis Jisraelem Deus prosequutus sit eos benevolentia; benedicta sis ab omnipotente domino in æternum tempus; dixítque populus totus, Amen.

d Græ. loquerentur cum ea pacem.

12 Spoliavit autem populus castra per dies triginta.

13 Dederúntque Judithæ tentorium Holophernis, instrumentáque argenti omnia, & lectos, urnásque, & omnia supellectilia ejus; quæ accipiens illa imposuit alia mulæ suæ, aliáque junctis plaustris suis cumulans imposuit.

14 Tum concurrens unaquæq; mulier Jisraelitis ad videndum eam, benedixerunt ei, & exhibuerunt ei choream ex numero suo.

15 Quúmq; illa accipiens thyrsos in manus suas dedisset quoque mulieribus, quę comitabantur

bantur ipsam, vicissim coronam oleæ imposuerunt ipsi, & [4] ipsius comiti. Ita processit coram toto populo in chorea dux omnium mulierum, & sequuti sunt omnes Jisraelitæ armati cum coronis, & hymnis ore ipsorum *decantatis*.

[4] i. ancillę honorariæ, quæ ipsam fuerat prosecuta.

CAPUT XVI.

1 NAm incipiente Juditha professionem hanc apud totum Jisraelem, totus populus post eam proloquutus est laudationē hanc.

2 Dixit ergo Judith, incipite Deo meo *canere* tympanis, modulamini ei Psalmos, laudémque, exaltate & invocate nomen ejus;

3 Quia Deus conterens bella, quia in castra *incurrens* in medio populi eduxit me è manu persequentium me.

4 Venerat Assyrius è montibus, à Borea,

5 Venerat cum myriadibus copiarum suarum, quarum multitudo obturaverat torrentes, & quarum equitatus tegebat colles:

6 Dicebat se incensurum [1] terminos meos, & adolescentes meos sublaturum gladio, lactentésq; *a* abjecturum in solum, & infantes meos *b* expositurū depopulationi, virginésque meas prædaturum:

7 Sed dominus omnipotens *c* deturbavit eos manu fœminæ.

8 Non enim cecidit potens ille à juvenibus, neque posteri [2] Titanum percusserunt eum, neque excelsi gigantes aggressi sunt eū; sed Judith filia Merari pulcritudine vultus sui dissolvit eum.

9 Exuerat enim stolam viduitatis suæ ad *d* exaltandum Jisraelitas laborantes:

10 Unxerat faciem suam unguento, & devinxerat crines suos insertos mitræ, ceperatq; stolam lineam, ut deciperet eum.

11 Hujus sandaliū abripuit oculum illius, & pulcritudo hujus captivam tenuit animam illius: pervasit acinaces collum illius.

12 Horruerunt Persæ audaciam illius, & Medi *ad* facinus audax illius perturbati sunt.

13 Tum jubilarunt humiles mei, & exclamarunt infirmi mei, quum *illi* perterrefacti sunt; exaltarunt vocem suam, quum retroversi sunt.

14 *e* Puelli confoderunt eos, & tamquam pueros *f* fugitivos vulnerarunt eos, perierunt ab instructa acie, domini Dei mei.

15 Cantabo Domino hymnum novum.

16 Domine magnus es & gloriosus, admirabilis potentia, & inexsuperabilis.

17 Tibi serviat omnis creatura tua; quia dixisti & facta sunt; misisti spiritū tuum qui ædificavit, neq; est qui obsistere possit voci tuę.

18 Montes enim à fundamentis cū aquis commoverentur, & petræ à conspectu tuo, ut cera liquescerent.

19 Erga eos autem qui timentes sunt tui, tu propitius futurus es planè. Nam parva res *videtur* tibi omne sacrificium ad odorem gratum, & minima omnis adeps ad holocaustū tuum; sed qui timet Dominum, omnino magnus est.

20 Væ gentibus quæ insistunt in genus meum: Dominus omnipotens ulciscetur eas die judicii,

21 Indendo ignem vermésque carnibus earum, quorum sensu fleant in seculum.

22 Ingressi autem Jeruschalaima adoraverunt dominum; & postquam fuit purificatus populus, obtulerunt holocausta sua, & voluntarias oblationes, ac donaria sua.

23 Obtulit verò Judith omnia instrumenta Holophernis, quæ dederat ipsi populus; & conopeum ipsum quod acceperat è cubiculo illius donarium *g* sacravit domino.

24 Populus verò hilaria egit Jeruschalaimis *h* coram sanctuario per tres menses, & Judith cum ipsis mansit.

25 Quibus diebus trāsactis *i* junctis *equis* reversus est quisque in hæreditatem suam, & Judith profecta Bethchoglam, mansit apud facultates suas.

26 Fuitque tempore suo gloriâ illustris in regione tota:

27 Et quamvis multi concupiscentes ambirent eam, non tamē cognovit eam quisquā omnibus diebus vitæ ejus, ex qua hora mortuus erat Menasche vir ejus; usq; dum aggregata est ad populum suum.

28 Sed provecta est, ut *erat* magna valdè, consenuitq; in domo viri sui ad annos centū quinq;, dimisitq; ancillam honorariam suam *k* in libertatem. Ita mortua est Bethchoglæ, & sepelierūt eam, *cives* in spelunca viri ipsius Menaschis, luxitque eam domus Jisraelis diebus septem.

29 Distribuit autem facultates suas, antequàm moreretur, omnibus proximè Menaschem virum suum, & proximè genus suum attingentibus:

30 Nec fuit ampliùs qui metum *l* Jisraelitis injiceret diebus Judithæ, & diebus multis *m* post mortem ipsius.

[1] Verba totius Ecclesiæ cum Juditha concinentis, ut dicitur vers. 1.
[a] *Græc. positurum.*
[b] *Gr. daturum.*
[c] *Græc. irritos fecit, vel deposuit.*
[2] hæ voces, Titanum & Gigantū, plane ostendunt hunc librum à recentiore aliquo auctore conscriptū esse: nusquam enim sic loquitur in libris authenticis sanctus Dei Spiritus simplicissimæ veritatis doctor.
[d] *Gr. altitudinem laborantium Jisraelitarum.*
[e] *Gr. filii puellarum.*
[f] *Græc. fugitivorum.*
[g] *Græ. dedis.*
[h] *Græc. in conspectu sanctorum: sic accipiuntur sancta sup. 4. 15. & 8. 20.*
[i] *Græc. junxis.*
[k] *Græc. liberā.*
[l] *Græc. filiis Jisraelis.*
[m] *Græc. postquam mortuā est ipsa.*

BARUC.

BARUC *deportata in Babyloniam Jehudæorum parte, eôdem data occasione profectus cum deportatis fratribus communicat: qui collectam mittentes Jeruschalaima pro cultu Dei, scribunt ad fratres qui erant in Jehudæa reliqui literas de agnitione & confessione peccatorum, de resipiscentia, & Euangelicis in resipiscentes promissionibus. Ac postremo epistolam Jirmejæ ad deportatos subjicit, qua illi adversus idola & idololatriam confirmantur.*

Caput I.

[1] Hujus libri inscriptio tã multis verbis implicata est, ut vix adhuc judicio meo fuerit ab ullo explicata. Sũma est, Barucum anno à Jehojakinis deportatione quinto versantem in Babylonia, ut peritus erat scriba, fratribus deportatis cõmunicato consilio tradidisse exemplum literarum, quod ipse exaraverat, ut ad fratres qui in Judæa adhuc manserãt, mitteretur. Quarum literarũ summa partibus duabus comprehenditur: una est confessio peccatorũ & deprecatio, à versu 15. hujus capitis ad versum 9. cap. 3. Altera est officii ad omnes pertinẽtis explicatio, ad finem usq; quę quidem epistola eò quòd longior est, libellus appellatur. Itaq; continentur tria hoc capite: primum est inscriptio, novem versibus; secundũ, familiare consilium & cõmunicatio deportatæ multitudinis, versib. quinque; postremũ verò, principium ejus libelli, quẽ Baruc captivorum nomine cõscripserat.

[2] Alibi quidẽ legi non meminimus, quando aut quomodo Baruc in Babyloniam profectus sit ante deportationem regis Tzidkijæ: sed tamen si qua conjectura huc afferri potest, probabile est, eum anno quarto regni Tzidkijæ cũ Serajæ fratre in Babyloniam profectum esse. Jirm. 51. 59. [3] à deportatione Jeconjæ, ut ex illo Jirmejæ loco colligimus. [4] qui mensis fuerit præcisè ex scriptura statui non potest, sed sequentib. verbis circumscribitur. q. d. præcisè quinto pòst anno. & eodem tempore, quo capta fuerant Jeruschalaima. [5] hoc me usquam legere non memini. Quamobrem si cui placebit credere, erit intelligendum ignem à Chaldæis subjectum fuisse, sed eo restincto opidum conservatum: alioqui post annos septem arserunt Jeruschalaima. 2. Reg. & 2. Chron. & Jirm. ultimis capitib. nisi quis hoc scriptum post deportationem ultimam exaratũ putet, & hæc per anticipationem ab auctore posita. [a] *Gr. in auribus: sic deinceps.* [b] *Græc. ad librum.* [c] *Græ. regum, sed hoc nomine principes quoq; regiæ stirpis appellantur.* [d] *Gr. à parvo ad magnum.* [6] nisi me animus fallit, fluvius ille est qui ex Euphrate derivatus circumfluit Babyloniam una ex parte, & in paludes Chaldaicas influit: ex quo fluvius Sudi, tamquam vastati & desolati agri, appellatur. [7] nempe earum oblationum, quæ sequentibus verbis exponuntur. [e] *Gr. manus.* [f] *Gr. inveniebantur.* [8] hic versus ex molestissima synchysi laborat in contextu Græco, quam nos evidentiæ causa correximus. Sensus est, deportatos collectam suam Jeruschalaima transmisisse, ut Sacerdos magnus ex oblatione illa curaret argentea vasa fieri loco aureorum quæ per Nebucadnẽtzarem fuerãt exportata, 2. Reg. 24. 13. quod postea auctoritate regis Tzidkijæ curatum fuisse dicitur. [9] qui Majo nostro ex parte respondet. [10] sic alloquebantur deportati Barucum & legationem totam, quasi cum fratribus qui in Jehudæa erant, egissent coràm. [11] illud videlicet, de quo agitur potissimùm Levit. 2. est enim Græcè μάνια pro Mincha. [12] i. nepotis. Nam Evilmerodac fuit Nebucadnetzaris filius, & hujus pater. 2. Reg. 25. 27. [g] *Græc. inveniamus.*

1 Hæc autem *sunt* verba libri quę scripsit Baruc filius Nerijæ filii Machseiæ, filii Tzidkijæ, filii Chaschabjæ, filii Chilkijæ [2] in Babylonia.

2 [3] Anno quinto, septimo die [4] mensis illius, eodem tempore quo ceperant Chaldæi Jeruschalaima, eáque [5] incenderant igne.

3 Hujus ergo libri verba legit Baruc *a* audiente Jeconja filio Jehojakimi rege Judæ,

4 Et audiente populo toto cõvenientibus *b* ad lectionem libri, & audiẽtibus potentioribus, & filiis *c* principum, & Senioribus, denique audiente toto populo *d* æquè parvo ac magno, iis omnibus qui habitabant in Babylonia [6] ad fluvium Sudi:

5 Quum flentes jejunarunt, & voverunt [7] vota coram domino.

6 Coegeruntque pecuniam prout uniuscujusque potuit *e* facultas;

7 (Quam miserunt Jeruschalaima ad Jehojakimum filium Chilkijæ, filii Schallumi Sacerdotem, & ad Sacerdotes alios, & ad populares omnes, qui *f* præsentes erant cum eo Jeruschalaimis,

8 [8] In terram Jehudę die decimo [9] Sivanis, ut accipiens ille restitueret vasa domus domini, quæ elata fuerant è templo, vasa argentea quæ curavit fieri Tzidkija filius Joschijæ rex Jehudæ,

9 Postquã deportans Nebucadnetzar rex Babyloniæ Jeconjã & principes ac potentes quosque vinctos, & populum terræ Jeruschalaimis abduxisset in Babyloniam)

10 Et dixerunt, Ecce misimus [10] ad vos pecuniam; ita comparate vobis pecunia hac holocausta, & *oblationes* pro peccatis, ac thus; & conficientes [11] munus offerte ad altare Domini Dei nostri:

11 Et orate pro vita Nebucadnetzaris Regis Babyloniæ, & pro vita Beltschatzaris [12] filii ejus, ut sint dies illorum pares diebus cæli impendentes terræ:

12 Dabítque dominus vires nobis, illuminans óculos nostros, ut viventes sub umbra Nebucad-netzaris regis Babyloniæ, & sub umbra Beltschatzaris filii ejus serviamus eis diebus multis, & *g* consequamur gratiam coram eis.

13 Item orate pro nobis dominum Deum nostrum, quia peccavimus domino Deo nostro; necdum aversa est indignatio & ira ejus à nobis in hunc usque diem.

14 Et legite libellum hunc quem misimus ad vos, pronunciantes in domo domini diebus festis, & diebus solennibus,

15 Dicentes, domino Deo nostro justitia; nobis verò confusio vultus *inest*, prout est hodiernus dies, Jehudæo cuique, & habitatoribus Jeruschalaimorum,

16 Et regibus nostris, ac principibus nostris, & Sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, majoribúsque nostris;

17 Eò quòd peccavimus coram domino, & fuimus ei immorigeri,

18 Neque auscultavimus voci domini Dei nostri, ut ambularemus in pręceptis ejus, quę exposuerat in conspectu nostro.

19 Ex quo die eduxit dominus majores nostros è terra Ægypti, usq; ad diem hunc fuimus immorigeri erga dominum Deum nostrum, eúmque parvi fecimus, ut non auscultaremus voci illius:

20 Et quamvis adhæserint nobis mala & maledictio illa, quam constituerat dominus Moschi servo suo quo tempore eduxit dominus majores nostros è terra Ægypti, ut daret nobis terram affluentem lacte & melle, [13] ut hodierno die:

21 Non tamen auscultavimus voci domini Dei nostri in omnibus verbis prophetarũ, quos mittebat ad nos;

22 Sed ambulavimus unusquisque in cogitatione cordis sui nequam, colendo Deos alios, & faciendo quæ mala videntur in oculis domini Dei nostri.

[13] nempe adhuc possidemus beneficio Dei. Nam hæc dicuntur in persona eorum qui remanserant Jeruschalaimis.

Caput II.

1 Deò pręstitit dominus verbũ suum, quod proloquutus erat contra nos, & contra judices nostros, qui judicabãt Jisraelem, & contra reges nostros, & contra principes nostros, denique contra *a* Jisraelitas & contra Jehudæos,

2 Se adducturum cõtra nos mala magna, quæ non facta fuerint sub toto cęlo, prout factum est Jeruschalaimis, secundũ ea quæ scripta sunt in lege Moschis,

3 Vescituros nos *b* quemque carnibus filii sui, & quemque carnibus filiæ suæ:

4 Et reddidit eos subjectos omnib. regnis circumstantibus nos probro, & *desolationi* inviæ, omnibus populis circumstantibus nos, ubi disseminavit eos dominus,

5 Fuerúntq; inferiores, ac nõ superiores: quia peccavimus domino Deo nostro, & nõ *c* auscultavimus voci illius.

6 Domino Deo nostro justitia; nobis verò & majoribus nostris *inest* confusio vultuum, prout est hodierno die:

7 Quæ eloquutus fuerat Dominus contra nos, omnia mala illa supervenerunt nobis.

8 Non enim precati sumus faciem Domini, ut averteret unumquemque à cogitationibus cordis sui nequam:

9 Idcircò invigilavit Dominus malis istis, quę adduxit Dominus super nos. Nam justus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandavit nobis.

10 Nos verò nõ auscultavimus voci ejus, ut ambularemus in pręceptis Domini, quę *d* exposuerat

[a] *Græc. virum Jisraelis & Jehudæ.*

[b] *Græ. virum.*

[c] *Græc. ad non auscultandum: quæ corrupta est Hebraismũ interpretatio.*

[d] *Gr. dederat.*

posuerat in conspectu nostro.

11 Nunc ergo, domine Deus Jisraelis, qui eduxisti populum tuum è terra Ægypti manu robusta, signísque, & portentis, ac potentia magna, & brachio excelso, & *e* comparasti tibi ipsi nomen, prout est hodie:

12 Peccauimus, impiè fecimus, injusti fuimus, domine Deus noster, in omnibus statutis tuis.

13 Avertatur indignatio tua à nobis, quandoquidem relicti sumus pauci in gentibus, ubi disseminavisti nos.

14 Exaudi, domine, orationem nostram & deprecationem nostram, ac extrahe nos propter te; & inde nobis gratiam in cōspectu eorum qui deportaverunt nos:

15 Ut noscat tota terra te esse dominum Deum nostrum, & *f* de nomine tuo vocari Jisraelem, & genus illius.

16 Domine, respice è domo sancta tua, & cogitationem adverte ad nos; inclina Domine aurem tuam & audi.

17 Aperi, domine, oculos tuos, & vide: Nō enim qui mortui sunt in sepulcro, quorū receptus est spiritus ex viscerib. ipsorū, ii tributuri sunt gloriam & *g* laudem justitiæ domino:

18 Sed anima dolēs de magnitudine *h* depressionis & infirmitatis in qua ambulat; & oculi deficientes, animáque famelica cedent tibi gloriam & justitiam Domine.

19 Non enim rectè factorum à majorib. nostris regibúsq; nostris nomine effundimus nos *i* miseram deprecationem nostrā in conspectu tuo, Domine Deus noster:

20 Nam immisisti indignationē tuam, & iram tuam in nos, quemadmodum loquutus fueras *k* per servos tuos prophetas, dicens,

21 Sic ait Dominus; inclinate humerum vestrum, & servite regi Babyloniæ, & [1] considete in terra, quam dedi majoribus vestris.

22 Quòd si non auscultaverîtis voci Domini serviendo regi Babyloniæ;

23 Faciam *l* ut deficiat ex civitate Jehudæ, & extra Jeruschalaima [2] vox lætitiæ & vox gaudii, vox sponsi & vox sponsæ, sitque tota terra invia, deserta habitatoribus.

24 Quúmq; nō auscultaverimus voci tuę, serviēdo regi Babyloniæ, prestitisti verba tua quæ proloquutus fueras per servos tuos prophetas, fore ut efferrētur ossa regum nostrorum, & ossa majorum nostrorum, è loco suo.

25 Nam ecce sunt projecta ad æstum diei & gelu noctis, & mortui sunt in laborib. gravissimis, fame, gladio, atque disjectione.

26 Et posuisti domum tuam quæ vocatur de nomine tuo, prout est hodie, propter improbitatē domus Jisraelis & domus Jehudæ.

27 Deniq; fecisti nobiscū, Domine Deus noster, secundùm omnem æquitatem tuam, & secundum omnem tuam miserationem magnam:

28 Quemadmodum eloquutus fueras per servum tuum Moschen, quo die mandasti ei ut scriberet legem tuam coram *m* Jisraelitis, dicens:

29 Nisi auscultaverîtis voci meæ, utique [3] examen illud magnum ac multum illud convertetur in *numerum* parvum, in gentibus, ubi disseminabo eos.

30 Novi non esse auscultaturos mihi, quia populus dura cervice est:

31 Sed si reversi ad *n* seipsos in terra deportationis suæ agnoverint me esse Dominum Deum ipsorum, me indente ipsis cor & aures audientes,

32 Et laudaverint me in terra deportationis suæ, recordantes nominis mei,

33 Et reversi fuerint ab *aversatione* humeri sui [o] obdurati, & ab improbitatibus actionum suarū, eo quòd recordati fuerint vię majorum suorum qui peccaverunt coram Dño:

34 Etiam reducā eos in terram, quam juratus promisi majoribus ipsorū, Abrahamo, Jitzchako, & Jahakobo, ut dominentur ei; & multiplicabo eos, ac nullo pacto minuentur:

35 Deniq; constituam eis fedus æternum, me fore ipsis Deum, ut ipsi mihi sint populus; neq; amovebo ampliùs populum meū Jisraelem à terra quam dedero eis.

e Græc. fecisti.

f Græc. nomen tuum invocari super Jisraelē.

g Græc. justificationem.

h Græ. depressa & infirma.

i Græc. miserieordiam.

k Græc. manu servorum, sic ỳ. 24. & 28.

[1] i. si nō deficietis ab obsequio regis Babyloniæ, estote certi, vos minimè deportatum iri; sed in hac terra cū bona regis venia permansuros esse. Sic Gen. 20.7.

l Gr. defectum.

[2] vide Jirm. 7.34.

m Græc. filiis Jisraelis.

[3] metaphora ab apibus sumta.

n Græc. ad cor suum.

o Græc. duri.

CAPUT III.

1 DOmine omnipotens, Deus Jisraelis, anima in angustiis *versans* & spirit[a] anxius inclamavit te.

2 Exaudi, Domine, & miserere, quoniam Deus es misericors; miserere inquā, quia peccavimus coram te:

3 Tu enim sedes in seculum, nos vero *an* periremus in seculum?

4 Domine omnipotens Deus Jisraelis, exaudi jam orationem [1] mortuorum Jisraelitarum, id est, filiorum qui peccant coram te, qui non auscultaverunt voci Domini Dei sui, unde nobis adhærent hæc mala.

5 Ne recorderis iniquitates majorum nostrorum; sed recordator manus tuæ, & nominis tui hoc tempore;

6 Te Dominum Deum nostrum esse; & laudabimus te, Domine.

7 (Nam propterea indidisti cordibus nostris timorem tui ad invocandū nomen tuū) & laudabimus te in loco deportationis nostræ, [2] quandoquidem revocavimus in animū nostrum totam iniquitatem majorū nostrorum, qui peccaverunt coram te.

8 Ecce nos hodie in deportatione nostra ubi disseminasti nos, probro, & execratione, ac exactione infesti sumus [3] secūdùm omnes iniquitates majorum nostrorum, qui defecerunt à Domino Deo nostro.

9 [4] Audi Jisrael, mandata vitæ; aurib. percipite, ut cognoscatis prudentiam.

10 Quid est Jisrael, cur verseris in terra inimicorum, consenueris in regione aliena,

11 Inquinatus habearis cum mortuis, reputeris inter eos qui *sunt* in sepulcro?

12 Dereliquisti [5] fontem sapientiæ.

13 Si viâ Domini ambulasses, habitasses in pace *a* æterna.

14 [6] Disce vbi sit prudentia, ubi sit robur, ubi sit intelligētia, ut cognoscas pariter ubi sit longævitas ac vita, ubi sit lux oculorū & pax.

15 [7] Quis invenit locum illius? & quis ingressurus est thesauros illius?

16 Ubi sunt principes gentium, & qui dominantur bestiis *b* terrestribus?

[a] Nēpe in peccatis, ut loquitur Apostolus Ephes. 2.1. quod sequentiū verborum exegesis docet: nam de iis qui vita functi sint, accipiendum negat ipse Baruc, sup. 2.17. vel *mortuorū*, id est, versantium in morte præsentissima, ut ỳ. 11.

[1] hæc omnia respiciunt ad promissionē quæ ex Deut. posita est sup. 2.29. & seqq.

[3] i. ut promeriti sumus nostris iniquitatibus; quæ geminæ sunt quodāmodo & pares iniquitatibus majorum nostrorum.

[4] altera pars literarum, ut diximus sup. 1.1. qua Jisraelitis gratia à Deo oblata exponitur, hoc capite & principio sequentis; deinde ad obsequium & fidē revocantur, reliquo libello.

[5] nempe legē Dei, ex qua sapientia in homines erat manatura; ut ipse narrat toto capite reliquo, & cōcludit disertis verbis principio capitis quarti.

a Græc. seculū.

[6] ἐφαρσία præcedentis sermonis de præceptis vitæ, & prudentiæ ad vitam consequendā. quasi dicat, jam ex tuis calamitatibus cognosce, non esse vitam prudentiāmque in manu aut industria hominum neque in corporum vastitate; sed à Deo accipiendam esse; ac non esse quidem in manu hominum industriāque ostenditur usque ad versum 24. non esse penes homines proceros, usque ad versum 32. sed penes Deum esse docetur sequentibus. Utrique autem, prudētiæ inquam & vitæ, adjunguntur attributa duo, hoc versu, ad exornationem pertinentia. 7 nempe hominum; qui aut potestate freti sunt, ver. 16. & tribus sequentibus, aut exemplis, v. 20. & 21. aut industria & arte, vers. 22. & 23. b *Græc. quæ super terram.*

17 Qui volucribus cæli illudunt,& argentum recondunt atque aurum cui confidunt homines, quorum denique *c* innumera est possessio?

18 Nam qui argentum fabrefaciunt, & curant sollicitè,& quorum *d* opera non possunt pervestigari,

19 Deleti sunt,& in sepulcrum descenderunt,aliique exstiterunt pro eis.

20 Juniores viderunt lucem habitantes in terra,sed viam scientiæ non agnoverunt:

21 Neque intellexerunt calles ejus, neq; susceperunt eam filii eorum,à via ejus procul abfuerunt.

22 Neque audita est in Cenahane, neq; visa in Themane:

23 Neq; *e* Hagareni exquirentes intelligentiam eorum quę in terra sunt,mercatores [8] Medanæi & Themanitæ, & [9] Rhetores, & scrutatores intelligentiæ habent eam; viam sapientiæ non agnoverunt, neque recordati sunt calles ejus.

24 O Jisrael,quàm magna *est* domus Dei, quàm amplus locus possessionis ejus?

25 [10] Magna,adeò ut infinita sit;alta,adeò ut immensa.

26 [11] Illic fuerant Gigantes illi nominati, qui principio erant permagni, periti rei militaris:

27 Non hos elegit Deus, neq; viam scientiæ tradidit eis;

28 Sed perierunt eò quòd carerent prudentia, perierunt propter vacuitatem consilii,*f* ex qua laborabant.

29 Quis ascendẽs in cælum accepit eam, & deduxit eam è nubibus?

30 Quis trajiciens mare invenit eam, & allaturus est eam *pro* auro lectissimo?

31 Non est qui cognoscat viam ejus, non qui animum advertat ad callem ejus,

32 Sed qui novit omnia,is cognoscit eam; invenit eam intelligentia sua,qui comparavit terram in ęternum tempus,qui implevit eam jumentis quadrupedibus:

33 Quo mittente lucẽ abit,revocante obsequitur ei *g* tremens:

34 Quo vocante stellas splenduerunt ipsæ in stationibus suis lætantes,& dixerunt,adsumus:

35 Splenduerunt cum lætitia coram factore suo.

36 Is Deus noster est,non æstimatur alius cum ipso comparatus.

37 Invenit omnem viam scientiæ; quam dedit Jahakobo filio suo, & Jisraeli dilecto suo: posteà in terra visa est, & inter homines ea conversata est.

c Græc. non est finis possessionis

d Græc. non est pervestigatio eperum.

e Gr. filii Hagara.

[8] de quibus Gen. 37.

[9] sic interpretamur Græcã μυθολόγων Vocem ex antiqua significatione μύθου. Nam Themanæi ubique in scriptura sapientiæ nomine celebrantur, quæ ex Philosophorum omniũ consensu in verbis & rebus sita est.

[10] nempe dignitate & præstantia, quia in ea solùm sapientia & vita emicant, ut ostenditur Deut. 4. 6.& seqq. & 30.15.

[11] alter locus amplificationis ab hominum magnitudine,ut diximus in versum 14. simile argumentũ vide Ijob.28.

f Gr. ipsorum.

g Gr. tremore.

CAPUT IIII.

1 [1] IS est liber præceptorum Dei, & lex subsistens in seculum, quam prehendentes omnes ad vitam *pertinent*: qui autem relinquunt eam,morituri sunt.

2 Convertere Jahakob, & prehende eam; perge ad splendorem coram lumine illius:

3 Ne cedas alteri gloriam tuam; & genti alienæ ea quæ conferunt tibi.

4 Beati sumus,ô Jisrael, quòd ea quæ placent Deo sunt nobis cognita.

5 Bono animo esto, populi mi, [2] monimentum Jisraelis.

6 Venumdati estis gentibus,non tamẽ ad perditionẽ; sed quia adiram provocastis Deum,traditi estis adversariis:

7 Nam exacerbastis eum qui fecit vos, sacrificantes dæmonibus ac non Deo:

8 Obliti autem estis Dei illius æterni qui genuit vos,& dolore affecistis *urbẽ* Jeruschalaim orum,quæ educavit vos.

9 [3] Videns enim superventurã vobis iram à Deo dixit,audite,ô vicinæ Tzijonis,induxit mihi Deus luctum magnum.

10 Vidi enim captivitatem filiorum meorum,filiarũmque,quam super eos adduxit æternus:

11 Nam educavi illos cum lætitia, sed dimisi illos cum fletu & luctu.

12 Nemo lætetur de me, quòd vidua sim & derelicta à multis; desolata sum propter peccata filiorum meorum, eò quòd declinaverunt à lege Dei:

13 Non autem statuta ejus agnoverunt, neque ambularũt viis mandatorum Dei, neque callibus institerunt disciplinæ *a* traditæ justitia ejus.

14 Accedant vicinæ Tzijonis,& recordamini captivitatis filiorum meorum, filiarũmque,quam induxit eis æternus.

15 Induxit enim gentem in eos è longinquo,gentem impudentem,& diversa utentẽ lingua,

16 Cujus homines non sunt reveriti senem,neque miserti pueri;sed abduxerunt dilectos viduæ, & solitariam filiabus ipsius desolaverunt.

17 Ego verò quid possem adjumenti afferre vobis?

18 Nam qui induxit vobis mala ista,is vos è manu inimicorum vestrorum exemturus est.

19 Abite liberi,abite.Ego verò derelicta sum,desolata.

20 Exui stolam pacis,& indui cilicium deprecationis meæ; inclamatura æternum diebus meis.

21 Bono animo estote, liberi, inclamate Deum;& eximet vos è potestate,è manu inimicorum.

22 Ego enim jam concepi spem in æterno salutis vestræ,advenítq; mihi lætitia à sancto propter misericordiam, quæ vobis eventura est *b* brevi ab æterno servatore nostro:

23 Nam emisi vos cum luctu & fletu; sed Deus vos redditurus est mihi cum gaudio & lætitia in seculum.

24 Quemadmodum enim modò viderũt vicinæ Tzijonis captivitatem vestram; ita visuræ sunt brevi salutem vestram à Deo, quæ advẽtura est vobis cum gloria magna & splendore æterni *Dei*.

25 O liberi,patienter tolerate iram quæ à Deo supervenit vobis: Nam persequutus est quidem te inimicus tuus, sed tu videbis ejus perditionem brevi,& eorum cervicib. supergredieris.

26 *c* Deliciæ meæ ambulaverunt viis asperis, sublatæ sunt tamquam grex direptus ab inimicis.

27 Bono animo estote,liberi,& inclamate Deum; erit enim recordatio vestri ab eo qui induxit *ista*.

28 Quemadmodum enim fuit *d* vobis animus aberrandi à Deo, *nunc* conversi *e* decies ampliùs requirite eum.

29 Nam qui induxit vobis mala ista,inducet vobis æternum gaudiũ cum salute vestra.

30 Bono

[1] Hæc verba omnino cum superioribus conjungenda sunt,ut pessimè distributa sunt permultis locis capita.

[2] i.tenues reliquiæ Jisraelitarum,quæ nunc tantùm quoddã velut monimentum estis,vestigiúmq; populi, si cũ priore populi frequentia cõparemini.

[3] similem Ecclesiæ prosopopœiam vide 4.Hezr. 2.

a Gr. in justitia ejus.

b Græc. in celeritate: sic ℣. 24 & 25.

c Gr. delicati mei.

d Gr. cogitatio vestra.

e Gr. decuplatè quærere.

30 Bono animo esto, urbs Jeruschalaim orum; nominatim vocans te, consolabitur te.

31 Miseri, qui te affligunt, & qui lætantur de casu tuo:

32 Miseræ civitates, quibus serviverunt liberi tui: misera, quæ accepit filios tuos.

33 Nam quemadmodum lætata fuerit de ruina tua, & gavisa de casu tuo: ita dolore afficietur de sua ipsius desolatione:

34 Quum auferam ejus exsultationem de frequentia multa, & gloriatio ejus *f* vertetur in luctum.

35 Ignis enim superveniet ei ab æterno *g* diutissimè, & habitabitur à dęmoniis per multum tempus.

36 [4] Circumspice ad orientem, urbs Jeruschalaim orum, & vide lætitiam tibi evenientem à Deo:

37 Ecce veniunt filii tui, quos emiseras; veniunt congregati ab ortu ad occasum usque verbo sancti, & lætantes de gloria Dei.

f Græ. erit.
g Græ. in dies longos.
[4] hypotyposis, tamquã si reliquiæ Jeruschalaim orũ spectantes orientem versus observarẽt Jehudæos è Babylonia gloriosè revertẽtes: quò etiam totum sequẽs caput pertinere docent verba ipsa evidentissimè.

CAPUT V.

1 EXue, urbs Jeruschalaim orum, stolam luctus & afflictionis tuę, ac indue decorem gloriæ à Deo *collatæ* in seculum.

2 Amici diploidem justitiæ donatæ à Deo, impone capiti tuo mitram gloriæ *Dei* æterni.

3 Deus enim demõstrabit omni *genti*, quę sub cælo est, splendorem tuum.

4 Nam *a* vocaberis nomine tuo à Deo in seculum, pax justitiæ & gloria pietatis.

5 Exsurge *urbs* Jeruschalaim orum, & consistens in loco edito circumspice orientẽ versus, & vide liberos tuos congregatos à solis occasu ad ortum verbo sancti, & lætantes ad Dei recordationem.

6 Nam egressi sunt à te pedites abducti ab inimicis, adducit verò Dominus eos ad te, elatos cum gloria ut filios regni.

7 Constituit enim Deus deprimi omnem montem excelsum, & litora peremnia, atque convalles impleri ad *b* æquandum terram, ut eat Jisrael securè ad gloriam Dei.

8 Exsilierúntq; etiam silvæ, & omne lignũ odoratum coram Jisraele præcepto Dei.

9 Deducetur enim populus Jisraelis *c* lætus, lumine glorioso ipsius, per misericordiam & justitiam quæ ab ipso est.

a Gr. vocabitur nomen tuum.
b Græ. æquationem terræ.
c Græ. cum lætitia.

CAPUT VI.

Exemplum Epistolæ quam misit Jirmeja ad eos qui agendi erant in Babyloniam a rege Babyloniorum, renuncians eis quemadmodũ mandatum acceperat à Deo.

1 PRopter peccata quibus peccastis coram Deo, abducemini in Babyloniam captivi à Nebucadnetzare, rege Babyloniorum.

2 Quum itaque venerîtis in Babyloniam, eritis illic annos multos, & tẽpus longum usque in [1] generationes septem: posteà verò educam vos, inde cum pace.

3 Nunc autem visuri estis in Babylonia deos argenteos, aureósque, & ligneos sublatos humeris, qui metum ostentant gentibus.

4 Cavete igitur ne vos etiam *a* ullo pactò alienigenis cõformemini, & vos occupet metus ab eis,

5 Quum videbitis turbam ante & post eos adorãtium eos; sed dicite cogitatione vestra, te oportet adorare, Domine.

6 Nam [2] Angelus meus vobiscum est, qui idem reposciturus est animas vestras.

7 Lingua enim illorum est expolita à fabro, ipsaque idôla deaurata & argentea: sed falsa sunt, quum loqui non possint.

8 Etiam tamquam virgini [3] amanti mundum, accipientes aurum.

9 Comparant coronas, imponúntq; capitibus deorum suorum: aliquando verò etiam subducentes Sacerdotes à diis suis aurum & argentum, in *b* usus suos consumunt:

10 Donántque ex illis etiam meretricibus quæ sub tecto ipsorum sunt, & ornant deos ipsos argenteos aureósq; & ligneos, tamquam homines, vestimentis.

11 Hi autem non servant eos cõstanter ab ærugine & tineis:

12 Quam vis circumamicti sint indumẽto purpureo, extergentes faciem eorum propter pulverem ex æde, qui plurimus est in eis.

13 Ac habet quidem sceptrum, ut judex *c* aliquis regionis, qui tamen ullum peccantem in se non sublaturus est:

14 Habet quoque gladium in dextera, & securim; seipsum verò ex bello latronibúsque non eximit, unde *d* perspectum est non esse Deos.

15 Ne igitur metuatis ab eis; nam æquè ac vas hominis confractum inutile est, ejusmodi sunt illorum dii:

16 Quum illi constituti sunt in suis domibus, oculi ipsorum pleni sunt pulvere à pedib ingredientium:

17 Et sicut alicui qui regem offenderit, circumsepta sunt atria; tamquam in virum qui ad mortem rapiendus est, domos illorũ muniunt Sacerdotes, januis & claustris, & vectibus, ne à latronibus spolientur.

18 Lucernas accendunt, ac plures quam sibi ipsis, quarum nullam videre possunt: est enim profectò tamquam trabs aliqua earum quæ in æde sunt.

19 *e* Intima verò illorum ajunt *d* elingi terrestribus *f* insectis: comedentia ipsos, & indumentum suum ipsorum non sentiunt:

20 Atrantur facie sua ex fumo, qui ab æde est:

21 Super corpus ipsorũ & super caput advolant noctuæ, hirundines, & aviculæ, similitérque etiam feles:

22 Unde cognituri estis non esse Deos; ne igitur metuatis ipsos.

23 Nam ex auro quod circumjacet ad pulcritudinem, nisi quis exterserit æruginem, minimè fulgebunt; neque enim senserunt quando fundebantur.

24 Omni pretio empta sunt ea quibus non inest spiritus.

25 Carentes pedibus humeris feruntur, demonstrantes suam ipsorum ignominiam hominibus.

26 *g* Pudore verò etiam urgentur qui ministrant eis: quia si quando in terram cecide rit, non exsurgit per se, neque si quis eum erectum statuerit, movetur per se: neq; si inclinatus fuerit, unquam erigitur: sed tanquam mortuis [5] palmas eis adhibent.

27 Sacrificia verò illorum vendentes Sacerdotes ipsis abutũtur; similitérq; etiam mulieres ex eis [6] salsamenta facientes, nihil mendico neque impotenti impertiunt.

[1] i. decadas annorũ, sive binalustra; qua quidem significatione in vetere Testamento spõdere possum, non accipi generationis vocabulum. Quamobrem epistolã hanc, ut alia id genus, adulterinam esse confirmamus: etsi rem & argumẽtum ducimus non esse inutile.
a Græc. conformati.

1 de quo Exo. 23. 20.
[3] Iudit ex ambiguo auctor: est enim φιλόκοσμος qui mundũ hunc creatũ amat, & qui mundum muliebrem: quam posteriorem interpretationem magis probant sequentia.
b Græc. seipsos.
c Græc. vir.
d Græc. perspecti sunt.
e Græc. cordæ. Hebraismus.
[4] i. ipsa idôla testãtur se facillimè quasi suctu quodã à tenuissimis vermiculis lingi & erodi in partes intimas usque.
f Gr. reptilibus.
g Græc. pudefiunt.
[5] i. manus, synecdochicè, ad erigenda idôla collapsa. Hanc enim propriã esse significationem δέξιον, fatentur Græci, & Vitruvius ac Plinius testantur.
[6] nempe ut condita sibi asservent ea, quæ in egentes fuissent erogandæ.

28 Sacrificia eorum, quæ ex mensibus laborat & puerpera contingunt, cognoscite igitur ex his non esse Deos; nec timeatis illos.

29 Unde enim vocarentur d...? *scilicet* quia mulieres offerunt diis argenteis, aureisque, & ligneis.

30 In domibus ipsorum Sacerdotes sedent, habentes tunicas discissas, & capita barbasq; rasas, quorum capita retecta sunt,

31 Rugiúntq; clamantes coram diis suis, ut quidam solent in [7] epulo ad mortuũ facto.

32 Ex indumento illorum ablato Sacerdotes vestiunt uxores suas & liberos.

33 Neq; si malum perficiatur ab ullo, neq; si bonum, possunt reddere: neque cõstituere regem possunt, neque tollere.

34 Similiter neq; divitias, neq; æs ullo pacto possunt dare: si quis, ubi votũ voverit eis, non præstiterit, minimè reposcituri sunt.

35 Ex morte *h* quemquã minimè liberant, neq; inferiorem à potẽtiore unquã eripiunt.

36 Hominem cęcum ad visum minimè revocant, versantem in necessitate hominẽ minimè eximunt.

37 Viduæ non miserentur, neq; orphano benefaciunt.

38 Erutis è monte lapidib. dii similes sunt, idôla lignea, & deaurata, & argentata: & qui ministrant eis, pudorem consequentur.

39 Quomodo igitur existimãdum est, aut pronunciandum illos esse Deos?

40 Quin etiã ipsi quoq; Chaldęi ignominia afficiunt ea; qui quãdo viderunt mutum, non valentem loqui; ad [8] Belum adducentes,

41 Petunt ut loquatur tamquam posset illud esse, nec possunt ipsi percipientes mente relinquere illa: nam sensu carent ipsi.

42 Mulieres verò cinctæ [9] funiculis in viis ipsis sedent accendentes [10] acus eorum.

43 Sed quando aliqua illarum abstracta ab aliquo uno ex transeuntib. compressa fuerit, *i* alteram probro afficit, quòd non fuerit appetita, sicut ipsa fuit, neque funiculus ipsius disruptus fuerit.

44 Omnia quę fiunt in illis falsa sunt: quomodo igitur putandum est, aut prædicandũ, deos illos esse?

45 A fabris & auri fusoribus comparata sunt, nihil aliud futura quã quod esse voluerint ea artifices:

46 Et ipsi fabricatores eorum minimè longævi futuri sunt: & quomodo ergo quæ ab ipsis fabricata sunt, possent esse dii?

47 Reliquerunt enim mendacia & probra iis qui adsunt ad ipsa.

48 Nam quum supervenerit eis bellum & mala, ineunt consilium de eis Sacerdotes, ubi simul abscondentur cum eis.

49 Quomodo igitur non potest ex sensu cognosci hos non esse Deos? qui neq; servent seipsos ex bello, neque ex malis.

50 Quæ sunt lignea & deaurata atque argentata, hæc cognoscentur posteà à gentibus omnibus esse falsa, regibúsq; manifestum erit non esse Deos, sed opera manuum humanarum, nec ullum Dei opus inesse eis.

51 Qua igitur re cognoscendum est non esse Deos?

52 Nam regem minimè instituunt regionis, neq; pluviam dant hominibus,

53 Judiciúmq; minimè *k* faciunt illorum, neque liberant ab injuria, ut qui impotentes sunt: *sunt* enim quasi corniculæ inter cælum & terram.

54 Etenim quum acciderit deorũ ligneorum ædi, aut deauratorum, aut argentatorum ignis; fugiunt quidem Sacerdotes illorum, & servantur, ipsi verò tamquam trabes medii comburuntur:

55 Regi autem hostibúsque minimè resistunt; quomodo igitur existimandum, aut accipiendum istos esse Deos?

56 Neq; à furibus, neq; à latronibus planè conservari possunt dii lignei, argentatiq; & deaurati,

57 Quorum illi valentiores ipsis detrahũt aurum & argentum & indumentũ quod circumstat eos, & habentes discedunt, quum illi ne seipsos quidem adjuverint.

58 Itaq; præstat esse regem, qui ostendat suam ipsius fortitudinẽ, aut instrumentũ domui utile quo utatur possessor, quã deos falsos esse; aut etiam januam domi servantẽ quę ifi ex sunt, quàm falsos deos; aut ligneam columnam esse in basilicis, quàm falsos deos:

59 Nam Sol quidem, & Luna, & astra, quę splendida sunt, quum mittuntur ad usum suum, optimè auscultant:

60 Similitérq; fulgur quum apparet perspicuum est, & ipse ventus regionem totam perspirat:

61 Et quum nubibus mandatũ est à Deo, ut obeant totum orbem habitabilem, conficiunt quod imperatum est:

62 Et ignis demissus supernè ad desolandũ montes & silvas, facit quod imperatum est:

63 Ista autem ne formis quidem facultatibus suis cõformata sunt: quamobrem nec putandum, nec prædicãdum est istos esse Deos, cùm non possint isti neque judicium facere, neque benefacere hominibus.

64 Scientes igitur non esse deos, ne timeatis illos:

65 Nam neque regibus maledicturi sunt, neque benedicturi:

66 Signãque apud gentes in cælo minimè ostensuri sunt, neque ut sol lucebunt, neque lumen præbebunt ut luna.

67 Bestiæ ipsæ meliores sunt eis, quæ fugientes in specum possunt sibi ipsis prodesse.

68 Igitur manifestum est nobis, nullo pacto esse deos; quapropter ne timeatis eos.

69 Nam quemadmodum in cucumerario [11] pudenda statua nihil observans; ita sunt dii illorum lignei, & deaurati, & argentati eodẽ modo; & quemadmodũ in horto rhamnus, cui avis quælibet insidet:

70 Similitérq; etiam mortuo projecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei, deauratique, & argentati:

71 Quæ nõ esse deos cognituri estis à purpura & splendore, qui inerat illis, putrescente; & eo quòd ipsa postea exeduntur, itaque sunt probro regioni suæ.

72 Itaq; melior est homo justus non habens idôla. Nam procul à probro futurus est.

[7] i. silicernio una voce; vide Jirm. 16.

[h] *Græc. hominem.*

[8] i. summum Deũ, de quo Jesch. 46. 1. quasi dicat, quum dii minorum gentium curare non possunt, recurrunt ad eum qui in summa apud Assyrios & Babylonios existimatione est.

[9] è junco, ut vox Græca indicat, quia duplicem usum præstabat meretricibus; alter est, quòd ex junco faciebant ficũ & καλλωπισμὸν, unde Schœniculæ Latinis priscis dicebãtur; alter verò, quod illa præcinctione arte suã profitebantur, & facilitatem solvendæ zonæ suæ ac potiùs frãgendæ ostendebant.

[10] i glumam, paleas, & quisquilias minutas jũci, quas ad præcinctionem suã videbant ineptas esse, aut ex virili junco inter conferendum decidere: quod genus Latini veteres titivillitiũ nominabant. Hæc autem impura Babyloniorum prostibula ante deorum templa fecisse meritoriam, testatur Herodotus.

[i] *Græc. propinquam.*

[k] *Græ. indicãt. sic ℣. 63.*

[11] Græce vox nihil aliud sonat, quàm rubrum hortorum Deum, ut vocat Horatius: nã infamis illa statua præferebat pudendæ amplissima, quæ Græci appellãt βασκάνιον: quamobrem nos rem infamem attigimus casta appellatione. Alioqui βασκάνιον, si justam vocis notationem spectes, illud sonat quod Festus appellat præfiscine, alii amuleta ab amoliendis fascinis appellarunt.

ADJECTIONES IN DANIJELEM.

Ad tertium caput Danijelis.

[a] Hæc additamenta Danijelis non esse, multis argumentis confirmari potest. Ac primùm quidẽ sive ab ipsis qui periculum tantũ subierunt, sive ab alio homine pio fuerit factũ, non improbamus argumẽti nomine: cætera verò cur explodamus, multæ causæ afferri possunt, à quibus hoc loco supersedebimus, singula suis locis annuente domino, indicaturi.

[a] *Græc. veritate, & iudicio; ἐν ἀλ & δίῳ: ut exponitur v. 31.*

241 AMbulabant autem in medio flammæ celebrantes Deum & benedicentes Domino.

25 Nam cõsistens Hazarja oravit hoc modo, & aperiens os suum in medio ignis dixit,

26 Benedictus es, Domine Deus majorũ nostrorum; laudandum, & gloria afficiendũ nomen tuum in secula;

27 Quia justus es in omnibus quibus affecisti nos, & omnia opera tua veracia, rectæq; viæ tuæ, & omnia judicia tua vera.

28 Cùm judicia vera exercueris per omnia, quæ induxisti in nos, & in civitatem sanctam majorum nostrorum Jeruschalaima. Nam *a* verissimo judicio induxisti hæc omnia in nos propter peccata nostra.

29 Peccavimus enim, & iniquè fecimus deficientes à te, & quidem supra modum peccavimus in omnibus;

30 Cùm mandatis tuis non auscultaverimus, neq; observaverimus, neque fecerimus prout mandaveras nobis, ut bene esset nobis.

31 Idcircò quæcumq; induxisti in nos, & quęcumq; fecisti nobis, verace judicio fecisti:

32 Quòd tradideris nos in inimicorũ iniquorum manus, defectorũ inimicissimorum; & regi injusto, ac improbissimo supra *b* omnes incolas terræ.

[b] *Græc. totam terram.*

33 Nunc itaq; non est nobis *facultas* aperiendi os, (confusioni & probro sumus expositi) *nobis, inquam*, servis tuis & colentibus te.

[c] *Græc. finem.*

34 Ne tradas nos, quęsumus, in *c* perpetuũ propter nomẽ tuum, neq; dissipes fedus tuũ:

35 Et ne amoveas misericordiã tuam à nobis, *d* propterea quòd Abrahamo dilecto à te, & Jitzchako servo tuo, & Jisraeli sancto tuo

[d] *Græ. propter Abrahamum, &c. quibus eloquutus fuéras, &c. transectio frequens.*

36 Eloquutus es, dicẽs te multiplicaturum semen ipsorum, ut *sunt* astra cæli, & ut *est* arena quæ circumstat *e* litus maris.

[e] *Græ. labium.*

37 Nam, Domine, diminuti sumus supra omnes gentes, & sumus abjecti in tota terra hodie propter peccata nostra:

38 Neque est hoc tempore princeps & propheta, & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque suffitus:

39 Non locus offerendis fructibus coram te, & consequendæ misericordiæ tuæ, sed *ut sumus* animo contrito, & spiritu *f* abjectissimo, accepti simus:

[f] *Græ. abiectionis vel humilitatis.*

40 Tamquam si essent holocausta arietũ, taurorũmq;, & tamquam myriadibus agnorum pinguium oblatis; ita sit sacrificium nostrum coram te hodie, ut litetur [2] à prosequẽtibus te. Non enim confusio evenit fiduciam habentibus in te.

[2] i. à nobis, ut ostendit sequentis versus accommodatio.

41 Nuncitaq; prosequimur te ex toto animo, & timemus te, & faciem tuam quęrimus:

42 Ne confusioni exponas nos, sed fac nobiscum secundùm æquitatẽ tuam, & pro amplitudine misericordiæ tuæ,

43 Et eximè nos secundùm facta mirabilia tua, gloriamq; cõpara nomini tuo, Domine:

44 Ita pudore afficiantur omnes, qui designãt in servos tuos mala, & cõfusi decidãt ab omni potestate, & vires eorum conterantur,

45 Ut cognoscãt te esse Dominum Deum solum & gloriosum in toto terrarum orbe.

46 Quum autem nõ cessarent qui injecerant eos administri regis incẽdere fornacem [3] naphtha, & pice, stupaque, & malleolis;

[3] bitumine Babylonico, de quo apud Geographos leguntur multa.

47 Diffusa flamma supra fornacem in cubitos quadraginta novem ita pervasit,

48 Ut incẽderet *g* Chaldæos quos invenit supra fornacem ipsam.

[g] *Græc. Chaldæorum.*

49 Angelus verò Domini in fornacem illam descendit cum *h* Hazarja:

[h] *Græc. iis què circum Hazariam: hellenism.*

50 Et [4] excutiens flammam ignis è fornace effecit medium fornacis tamquam si aer fuisset perspersus rore, adeò ut non attigerit eos omnino ignis, neque molestia affecerit, neque turbaverit eos.

[4] Aliter Nebucadnetzar dicit Dan. 3. 25. Nõ enim è fornace ignis excussus atq; disjectus est, sed illi quasi adianto vel asbestino (ut vocãt) armati adversus iguẽ ardentem præsentia & protectione Dei.

51 Tunc tres illi, quasi ore uno laudarunt, benedixerũntque, & glorificarunt Deum in fornace dicentes,

52 Benedictus es, Domine Deus majorũ nostrorum, & laudandus ac exaltandus supra omnia in secula, & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, supraq; omnia laudandum & exaltandum in secula.

53 Benedictus es in throno *i* gloriosi regni tui, & supra omnia laudatus summéque gloriosus in secula.

[i] *Græc. gloriæ.*

54 Benedictus es in templo sanctæ glorię tuæ, & supra omnia laudatus gloriosúsque in secula.

55 Benedictus es qui vides abyssos insidẽs Cerubinis, & supra omnia laudatus, summéque gloriosus in secula.

56 Benedictus es in firmamẽto cæli, & supra omnia laudatus, ac glorificatus in secula.

57 Benedicite omnia Domini opera Domino, laudate & supra omnia exaltate eũ in secula.

58 Angeli Domini benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eũ in secula.

59 Cęli benedicite Domino, laudate, & supra omnia exaltate eum in secula.

60 Benedicite aquæ omnes, quæ supra cęlos estis, Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

61 Benedicite Domino omnes potestates Domini, laudate & supra omnia exaltate eũ in secula.

62 Sol & Luna benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

63 Astra cæli benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

64 Omnis imber & ros benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

65 Omnes venti benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

66 Ignis & æstus benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

67 Frigus & calor benedicite Domino; laudate & supra omnia exaltate eũ in secula.

68 Rores & pruinæ benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

69 Noctes & dies benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eũ in secula.

70 Lux & tenebræ benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

71 Gelu & frigus benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

72 Glacies & nives benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

73 Fulgura & nubes benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

74 Benedicat terra ipsa Domino, laudet & supra omnia exaltet eum in secula.

75 Mõtes & colles benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

76 Quæcumq; nascuntur in terra, benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

77 Fontes benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

78 Maria & fluvii benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

79 Cete & quæcumq; moveminì in aquis benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

80 Omnes volucres cæli benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

81 Bestiæ omniaq; pecora benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

82 Filii hominũ benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

83 Jisraelitæ benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

84 Sacerdotes domini benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

85 Servi domini benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

86 Spiritus & animæ justorum benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

87 Sancti & humiles corde benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula.

88 Chananja, Hazarja, & Mischael benedicite Domino, laudate & supra omnia exaltate eum in secula: quia exemit nos è sepulcro & servavit nos à *k* morte, liberans nos è media fornace ardentis flammæ, atque è medio igne liberans nos.

k Græ. à manu mortis: Hebraismus.

89 Celebrate Dominum, quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia ejus.

90 Omnes qui colitis Dominum, benedicite Deo deorum, laudate, & celebrate in omnia secula esse misericordiam ejus.

CAPUT XIII.

[a] Historiam hanc argumento piam esse agnoscimus: sed ut gestam fuisse minimè credam[9], permultis rebus adducimur; maximè verò, quod neque magistratus, neque judicia ulla, nedum capitalia Babylone fuisse Judæis attributa, credibile est; quibus tamen fundamentis duobus tota hæc historia nititur: deinde quòd Danijelis nomen alia ratione dicitur innotuisse, quàm quæ ab ipso Danijele conscripta est. nisi fortè (quod merum effugium est) hic Danijel alter ab illo dicatur esse, cujus nusquam alibi mentio.

1 [1] ERat autem vir habitans Babylone, cui nomen Jojakim,

2 Qui duxerat uxorem nomine Susannam filiam Chilkijæ, pulcram valde & timentem Domini:

3 Nam parentes illius justi, docuerant filiã suam ex lege Moschis.

4 Eratq; Jojakim dives valdè, habens hortum propinquum domui suæ, & cõveniebant ad eum Jehudæi, eò quòd præ omnibus esset in existimatione.

5 Fuerant autem designati duo Seniores ex populo judices anno illo, de quibus dixit dominus prodiisse iniquitatẽ Babylone à Senioribus iudicibus, qui videbantur gubernare populum.

6 Isti constanter manebant in domo Jojakimi, & adibant eos quicumq; judicium expetebant.

7 Erat verò, quũ excurrisset populus meridiè, *ut* ingressa Susanna ambularet in horto viri sui.

8 Videntes itaq; eam duo Seniores isti ingredientem quotidie atq; ambulantem, lapsi sunt in concupiscentiam ejus:

9 Et pervertentes suam ipsorum mentem declinaverunt oculos suos, ne respicerent in se, neque recordarentur judiciorum justorũ in *cælo*.

10 Et quamvis essent uterq; transfixi amore illius, tamen non renunciaverunt alter alteri dolorem suum:

11 (Nam pudebat eos enunciare concupiscentiam suam, se velle cum ea concumbere)

12 Sed observabãt sollicitè quotidie, ut viderent eam.

13 Quúmque dixissent alter alteri, eamus jam domum, quia hora est prandii.

14 Egressi quidem discesserunt alter ab altero; sed reflectentes venerunt eodem, & scisciitantes alter ab altero causam, confessi sunt inter se concupiscentiam suam, atq; tum cõmuni cõsilio constituerunt occasionem, quũ eam possent invenire solam.

15 Fuitq; observantibus illis diem appositum, ut veniẽs Susanna sicut *a* anteà, cũ duabus solùm puellis desideraret lavari in horto, quia æstus erat.

a Græ. heri nudiustertius: vel Gen. 31.5.

16 Nemo autem erat illic præter quàm illi duo Seniores abditi, & observantes eam:

17 Dixerat enim puellis suis, afferte mihi oleum & smegmata, & januas horti occludite ut laver.

18 Quæ facientes prout edixerat, occluserãt januas horti, quum exirent per obliquas portas, allaturæ ea quæ fuerant imperata ipsis; neque viderant Seniores illos, eo quod essent absconditi.

19 Fuit ergo, vt egressis puellis insurgerẽt duo Seniores illi, & incurrentes in eam dicerent:

20 Ecce januæ horti istius clausæ sunt, & nemo cõtemplatur nos; sumus autem affecti concupiscentia tui: propterea assentire nobis, & concumbe nobiscum:

21 Sin minus, testabimur contra te fuisse tecum juvenẽ, ac propterea te emisisse puellas à te.

22 Tunc ingemiscens Susanna dixit, angustiæ *sunt* mihi undique: nam sive hoc fecero, mors mihi adest; sive non fecero, non sum effugitura manus vestras.

23 *b* Malo tamen nõ commissa offensa incidere in manus vestras, quàm peccare coram Domino.

b Græc. eligendum mihi est.

24 Itaq; exclamavit voce magna Susanna, exclamaveruntq; illi duo Seniores quoq; adversus eam,

25 Et accurrens unus aperuit januas illius horti.

26 Audiẽtes verò clamorem in horto domestici, insilierũt per obliquam januam visuri quid accidisset ei:

27 Sed quum dixissent Seniores illi sermones suos, pudore affecti sunt servi valdè, quia nunquam

nunquam fuerat habitus de Susanna sermo ejusmodi.

28 Fuítq; postridie ubi convenisset populus ad virum ejus Jojakimum, ut venientes duo Seniores illi, pleni iniqua cogitatione contra Susannam ad morte afficiẽdum eam,

29 Dicerent coram populo; mittite ad Susannam filiam Chilkijæ, quæ uxor est Jojakimi: & miserunt illi.

30 Venit igitur illa cum parentibus suis, & filiis suis & omnibus cognatis suis.

31 Erat autem Susanna delicata valdè, & pulcra specie.

32 Isti verò iniqui jusserunt retegi ipsam (erat enim obtecta) ut explerentur pulcritudine ipsius:

33 Flebántq; qui aderant ei, & omnes qui videbant eam.

34 Surgentes autem Seniores illi duo in medio populi [2] imposuerunt manus suas capiti illius.

[2] ad interficiendum eam, velut criminosam, ex lege Deu. 17.7.

35 Illa verò flens respiciebat in cælũ, quia animus illius fiduciam habebat in domino.

36 Dixerant enim Seniores illi, ambulantibus nobis in horto solis, ingressa ista cum duabus puellis occlusit januas horti, quum dimisisset puellas:

37 Et veniens ad istam juvenis qui erat abditus, accubuit cum ea.

38 Nos autem qui eramus in angulo horti, videntes iniquitatem istam incurrimus in eos, nempe videntes congredi ipsos.

39 Ac illum quidẽ non potuimus vi comprehensum retinere, quia valentior est nobis; sed aperiens januas exsiliit.

40 Istam verò quum prehendissemus, interrogabamus quis esset ille juvenis: sed noluit enunciare nobis. hæc testamur.

41 Tum credente eis congregatione, tamquam Senioribus populi judicibúsque, condemnarant eam *c* ad mortem.

[c] *Græc. mori.*

42 Exclamans verò magna voce Susanna dixit, ô Deus æterne abditorum cognitor, qui nosti omnia, *d* antequàm sint,

[d] *Græc. ante ortum eorum.*

43 Tu scis istos res falsas contra me testificatos esse: ecce autẽ morior, quum nihil commiserim eorum quæ isti improbè commenti sunt contra me.

44 Tunc exaudivit Deus vocem illius.

45 Quúmq; abduceretur illa ad interitũ, excitavit Deus spiritũ sanctũ pueruli junioris nomine Danijelis, qui clamavit voce magna,

46 Purus sum ego à sanguine hujus.

47 Convertit autem se totus populus ad illum, dixerúntque, quid *sibi vult* sermo iste, quem tu eloquutus es?

48 Ille verò stans in medio eorum dixit, adeò stulti estis, ô Jisraelitæ, ut non habita quæstione, neq; re certa cognita condemnetis Jisraelitidem?

49 Revertimini in judicium. nam isti res falsas contra eam testificati sunt.

50 Reverso itaque toto populo cum festinatione dixerunt illi *puero* Seniores, adesdũ, jam sede in medio nostrum, & renuncia nobis; quandóquidem tibi dedit Deus Seniorũ munus.

51 Edixit verò Danijel illis, separate istos alterum ab altero procul, & exquiram illos.

[e] *Græc. unus ab uno.*

52 Quum autem separati essent *e* alter ab altero, accersens unum eorũ, dixit ei, ô inveterate *f* in dieb. malignis, nunc venerũt *g* supplicia peccatorum tuorum, quę committebas anteà,

[f] *Græc. dierum malorum.*
[g] *Græc. peccata tua.*

53 Judicans judicia injusta; innocẽtes quidem condẽnans, noxios verò dimittens; cùm dicat dominus, innocentem & justum nõ interficies.

54 Nunc igitur hanc siquidem vidisti, dic sub qua arbore videris eos congredientes inter se;

55 Qui dixit, sub lentisco. dixit verò Danijel, rectè, mentitus es in tuum ipsius caput; ecce enim [3] nuncius Dei accepta sentẽtia à Deo medium discindet te.

[3] i. justus judex, sententiã laturus verbis illius sic ℣. 59.

56 Posteà seponens eum jussit adduci alterum; cui dixit, ô semen Cenahanis ac non Jehudæ, pulcritudo decepit te, & concupiscẽtia pervertit animum tuum.

57 Sic faciebatis filiabus Jisraelis, quæ timentes congrediebantur vobiscum; at non sustinuit filia Jehudæ iniquitatem vestram.

58 Nunc ergo dic mihi sub qua arbore deprehenderis eos congredientes inter se; qui dixit, sub ilice.

59 Tum dixit ei Danijel, rectè, mentitus es tu quoq; in tuum ipsius caput: Exspectat enim nuncius Dei gladium habens ad secandũ te medium, ut profliget vos.

60 Et exclamans tota congregatio voce magna, benedixerunt Deo servanti eos, qui spem collocant in ipso:

61 Et insurrexerũt in duos Seniores istos, eò quòd reos confecisset eos Danijel ex ore ipsorum falsi testimonii,

62 ‖ Et fecerunt eis secundũ legẽ Moschis, quemadmodum improbè cogitaverant facere propinquo suo; & interfecerũt eos; ita servatus est sanguis innocens die illo.

‖ *Deut. 19.*
[4] hic versus sequenti capiti planè conjungẽdus est, nihil enim ad præcedentem historiam facit; nisi fortè quispiam hoc argumento velit amplius falsitatẽ ejus revincere: nã quis Danijelẽ fuisse puerum per illud tempus crediderit?

63 Chilkija verò & uxor ejus laudaverunt Deum de filia sua Susanna cum Jojakimo viro ejus, & cognatis omnibus, quòd non esset deprehensum turpe factum in ipsa.

64 Danijel verò effectus est magnus corã populo à die illo in posterum.

65 [4] Rex autem Astyages quum aggregatus esset majoribus suis, suscepit Cyrus Persa regnum illius.

CAPUT XIIII.

1 [a] CONvixit autẽ Danijel huic regi, & gloria superavit omnes amicos ejus.

[1] De hac historia idem judicium ac de superiore facimus.
[a] *Gr. erat convictor regis.*

2 Erat verò idolum Babyloniis, cui nomẽ Bel, in quod consumebant unoquoq; die similæ [2] artabas duodecim, & oves quadraginta, vinique [3] metretas sex.

[2] i. 12 medimnos Atticos, & chœnices 36. nam artaba, teste Herodoto, medimnum Atticum capit cum 3. chœnicibus.
[3] i. cados, quã denos cõgios capiebant.

3 Colebat autem rex illud, & abiens unoquoq; die adorabat illud: Danijel verò adorabat Deum suum. quamobrem dicebat ei rex, quare non adoras Belum?

4 Cui dixit ille, quia non adoro idola manu facta; sed viventem Deum, qui creavit cælum & terram, & habet dominium in omnẽ carnem.

5 Rege autem dicente illi, an non videtur tibi Bel esse Deus vivens? an non vides, quàm multa comedat unoquoque die?

6 Dixit Danijel ridens, ne errato, ô rex: hic enim intus quidem lutum est, æs verò foris; neque comedit, neque bibit unquam.

7 Tum indignatus rex accersivit sacerdotes suos, & dixit eis, nisi dixerîtis mihi quis comedat impensam istam, moriturie stis:

8 Sin autem ostenderitis Belum comedere ista, morietur Danijel, eò quòd in Belum blasphemaverit: dixítque Danijel regi, fiat secundùm verbum tuum.

9 (Erant autem sacerdotes Beli septuaginta sine uxoribus & liberis) venítque rex cum Danijele in ædem Beli.

10 Ubi dixerunt Sacerdotes, ecce nos excurrimus foras, tu autem rex appone illa edulia, & vinũ miscẽs propone, & occlusam portam annulo tuo obsigna.

11 Quòd si veniens manè non inveneris omnia comesta à Belo; moriamur nos: aut Danijel, qui mentitus est contra nos, *si inveneris, moriatur.*

12 Ipsi autem eo contemnebant quòd fecissent sub mensa occultũ aditum, quo ingrediebantur semper, & tollebant ea.

13 Fuit autem, quũ egressis illis rex apposuisset edulia Belo, vt præciperet Danijel pueris suis; qui afferentes cinerem constraverũt eo totam ædem coram rege: posteà egressi clauserunt portas, & obsignarunt annulo regis, abiverúntque.

14 Sacerdotes verò ingressi nocte pro more suo, & vxores, liberíq; eorum comederũt omnia, atque abierunt.

15 Quum itaque surrexisset rex manè, & Danijel adesset ei,

16 Dixit rex, integra sunt sigilla; Danijel, qui dixit, integra sunt, ô rex.

17 Sed fuit, simulac aperuisset portas, ut respiciens rex ad mẽsam clamaret voce magna, magnus es, ô Bel, neque est apud te dolus vel unicus.

18 Ridens verò Danijel detinuit regem ne ingrederetur intrò, & dixit, aspice solum, & agnosce cujus hæc vestigia sint.

19 Tum rex, video, inquit, vestigia virorũ, mulierúmque, & puerorum:

20 Et iratus rex comprehendit tum sacerdotes, uxoresque & liberos eorum, qui demonstrarunt ipsi occulta ostiola, quibus ingrediebantur, ut consumerent quæ imponebantur mensæ:

21 Quamobrem interficiens eos rex donavit Belum Danijeli dono, qui evertit eum cum æde ipsius.

22 Erat quoq; Draco magnus in eo loco, quem colebant Babylonii.

23 Dixit autem rex Danijeli, non etiã hũc esse dices æreũ. Ecce vivit, & comedit, & bibit: non potes dicere hunc non esse viventem Deum: itaque adora eum.

24 Cui Danijel, Dominum, inquit, Deum meum adoratur[9] sum, quia is Deus vivẽs est.

25 Tu verò rex da mihi potestatem, & interficiam draconẽ istum sine gladio & fuste: cui dixit rex, do tibi.

26 Itaque Danijel accipiens picem, adipémque, & pilos, quæ coxit unà, fecit massas quas indidit in os draconis illius, & disruptus est draco. Tum dixit Danijel, ecce *b* numina vestra.

b Gr. culturas vestras, vel venerationes.

27 Fuit autem, quum audissent Babylonii, ut indignarentur valdè, & conversi in regem dicerent, rex iste Jehudæus factus est, Belum destruxit, & draconem interfecit, ac Sacerdotes ipsos jugulavit.

28 Posteà veniẽtes ad regem dixerunt, trade nobis Danijelem; sin minus, interficiemus te, & domum tuam.

29 Quum itaq; videret rex se ab illis urgeri vehemẽter, necessitate coactus tradidit eis Danijelem.

30 Ii autem conjecerunt eum in foveam leonum, ubi fuit dies sex.

31 Erant verò in fovea illa leones septem, quibus dabantur in diem bina corpora, & binæ oves; sed tunc non erant data eis, ut comederent Danijelem.

32 Erat aũt propheta [4] Chabakuk in Jehudæa; qui quum coxisset pultem, & intrivisset panes in magide, abibat in campum ut ferret ea messoribus.

[4] quum hæc Cyri temporibus dicantur facta, Chabakuk verò ante Nebucadnetzaris adventũ prophetaverit, nemo est qui nesciat hæc aut falsa dicenda, aut Chabakuko alteri tribuẽda esse, cujus tamẽ nusquam scriptura meminit.

33 Verùm edixit Chabakuko angelus Domini, defer prandium quod habes, Babylonẽ ad Danijelem in foveam leonum;

34 Cui dixit Chabakuk, Domine, Babylonem non vidi, & fovea illa ubi sit nescio.

35 Tum prehendit eum angelus Domini vertice, & bajulans coma capitis ipsius deposuit eum delatum Babylonem supra foveam impetu spiritus [5] ejus.

[5] nempe domini, cujus in principio versus facta est mentio.

36 Exclamavítq; Chabakuk dicens, Danijel, Danijel, accipe prandium hoc, quod tibi mittit Deus.

37 Danijel verò dixit, Etenim meministi mei Deus, qui non deserueris eos qui requirunt te.

38 Ita exsurgens comedit Danijel: Angelus verò Dei restituit Chabakukum cõfestim in loco ipsius.

39 Rex autem venerat die septimo ad lugendum Danijelem, & veniens ad foveam inspexerat, quum ecce sederet Danijel.

40 Quamobrem exclamans rex voce magna dixit, Magnus es, domine Deus Danijelis, neq; est alius præter te, & extraxit eum:

41 Eos verò qui in causa erant perditionis ejus, cõjecit in foveam illam, & devorati sunt statim in conspectu ejus.

HEZRAE

APOCRYPHUS LIBER PRIOR, qui vulgo tertius appellatur.

Hic liber ex historia Chronicorum, Hezræ, & Nechemjæ consarcinatus est, & eodem est argumento, si unam historiam exceperis de trium illorum judicio coram Dario Rege pronunciato quid omnium esset fortissimum; unde præmium in Zerubbabelem collatum dicitur, & omnia bona communicata cum Jehudæorum gente.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

Ia[1] Elebrans Joschija Jeruschalaimis Pascha *b* Jehovæ, jugulavit Pascha; quarto decimo die mensis primi:

2 Postquã instituisset Sacerdotes [2] *c* in custodiis suis vestibus indutos in domo Jehovę;

3 Edixisset q; Levitis sacrorum administris pro Jisraele *d* ut sanctificantes se Jehovę proponerent *res sanctificatas* arcæ sanctæ Jehovæ in domo quam ædificavit Schelomo filius Davidis Rex;

4 *e* Nõ incumbit vobis, *inquiens*; onus eam deportandi humero: sed nunc servite Jehovę Deo vestro, & curã habete populi ejus Jisraelis, ac prępparate *f* per familias vestras secundũ distributiones vestras ex præscripto Davidis Regis Jisraelis, & *g* ex descriptione Schelomonis filii ejus;

5 Omnésq; in templo secundùm partitionem familiæ paternæ suæ stantes coram Jisraelitis fratribus vestris:

6 Ordine jugulate Pascha, & sacrificia parate pro fratrib. vestris, faciẽtes Pascha secundùm præceptum Jehovæ *datum* Moschi.

7 Donavitq; Joschija populo qui aderat *h* agnos ex ovib, & hœdos è capris tricies mille, & armentalium tria millia, eaq; de facultatib. Regis ex promisso tradita sunt populo, sacerdotibúsque & Levitis.

8 Chilkija autẽ, & Zecarja, & Jehiel præfecti templo Sacerdotib. in Pascha pecudes bis mille *sexcentas*, & armentalia *ter* centum:

9 Conanja verò cũ Schemaĩja & Nethaneele fratribus, Chaschabja quoq; & Jehiel & Jozabad Chiliarchi dederũt Levitis in Pascha pecudũ quinq; millia & armẽtalia *i* quingẽta:

10 His ergo legitimè comparatis, steterunt Sacerdotes ac Levitę per trib. utẽtes azymis,

11 Et per distributiones familiarum paternarum suarum in cõspectu populi offerendo Jehovæ, secundùm ea quæ in libro Moschis præscripta sunt.

12 Nã asarunt Pascha igne pro ritu, hostias verò coxerũt in ahenis & in lebetibus *k* arbitratu suo, quum transmisissent ad omneis populareis:

13 Posteá verò paraverunt sibi & Sacerdotibus, fratribus suis filiis Aharonis.

14 Sacerdotes enim offerebant adipes usq; dum finita esset [3] hora: quamobrem Levitę illi paraverunt sibi & suis fratribus posteris Aharonis Sacerdotibus.

15 Et sacri cantores posteri Asaphi agebant in statione sua, secundùm præceptum Davidis *datum* Asapho, Hemani, & Jeduthuni videnti Regis,

16 Et janitores per singulas januas quibus non erat recedendum à ministerio suo: his fratres ipsorum Levitæ paraverunt.

17 Ita consummatus est totus cultus Jehovæ die illo,

18 Celebrando Pascha, & offerendo holocausta in altari Jehovę secundùm pręceptum regis Joschijæ.

19 Celebrarunt enim Jisraelitæ qui *l* aderant tempore illo Pascha diémq; festum azymorum, diebus septem:

20 Neq; celebratum est Pascha simile huic in Jisraele à diebus Schemuelis Prophetæ:

21 Nulli inquã Reges Jisraelis celebravemus obstringens jurejurando, ut regnum suum Ægyptio ac esset ipsius beneficiarius; ut de Tzidkija dicitur inf. vers. 48.

runt tale Pascha quale celebravit Joschija, & Sacerdotes, Levitæque, & Jehudæi, omnésq; Jisraelitæ, & qui aderant *m* habitatores Jeruschalaimorum.

22 Octauo decimo anno, regnante Joschija celebratum est Pascha istud.

23 [4] Ac directa quidẽ sunt opera Joschijæ coram Jehova Deo ipsius, corde *n* integro reverentis eum:

24 Quæ autem illius tempore acciderunt scripta sunt iam olim de illis qui peccaverunt & qui reverentiam Domini abjecerũt præ omni gente, ac regno, quiq; ipsum dolore affecerunt *o* sentientem: ideoq; verba Domini præstita sunt in Jisraele.

25 His omnibus à Joschija gestis accidit ut Parhio rex Ægypti veniret bellum excitaturus Carcemischum versus ad Euphratem, cui processit obviam Joschija:

26 Sed misit rex Ægypti ad eum qui dicerent, quid *p* mihi tecum Rex Jehudæ?

27 Non sum missus à Domino Deo ut oppugnem te; ad Euphratem bellum meum spectat: nũc autem Dominus mecum est, & Dominus qui mecum *est* is est qui accelerat: abstine à me, neq; adversare Domino.

28 Non est autem aversus Joschija cũ copiis; sed pugnare contra eum aggressus est, nõ attendẽs ad verba Jeremię pphetę ex ore Dei.

29 Sed constituto contra eum prælio in convalle Megidduntis descẽderunt principes ad regem Joschijam,

30 Edixitq; rex pueris suis, amovete me à prelio, nam infirmatus sum valde: & statim amoverunt eum pueri ipsius ab acie.

31 Tum ascẽdit currum secundariũ suum, & perveniẽs Jeruschalaima *q* vita functus est, ac sepultus in sepulcro majorum suorum:

32 Et in tota Jehudæa *populares* luxerunt Joschijam: & lamentatus est Jirmeja propheta de Joschija, magistriq; symphoniæ cũ mulieribus lamentati sunt de eo in hunc usq; diem: mandatum enim est fieri semper in tota gente Jisraelis.

33 Hæc autem scripta sunt in [6] libro historiarum Regum Jehudę: singulæ inquã res gestæ Joschijæ, & gloria intelligentiaq; ejus in lege Jehovæ, tum quæcumq; gesta sunt ab eo antè, tum [7] quæ nunc *geruntur*, scripta sunt in libro Regum Jisraelis & Jehudæ.

34 Itaq; assumentes qui erant è *Jehudæorũ* gẽte Joachazũ filium Joschijæ, ‖ eum cõstituerunt regem pro Joschija patre ipsius, quum esset annorum [8] vigintitrium.

35 Quúmq; regnasset in Jehuda & Jeruschalaimis treis menses, amovit eum rex Ægypti ne regnaret Jeruschalaimis:

36 Et gentem multavit centum talẽtis argenti & talento auri,

37 Constituitq; Rex Ægypti regem Jehojakimum fratrem ejus regem Jehudæ & Jeruschalaimorum,

38 [9] Obligãs sibi Jehojakimum & magnates; Jochananem verò fratrem ejus prehendens duxit in Ægyptum.

39 Annorum erat Jehojakin vigintiquinque, quum regnare cœpisset in terra Jehudæ & Jeruschalaimis, & fecit malum in cõspectu Domini.

40 Contra hunc autẽ ascendit Nebucadnezar rex Babilonis, & vinctum eum in compedibus duxit usq; ad Babilonem.

---

[1] *Græ. agebat.* 2. *Chron.* 15.

[2] In his libris duo desideramus nẽpe auctoris & librariorũ fidẽ: nam multa ab auctore cõtra librorum canonicorũ veritatem audacter immutata, multa imperitè ab his prẽter auctoris mentẽ corrupta sũt. Quamobrem quæ ex Scriptura verbũ ferè de verbo hausta sunt, ea nos cũ authentica historia cõformavimus: quæ autẽ adducta aliũde, ea aut testimoniis, aut Græci exemplaris fide, aut iudicio ꝓbabilibusq; coniecturis emendata notavimus. Hoc caput totum petitum est ex duob. vltimis capit. lib. 2. Chr. quamobrem ex eo loco censuræ hujus notæq; in hunc sunt conferendæ.

[b] *Græ. domino suo.*

[1] Hebræã vocẽ Græci ἐφημερίαν interpretantur: atque hæc utriusq; est significatio λειτουργία καὶ φυλακὴ καθημερινή. i. quotidiana custodia, atq; administratio. Hic autẽ scriptor vices dierum exponit meliùs vicaria officia nominaturus. Sed lectorem rogatum velim ut hæc quæ restituimus ipse eum libris canonicis dignetur comparare: nos enim deinceps ab harum notarum molestia supersedebimus.

[c] *Græ. secundũ ephemerias.*

[d] *Græ. sanctificare sese in Domino in positione sanctæ arc.*

[e] *Græ. non erit vobis deportare super humeris eam.*

[f] *Græ. secũdum familias & tribus vestras.*

[g] *Græ. secundũ magnificentiã.*

[h] *Græc. agnorũ & hœdorũ triginta chiliadus.*

[i] *Græc. septingenta.*

[k] *Græc. eumodore grato.*

[3] videlicet offerendi, qua demum hora comedi iubetur Pascha, Exod. 12. 6. confer cum Exo. 29. 39.

[l] *Græc. invesiebantur: sic vers. 21.*

[m] *Græ. in habitatione ipsorũ Jeruschalaimis.*

[4] hi duo versus solummodo ad historiã libri Chronicorum adiecti sunt, quorũ hæc sententia. Joschija vir summa Dei reverentia præditus omnibus in rebus pietatis ergô secundatus est per benedictionem Dei: mors autem ipsius & cædes exercitus (quæ per εὐφημισμὸν reticentur hoc versu, ut quæ iam olim scriptum fuerit ipsi accidisse) ea non propter ipsius, sed propter populi peccata acciderunt; quem tam gratiosè hujus optimi regis opera revocatum, minimè resipiscentẽ omnium ac potius magis magísque à Deo & pietate desciscentem hac tãta Regis jactura oportuit meritas pœnas luere: ut nominatim Jirmeja à cap. 2. ad 14. prophetaverat, & in Lamentationibus deflet hũc primum fuisse aditum ad procellas calamitatum maximas, funestumq; exitium populi. Sunt autem hæc παρασκευαστικὰ ad sequentẽ narrationem de occiso Joschija & fuso exercitu.

[n] *Græc. pleno pietatu.*

[5] i. Jehudæis impiis desertorib. transfugis, & contemptoribus infestissimis verbi Dei.

[o] *Græ. in sensu.*

[p] *Græc. mihi & tibi.*

[q] *Gr. commutavit vita suã.*

[6] i. in actis publicis, annalib. Regum, atque diariis: vide 1. Reg. 11. 41.

[7] i. lamentationes illæ imperatæ anniversario.

‖ 2. *Chron.* 36.

[8] ô hominem audacem, nodum secuit quem nescivit solvere. vide in 2. Regum 24. 1. & Jirm. 23.

[9] i. Jehojakimum obstringens jurejurando, ut regnum suum Ægyptio acceptum ferret, ac esset ipsius beneficiarius; ut de Tzidkija dicitur inf. vers. 48.

netzar Rex Babyloniæ, & ligavit eum æneo vinculo[10] abducturus in Babyloniam.

[10] cesuræ causam vide in 2. Chron. 36.6.

41 Et de sacris vasis Jehovæ accipiens Nebucadnetzar abstulit, appendítque in templo suo Babylone.

42 Quę autem narrantur de ipso & impuritate ipsi[9] & impietate, scripta sunt in Chronicis Regum.

43 Ita regnavit Jehojakin filius ejus pro eo, annos decem & octo natus quum rex institueretur.

44 Regnavit autem menseis tres & dies decem Jeruschalaimis, & fecit malum in conspectu Domini.

45 Itaq; vertēte anno mittens Nebucadnetzar deportavit eum Babylonē cum sacris vasis Domini,

46 Et designavit Tzidkijam Regē Jehudæ & Jeruschalaimorum, quum esset annorū viginti unius: qui regnavit annis undecim,

47 ‖ Et faciens malū in conspectu Domini non metuit sibi à verbis quæ dicta fuerāt per Jirmejam Prophetam ex ore Domini;

‖ Jirm. 25. & seq.

48 Sed quū jurejurando obstrictus fuisset regi Nebucad-netzari per nomen Dñi, perjurans defecit, ac obdurata cervice sua animoq; suo transgressus est jura Jehovæ Dei Jisraelis.

49 Etiam principes populi Sacerdotúmq; multa iniquè gesserunt & impiè egerūt supra omneis abominationes gentiū omnium, polluentes templum Jehovę quod sanctum erat Jeruschalaimis:

50 Quúmq; mitteret Deus majorū ipsorū per nunciū suum revocaturus ipsos, eo quòd parcebat illis & habitaculo suo;

51 Ipsi subsannarunt nuncios ejus, & quādo loquebatur Dominus, illuserunt Prophetis ejus:

52 Adeò ut ad æstum iræ concitatus cōtra gentem suam propter impietatem ipsius, prę-ceperit in eos ascendere[11] Reges Chaldęorū.

[11] i. nō solūm Regem regū Nebucadnetzarem, sed etiam Principes regni Babylonici ministrantes ei: sic 2. Reg. 18. 24. & Jescha. 10. 8.

53 Hi occiderunt juvenes eorum gladio in circuitu sancti templi eorum, neq; pepercerunt puero aut seni, virgini aut adolescenti, quum omnes tradidisset in manum ipsorum:

54 Et omnia sacra instrumēta Domini magna & parva, & instrumēta arcę Dei, regalésq; thesauros sumtos exportārunt in Babyloniā.

55 Et incenderunt domum Domini, ac demoliti muros Jeruschalaimorum turres eorū incenderunt igne,

56 Absumentes omnia quæ inerant desiderabilia & ad nihilum redigentes: eos verò qui reliqui fuerunt à gladio deportārūt in Babyloniam;

57 Ubi fuerunt serui *r* Babylonio usquedum regnarēt Persæ, ad implendum verbum Jehovæ dictum ore Jirmejæ,

r Græc. ei & filiis ejus.

58 Donec exsolvisset terra sabbatha sua, & omni tempore desolationis suæ quievisset, complendo annos[12] septuaginta.

[12] sic legendū ex fide historiæ authenticæ, & exemplarium veterum testimonio.

Caput II.

‖ 2. Chr. 36. 22. Hezræ 1.

1 ‖[1] Regnante Cyro Rege Persarum anno primo, ad consummationem verbi Jehovæ *dicti* ore Jirmejæ,

[1] Totum hoc caput ex Hezræ 1. & 4. desumtum est: sed quia multis in locis fraus facta est veritati, nos hoc caput merito regulæ illius conformavimus.

2 Suscitavit Jehova spiritū Cyri regis Persarum, ut promulgaret per totum regnum suum etiam scripto,

3 Dicens, sic ait Cyrus Rex Persarum, me designavit Regem orbi terratū Jehova Deus Jisraelis dominus excelsus,

4 Et commisit mihi ut ædificem domum sibi Jeruschalaimis quæ *sunt* in Jehudæa.

5 Si quis vestrūm igitur est è gente vestra *ædificaturus*, esto Jehova Dominus ejus cum eo, & ascendens Jeruschalaima quæ *sunt* in Judæa, ædificato domum Domini *Dei* Jisraelis. Is est Dominus, qui habitavit Jeruschalaimis.

6 Quotquot verò hìc illìc resederint, sublevāto eos homines ipsius loci auro & argēto,

7 Donis, equis & jumentis, votivísq; oblationibus in ædem Domini qui est Jeruschalaimis.

8 Surrexerunt itaq; principes paternarum familiarū ex tribu Jehudæ & Binjaminis, Sacerdotésq; & Levitę, quorumcumq; spiritum excitavit Deus ut ascenderēt ad ædificandum domum Jehovæ quæ *est* Jeruschalaimis:

9 Et vicini eorum adjuverunt eos omnib. auro & argento, jumentis, ac votivis compluribus, permulti quorū animus excitatus est.

10 Etiā Rex ipse Cyrus protulit vasa sacra Domini, quæ trastulerat Nebucadnetzar rex Babyloniæ Jeruschalaimis & appenderat in idolio suo;

11 Eaq; prolata Cyrus Rex Persarum tradidit Mithredati præfecto ærario suo,

12 Per quem tradita sunt[2] Scheschbatzari Præsidi Jehudææ.

13 [3] Eorum autē erat numerus: pelves aurei *a* triginta, pelves argentei mille, *b* secespitæ vigintinovem, crateres aurei triginta, crateres argentei secundarii *c* quadringenti decem, & alia vasa *per* millia.

14 Omnia vasa apportata sunt aurea & argentea, quinquies mille *d* quadringenta.

15 Hæc[4] exportata sunt à Scheschbatzare cum iis *proficiscente* qui ex captivitate Babylone veniebant, Jeruschalaima.

16 ‖[5] Temporibus autem Artaxerxis Regis Persarum scripserunt ei cōtra habitatores Jehudæ & Jeruschalaimorum Bilscham, Mithredates, Tabeel,[6] Rechum præses consilii, & Schimschai legisperitus, cæteríq; cōjuncti istis, habitantes in Samaria & locis reliquis, epistolam sequentē Regi Artaxerxi Domino.

17 Rechum præses consilii & Schimschai legisperitus & reliqui in consilio ipsorum, judicéique in Cœle Syria & Phœnicia.

18 Nunc verò notum sit domino Regi Jehudæos qui ascendentes à vobis ad nos venerunt Jeruschalaima civitatem rebellem ac pessimam, ædificare fora ejus, & muros ejus curare, ejúsque templum excitare:

19 Quòd si civitas ista ædificata & muri consummati fuerint, tributa nō sustinebunt dare, sed resistent etiam Regibus.

20 Quia autem de templo exstruendo agitur, justum fore arbitrati sumus si non despiceremus istud;

21 Sed notum faceremus domino Regi; ut si visum fuerit Regi, inquiratur in Commentariis majorum tuorum:

[2] sic legendū planè: propria n. nomina turpissimè hoc libro corrupta sunt, quæ satis erit deinceps in contextu sine alia notatione reponere. Deinceps verò in locum certissimę veritatis immania congerit mendaciorū plaustra.

[3] Hæc recēsio plurimùm ab authētica discederet nisi sic reponeretur: scilicet videbat auctor summæ cum partibus non satis convenire quas adducit Hezra; eúmque ut homine ἀναεύμοιρον putavit corrigendum.

a Græc. mille.
b Gr. thuribula argētea vig.
c Græc. bis mille quadr.
d Gr. quadringēta sexaginta novem.

[4] pervenerūt Jeruschalaima, ait Hezra: hic verò quidā numerata quidem sunt, inquit, sed venerunt minimè: cur autē? quia non fuisset, opinor, locus fabulæ quæ proponitur infra 4. 44. Hoc quidem certè inscitiāmne an impietatē appellē nescio: sed ad cętera.

‖ Hezræ 4. 7.

[5] distingue tēpora (ut vulgo dici solet) & concordabis Scripturas. Ac omnium quidem optimè distinxerat Hezra 4. 6. & 7. Nam regūm duorū tempora numeraverat, Assueri & Artaxerxis; è quibus Assuerus Xerxem designat; secūdus est Longimanus Horum ergò Regum duorum tēpore aversa est ædificatio. Sed quid hic noster? Flavium Josephum, non Hezram sequitur, & Assueri nomen ac tempus dissimulat, atque hoc pacto in gravissimos duos errores incidit: unum, quòd duorū temporum historiam ita narrat quasi ab uno rege solo gesta esset; alterum, quòd historiam Darii nothi attribuit Dario Hystaspis filio, capitibus seqq. atque hunc quidem lapsum ex ignoratione profectum perhumane accipio; priorem verò, quòd versum illum è libro Hezræ dissimulaverit, nequeo excusare. [6] De nominum depravatione jam ante monuimus: sed vide scriptoris judicium: Rathimus Balthemus hoc versu dicitur: seq. ℣ſ. Rathimus ab accentibus, nempe quia Beēel-teēem Chaldaicè dominum consilii, causæ, judiciiq; significat, aut etiam Dominum accentuū: postremò verò ver. 25. dicitur Rathimus qui scribebat accidētia, ut Græcè legitur, ὁ τὰ ἀγοραῖα πράττων, nempe liber est Græcus ex Latino factus. Quæ duo posteriora librariorum oscitantia fuisse depravata non dubitaverim: sed tamen auctorem hunc mallem sibi constitisse, nisi animadverterem voluisse his occasionibus Dominum piis consulere, & impios illos revincere qui tantam his impuris & ineptis scriptis auctoritatem asserunt, quantam libris suis canonicis impressit Deus.

22 Et invenies in Commentariis de eis scriptum, cognoscesq; civitatem istam fuisse rebellem, Regibúsq; & civitatibus adferentē turbas:

23 Et Jehudæos rebelles, conspirationémque in ea fecisse inde à seculo; eamque ob causam civitatem istam fuisse devastatam.

24 Nunc ergo notum facimus tibi domine Rex, si ista civitas exædificata fuerit, & muri ejus restituti, fore vt accessus tibi non pateat in Cœlen Syriam & Phœniciam.

25 Tunc rescripsit Rex Rechumo præsidi consilii, & Schimschaio legisperito, & reliquis collegis eorum, habitantibúsq; in Syria & Phœnicia, ea quæ sequuntur:

26 Legi epistolam quam misistis mihi: itaq; præcepi quæstionem haberi, & inventum est civitatem istam jam olim Regibus resistere,

27 Homines rebelles & coniurationū auctores esse versatos in ea; etiam Reges potentissimos & *e* molestos Jeruschalaimis dominatos esse, qui tributa exegerint à Cœle Syria atque Phœnicia.

28 Nunc ergo præcipio prohiberi viros istos ne ædificent civitatē, & provideri ne quid ampliùs faciant,

29 Ac non procedant graviora mala, quibus turbæ Regibus importentur.

30 Tunc recitatis iis quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rechum & Schimschaius legisperitus & collegæ eorum jungentes festinanter venerunt Jeruschalaima cum equitatu, turba & agmine,

31 Cœperúntque ædificantes prohibere: ita vacarunt Jehudæi ab ædificatione templi Jeruschalaimis ad annum usque secundum regni Darii regis Persarum.

e Græc. duros.

CAPUT III.

1 [1] REx autem Darius fecit convivium magnum omnibus qui suberant ipsi, & omnibus domesticis suis, omnibúsq; magnatibus Mediæ & Persidis,

2 Et omnib. clarissimis, regulis, ducibusque & præfectis qui suberāt ipsi ab India ad Æthiopiam vsque, centum vigintiseptem provinciis:

3 Qui quū edissent, bibissentq; & satiati redivissent *domū*, ascendit Darius rex in cubiculū suum, dormivit *parumper*, & expergefactus est.

4 [2] Tunc tres juuenes illi *a* satellites qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri,

5 Proponamus quisq; dictum aliquod eximium, quandoquidem cujuscumq; visus fuerit sermo præstare aliorum sermoni sapientia, daturus est illi Darius Rex dona magna, & magna epinicia:

6 Ut purpura induatur, ex aureo poculo bibat, inaurato cubili dormiat, curru vehatur cū equis frænatis auro, gestet cidarin byssinam & torquem appendentem collo,

7 Secundus sedeat à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darii vocetur.

8 Tunc scripserunt quisq; dictū suum, obsignatumq; posuerunt ad cervical Darii regis,

9 Dicentes, quum surrexerit rex, *b* dabuntur ei scripta nostra; & cujuscumq; è nobis tribus judicaverit Rex & Magnates Persidis dictum esse sapientissimum, huic dabitur [3] victoria sicut scriptum est.

10 Unus scripserat, forte est vinum:

11 Alter scripserat, fortior est Rex.

12 Tertius scripserat, fortiores sunt mulieres, supra omnia autem vincit veritas.

13 Quum itaq; surrexisset Rex, accipientes scripta dederunt illi, & legit;

14 Deinde mittens vocavit omnes magnates Persarum Medorumq;, clarissimos, regulos, & duces, & præfectos, & consules.

15 Quibus considentibus in consilio scripta prælecta sunt coram ipsis.

16 Posteà edixit *Rex*, vocate juvenes qui exponant dicta sua: quumque vocati venissent intrò,

17 Edixit illis rex, exponite nobis ea quæ scripta sunt. Is itaq; incepit primus qui prædicaverat fortitudinem vini, sic dicens,

18 [4] O viri, quomodo vi superat vinum omnes bibentes ipsum! seducit mentem,

19 Æquè regis mentem ac orphani efficit unam, servi, liberi, pauperis, divitis,

20 Et omni menti securitatem ac jucunditatem affert, ita ut nullius tristitiæ debitíve ullius meminerit;

21 Omnésq; animos reddit munificos, faciens ut vir potus neq; regem, neq; magistratum recordetur, sed omnia *c* talenta crepet os ipsius:

22 Aut postquam biberint, neq; amicitiæ neq; germanitatis ullius meminerunt; sed paulo momento arripiunt gladios;

23 Quum autem è vino emergentes surgunt, non meminerunt factum.

24 O viri, nónne vi superat vinum; quod ita facere cogit? atque hoc dicto conticuit.

b Græ. dabunt.

[3] i. (ut Josephus ait) γέρας νικητήριον, victoriæ præmium à Rege propositum: etsi huic scriptori cū Josepho non satis convenit.

[4] hoc argumentū exponunt eleganter atq; copiosè Diphilus Comicus & Bacchylides apud Athenæum lib. 2. Dipnosophistarum.

c Græc. per talenta facit loqui.

CAPUT IV.

1 [1] TVm cœpit secundus dicere, qui prædicaverat fortitudinem regis,

2 O viri, nónne fortissimi sunt homines? qui terram ac mare obtinēt & omnia quæ sunt in eis.

3 Rex autem est illorum omnium fortissimus, qui ita dominatur illis utiturq; dominatione, ut quicquid edixerit ipsis auscultent.

4 Nam si edixerit ipsis, ut belligerent alter in alterum, faciunt: sin autē eos in hostes miserit, abeunt; montes, muros, & turres subruunt;

5 Jugulantur & jugulant, ut mandatum Regis non transgrediātur; quòd si vicerint, omnia afferunt ad Regem, si prædati fuerint, & alia omnia *gesserint*.

6 Similitérq; alii omnes qui in militiam minimè incumbunt, ac ne in ullum quidem prælium, sed colunt terram; hi quum severint atque messuerint, afferunt tributa Regi.

7 Deniq; solus ipse si dixerit occidite, occidunt; si desinite, desinunt;

8 Si percutite, percutiunt; si exterminate, exterminant; si ædificate, ædificant;

9 Si excidite, excidunt; si plantate, plantant;

10 Omnis populus ejus & copiæ ejus ipsi obediunt, eis instructus accumbit, comedit & bibit, dormitque eis custodientibus in circuitu ipsum:

11 Neq; possunt abire ullus arbitratu suo ut curet res suas, neq; immorigeri sunt ipsi.

12 O viri, ecquî non esset Rex fortissimus?

[1] Eadem cum præcedente cap. historia; judiciū idem.

[1] Quàm futilis & vana hęc historia sit, omnes oculati cùm ex tempore videre possunt, tum ex Chaggai prophetia: nā quod ad tempus, imperitè cōturbari rationem illius antè ostendim[9] c. 2. quod ad prophetiā verò, nullus tam bonus artifex cōciliationum futurus est, quin omnibus tentatis fateatur aut hunc aut illum teneri mendacii. Illū mēdacem ut dicamus absit; qui Zerubbabelem præfectū Jehudæ docet tamquā rem inauditā, eo demum tempore in opus Domini incumbendum esse; cui populus obnititur ut contemnenti Regum diplomata; qui & præfectos & populum ipsum partim mandatis Dei, partimque promissionibus excitavit; quo prædicante Spiritus Dei animavit ipsos, ac non Regis ullius auctoritas: Superest hunc & Josephum & alios mendacium dicere qui narrationem hanc tradiderunt. Verùm quid multis opus est? Jehudæi adversariis & quæsitoribus suis respondentes nullam hujus historiæ, nullam mandati à Dario mentionem faciunt, Hezræ 5. 13. & 17. qua una profectò auctoritate sublata fuisset omnis rixandi occasio: sed ne ipse quidem Darius adducit, Hezræ 6. Valeant ergo qui fabulas istas Antihezræ alicujus, non germana Hezræ scripta cum libris Canonicis compactas & adæquatas volunt.

[2] quum Rex Darius (ut isti volunt) expergefactus suis lateronibus custodibúsque corporis problema suum attulisset, quid omnium esset fortissimum. [2] *Græc. Σωμα-τοφύλακες.*

cui sic obediri oporteat? his dictis tacuit.

13 Tertius verò qui de mulieribus & veritate dixerat, (is est Zerubbabel) cœpit dicere,

14 O viri, non rex maximus, non hominum multitudo, non vinum est fortissimũ: quis ergo est qui dominetur eis? aut quis prævaleat eis?

15 Nonne mulieres? mulieres pepererunt Regem, omnemque populum qui dominatur mari & terræ.

16 Hæ educaverunt eos qui plantant vineas, è quibus fit vinum:

17 Hæ conficiunt vestes hominum, hæ gloriam afferunt hominibus, *a* ab his viri nequeunt retrahi.

a Græc. nõ possunt viri sine fœminis esse.

18 Si congregato auro & argento ac re qualibet pretiosa viderint aliquam mulierem habitam atque speciosam,

19 Omnia illa omittentes in eam intendũt defixis oculis inhiantes ei, & eam magis appetunt quàm aurum & argentum & rem quamlibet pretiosam:

20 Vir patrem reliquit qui educavit ipsum, ac regionem suam; & adjungit se mulieri,

21 Et cum muliere *b* seipsum retreans neq; patris meminit, neq; matris, neq; regionis suæ.

b Gr. animam remittens.

22 Atque hinc oportet à vobis cognosci istud, mulieres dominari vobis: nónne dolores subitis & labores, & omnia datis defertisque fœminis?

23 Et accipiens homo gladium suum abit per itinera commissurus furta & latrocinia, per mare navigat & flumina,

24 Leonem videt, & de nocte ambulat; quúmque furtum fecerit, fraudes, & rapinas, comportat ad amatam suam?

25 Quinetiam diligi à viro uxorem ipsius magis quàm patrem aut matrem *nostis*:

26 Nam multi dementes facti sunt propter uxores suas, multi servi facti sunt propter illas;

27 Multi perierunt & *c* jugulati sunt, quum peccassent propter mulieres.

c al. aberravere runt.

28 Jam verò non creditis mihi? nónne magnus est Rex potentia sua? nónne regionum omnium homines verentur eum contingere?

29 Vidi tamen eum & [2] Appajimam filiam Rab-schakis concubinam Regis *d* magnificentissimi assidentem ad dexteram Regi,

[2] sic restituimus ex Flavii Josephi comparatione: nã ille vocat Ἀπάμιν τὴν Ῥαβζάκου τοῦ Θεραπεύτου παῖδα.

d Græc. admirabilis.

30 Quę auferens diadema de capite ejus imponebat suo, & feriebat Regem sinistra manu.

31 Atque hæc quum fiunt, Rex aperto ore intuetur eam; ea si arriserit ipsi, ridet; si indignata fuerit, abblanditur donec reconciliatus fuerit in gratiam.

32 O viri, ecquî non essent mulieres fortissimæ? quæ res faciant ejusmodi?

33 Tunc respicientibus Rege & magnatibus uno in alterum, cœpit de veritate dicere,

34 O viri, nónne fortes sunt mulieres? magna verò est terra, excelsumq; cœlum, & velox cursus Solis, qui in orbem conversatur cæli, & locum suum repetit uno die.

35 An verò non esset magnificus qui hæc fecit? maxima aũt est veritas, fortissimaq; omniũ.

36 Omnis terra veritatem invocat, cælum etiam benedicit ipsi, & omnia opera commoventur ac contremiscunt *ab ea*, neque est apud eam iniquum quicquam.

37 Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia illorum opera; neq; est in ipsis veritas, sed peribunt in iniquitate sua:

38 At veritas manet, valensque in æternum vivit, & obtinet in *e* omnia secula;

e Gra. sæculum sæculi.

39 Apud quam neq; est acceptio personarum, neque distinctio; sed jus reddit omnibus justis & injustis, qui omnes acquiescunt operibus ejus.

40 Non enim est in judicio ejus ulla iniquitas, sed fortitudo ipsa, & regnum, potentiaque, & majestas omnium seculorum est. benedictus Deus veritatis.

41 Hoc autem desinente loqui, tum populus totus exclamavit; ac tum dixit, maxima est veritas atque fortissima:

42 Rex verò dixit illi, Si quid voles supra quàm scriptũ est, pete & dabimus tibi: quandoquidem inventus es sapientissimus, proximè assidebis mihi, & cognatus meus vocaberis.

43 Tum ille Regi, memor esto, inquit, voti tui, [3] vovisse te ædificationem [4] Jeruschalaimorum quo die regnum tuum accepturus esses,

44 Omniumq; vasorum restitutionem exportatorum Jeruschalaimis, [5] quæ separans Cyrus eò quòd vovisset excidium Babylonis, voverat illuc remittere;

45 Vovisse quoq; ædificationem *f* templi quod incenderunt [7] Edomæi, quando Jehudęa vastata fuit à Chaldæis.

46 Nunc ergo hoc illud est quod postulo Domine Rex, & peto, hoc illud est de quo rogo majestatem tuam. Rogo igitur ut perficias votum quod vovisti Regi cælesti ore tuo, facturum te.

47 Tunc surgens Darius Rex osculatus est illum, & propter illum rescripsit omnibus quæstoribus, præfectis, ducibus, atq; clarissimis, ut deducerent eum ac comites ejus omneis ascensuros ad ædificandum Ieruschalaima,

48 Omnibusq; procuratoribus qui erant in Cœle Syria Phœniciaq;, & Libano, ut curarent devehi ligna cedrina à Libano Jeruschalaima, ad juvandum eos in civitatis instauratione;

49 Prætereà Jehudæis omnibus à regno in Jehudæam ascensuris [8] libertatem pronuncians ut nemini potentiori magistratui, aut præfecto, aut procuratori liceret invadere portas ipsorũ:

50 Sed totam regionem quam obtinuerint *mandavit* liberam à tributis esse, Edomæosque cedere vicis quos detinebant Jehudæorum:

51 Et in structuram templi dari quotannis talenta vicena donec exædificatum esset:

52 Ad holocausta verò comburenda quotidie in altari sacro, quemadmodum præceptũ est offerri septena dena, alia talenta dena offerri per annos singulos:

53 Deniq; omnibus è Babylonia proficiscẽtibus ad instaurandum civitatem, pronunciavit libertatem, ipsis ipsorumque posteris, & omnibus Sacerdotibus ascensuris.

54 Item rescripsit instrumenta & vestimenta sacra numero certo dari quibus induti ministrarentur;

55 Levitis quoq; demensa dari usque dum consummata esset domus, & exstructa Jeruschalaima,

56 Et omnibus custodibus civitatis dari sortes atque stipendia:

57 Amandansque omnia vasa quæ separaverat Cyrus è Babylonia, & quæcumque Cyrus edixerat, hic etiam præcepit fieri & mitti Jeruschalaima.

58 Egressus itaq; adolescens ille, elata facie versus Jeruschalaima benedixit Regi cælesti,

59 Dicens, abs te est victoria, à te sapientia, &

[3] i. te quũ ambires regnum votum nũcupasse & spondisse Domino fore si per voluntatẽ ejus ad fastigiũ regni pervenires, ut adeptus regnum ea prẽstares quæ sequuntur. Sic duobus locis interpretatur Josephus ἀρχαιολογίας ιά. Hæc autẽ cũ veritate pugnare omnia jam antè docuimus: nam quod ad ædificationẽ templi sui probabuntur ista, quid Chaggaio Propheta fiet? quod ad instaurationem opidi, quid fiet Nechemjæ historia? quod ad immunitatẽ, qd fiet Estheræ libro? nam duobus hisce capitibus eadẽ opera tres illæ historiæ cõvelluntur, earumq; tempora confunduntur imprudẽtissimè. Cætera quæ falsò hic illic dispersa sunt, jam antè suis locis perstrinximus.

[4] cõtra historiã Nechemjæ 1. & 2.

[5] vide suprà in 2. 15.

[6] vide suprà in 3. 1.

[7] de quibus Psa. 79. 12. & 137. 7. & Jirmej. 49. 7. & Jechezkel. 25. 12 sed in aliis Chaldæi legitur.

[8] sive immunitatem, contrà quàm narratur Esther. 10.

tia, & gloria tua est, ego verò servus tuus:

60 Benedictus es, ô qui dedisti mihi sapientiam; celebrabo te Domine Deus majorum nostrorum.

[9] erat enim Rex Ecbatanis, ut frigida cõjectura divinat auctor ex Hezræ 6. 2.

61 Et acceptis literis profectus est[9] Babylonem, veniénsque nunciavit fratribus suis omnibus *qui erant Babylone*:

62 Qui benedixerunt Deo majorum suorum, quòd daret ipsis laxamentum & [10]*f* refrigerationem,

[10] ut 4. Hezræ 11. 46.

[f] *Gr.* αἱ ἀνέσεις. *al.* ἄφεσιν.

63 Ut ascendentes ædificarent Jeruschalaima & templum in quo invocatum est nomen ipsius; exultaveruntq; cum symphonia & lætitia diebus septem.

CAPUT V.

[1] Hi tres versus primi ex scriptoris officina sunt: reliquũ caput ex Hezra huc translatum est, & ex Nechemjæ 7. (hæc.n. confudit auctoris imperitia) sed ita corruptũ propriis nominibus, numeris & sensu, ut nihil suprà Nos itaq; ad ἀρχέτυπον revocavimus omnia; quæ partim scriptoris audaciæ accepta ferimus, partimq; librariorum oscitantiæ.

1 POst hæc autem electi sunt qui ascenderẽt principes paternarum familiarum per tribus ipsorum cum uxoribus, filiis, filiabusq; ipsorum servis, ancillisque, & pecoribus ipsorum:

2 Et misit Rex Darius cum eis equites mille, qui deducerent Jeruschalaima cum pace Jehudæos utenteis instrumentis musicis, tympanisq;, & tibiis,

3 (Omnes enim fratres illorum ludebãt eis) jussitque illos cum eis ascendere.

4 [2] Hæc autem sunt nomina virorum qui ascenderant per familias paternas suas in tribus suas in præfecturas suas:

[2] hyperbaton ad finem usq; cap.

5 Sacerdotum, è filiis Pinchasi filii Aharonis, princeps Jeschuah filius Jehotzadaki[3] cum Jehojakimo filio, & Zerubbabel filius Schealthielis è domo Davidis ex progenie Peretzi, *princeps* tribus Jehudæ,

[3] sic omnino legendũ est: fuit enim Jehojakim non Zerubbabelis, sed Jeschuhæ filius, Nechem. 12. 10.

6 Qui proloquutus est apud Darium regem sermones illos sapienteis secundo anno regni ejus, mense Nisane, *mense* primo.

7 ‖ Atque hi sunt ex Jehudæa qui ascenderant è captivitate illius deportationis quam deportaverat Nebucad-netzar Rex Babyloniæ in Babyloniam, qui reversi Jeruschalaima repetiverunt in partes Jehudææ unusquisque civitatem suam:

‖ *Hezræ* 2.
‡ *Nechem* 7.

8 Qui venerãt cum Zerubbabele, Jeschuha, Nechemja, Hazarja, Rahamja, Nachamani, Mordecaio, Bilschane, Misperetho, Bigvaio, Nechumo, Bahana, singulis principib. ipsorum: hic numerus popularium à principibus ipsorũ.

9 Filii Parhoschi, bis mille centum septuaginta duo; filii Schephatjæ trecenti septuaginta duo;

10 Posteri Arachi, sexcenti quinquaginta duo;

11 Posteri Pachath-moabi ex posteris Jeschuhę & Joabi, bis mille octingẽti octodecim;

12 Posteri Helami, mille ducenti quinquaginta quatuor; posteri Zatthu, octingenti quadraginta quinque; posteri Zaccai, septingenti sexaginta; posteri Binnui, sexcenti quadraginta octo;

13 Posteri Bebai, sexcenti viginti octo; posteri Hazgadis, bis mille trecenti viginti duo;

14 Posteri Adonikami, sexcẽti sexaginta septem; posteri Bigvai, bis mille sexaginta septem; posteri Haddinis, sexcẽti quinquaginta quinq;.

15 Posteri Ateris ex Chizkija, nonaginta octo; posteri Chaschumi, trecenti viginti octo; posteri Betzai, trecenti viginti quatuor;

16 Posteri Chariphi, centum duodecim;

17 Gibhonitæ, nonaginta quinque;

18 Bethlechemitæ & Netophatæi, centum octoginta octo; Hanathothani centum viginti octo; Hazmavethani quadraginta duo;

19 Kirjath-jeharimani, Cephirani, & Beerothani, septingenti quadraginta tres; Ramani & Gebahæi, sexcenti viginti unus;

20 Micmasæi, centum viginti duo; Beth-elitæ & Hajani, centum viginti tres;

21 Nebuntini alteri, quinquaginta duo; posteri Helami alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor; posteri Magbischi, centum quinquaginta sex;

22 Posteri Charimi, trecenti viginti; Jerechuntini, trecenti quadraginta quinque;

23 Lodæi, Chadidæi, & Onuntini, septingenti viginti unus; Senaani, ter mille nongenti triginta.

24 Sacerdotes: posteri Jeschahjæ è familia Jeschuhæ, nongenti septuaginta tres, posteri Immeris, mille quinquaginta duo;

25 Posteri Paschchuris, mille ducenti quadraginta septem; posteri Charimi, mille septemdecim.

26 Levitæ: posteri Jeschuhæ cum Kadmiele è filiis Hodevæ, septuaginta quatuor;

27 Posteri Asaphi qui psallebant in templo, centum quadraginta octo;

28 Ostiarii verò, posteri Schallumi, posteri Ateris, posteri Talmonis, posteri Hakkubi, posteri Chatitæ, posteri Schobai, centum triginta octo;

29 Sacerdotibus ministrantes in templo, posteri Tzichæ, posteri Chaschuphæ, posteri Tabbahoti, posteri Kerosi, posteri Sihæ, posteri Padonis,

30 Posteri Lebanæ, posteri Chagabæ, posteri Schalmai, posteri Chananis, posteri Giddeli, posteri Gachadis, posteri Reajæ, posteri Retzinis, posteri Nekodæ,

31 Posteri Gazami, posteri Huzzæ, posteri Paseachi, posteri Bezai, posteri Mehunimi, posteri Nephischesimi, posteri Bakbuki, posteri Chakuphæ, posteri Charchuris,

32 Posteri Batzelithi, posteri Mechidæ, posteri Chaschæ, posteri Barkosi, posteri Siseræ, posteri Temachi, posteri Netziachi, posteri Chatiphæ.

33 Schelomonis Nethinæi, posteri Sotai, posteri Sopherethi posteri Peridæ, posteri Jahalæ, posteri Darkonis, posteri Giddeli,

34 Posteri Schephatjæ, posteri Chatilis, posteri Pokereth-hatzebajimi, posteri Amonis,

35 Omnes *a* Nethinæi & posteri servorum Schelomonis, trecenti nonaginta duo.

[a] *Græc. ministrantes sacris.*

36 Hi sunt illi qui ascenderunt è Thelmelacho & Thelcharsa, eorumq; principes Cerub, Adan, & Immer;

37 Sed non potuerũt indicare civitates suas & progeniem suam, quemadmodum essent ex Jisraele, posteri Delajæ, posteri Tobijæ, posteri Necodæ:

38 E Sacerdotib. verò fungentib. Sacerdotio quinõ sunt invẽti esse, posteri Chabajæ, posteri Kotzi, posteri Barzillai, qui accepta uxore è filiabus Barzillai vocatus est de nomine ejus.

39 Horũ quæsita est scriptura generis quod prædicabant, sed non inventa est; quapropter sunt prohibiti Sacerdotio fungi:

40 Edixit enim regis legatus eis, ne participarent res sanctas, donec Sacerdos exsisteret *b* docturus veritatem Urimis & Thummimis.

[b] *Græ. indutus Urimis.*

41 Omnes Jisraelitæ erãt à nato annos duodecim & deinceps, præter pueros & puellas, quadragies bis mille trecenti sexaginta,

42 Servi & ancillæ eorum septies mille tre-

centi triginta septem, cantores & cantatrices ducentæ quadraginta quinque.

43 Equi eorum septingēti triginta sex, muli eorum ducenti quadraginta quinque, cameli quadringenti triginta quinque, asini sexies mille septingenti viginti.

44 Ex primoribus autē paternarum familiarum quum pervenissent ad domum Jehovę qui habitat Jeruschalaimis, quidam *sponte* se offerētes ad domum Dei statuendam in sede ipsius.

45 Pro facultate sua, dederūt in thesaurum ipsius operis auri [4] *c* drachmas semel & sexagies mille, argentique pondo quinquies mille, & tunicas Sacerdotum centum.

46 Et habitaverunt Sacerdotes ac Levitæ & qui venerant è plebe Jeruschalaima atque in Jehudæam Nethinæi, cantoresq;, & ostiarii & omnes Jisraelitæ in regionibus suis.

47 ‖ Quum autem septimus advenisset mensis, versantibus Jisraelitis in civitatibus suis, cōvenerunt unanimes in atrium quod erat ante portam Orientalem.

48 Ubi stans Jehoschuahī filius Jotzadaki, cum fratribus suis Sacerdotibus, & Zerubbabel filius Schealthielis cum fratribus suis exstruxerunt altare Dei Jisraelis,

49 Ad offerendum in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moschis viri Dei.

50 Quumque erexissent altare in sede sua, quamvis convenientibus contra ipsos *populis* aliarum gentium terræ, eò quòd odio essent ipsis; tum confirmaverūt eos omnes gentes quę erant super terram, & obtulerunt in eo hostias & holocausta Jehovæ manè & vesperi:

51 Et celebraverunt festum tabernaculorum sicut præceptum est, sacrificia in diem offerentes secundùm ritum,

52 Itemque holocaustum juge, & hostias sabbathorum ac neomeniarum & *d* dierum solennium, omneis res sacras.

53 Quotquot voverunt Jehovæ, à die primo mensis septimi cœperunt offerre holocausta Jehovæ, quum templi Jehovæ non esset jactum fundamentum:

54 Dederuntq; pecuniam putatoribus & fabris, cibumq; & potum *e* cum oleo,

55 Tzidoniis ac Tyriis, ut adveherent ipsis ligna cedrina ex Libano ratibus in portum Japhonis, secundum facultatem à Cyro Rege Persarum ipsis perscriptam.

56 Anno autem secundo ex quo venerant ad domum Dei Jeruschalaima, mense secundo, cœperunt Zerubbabel filius Schealthielis, & Jehoschuahī filius Jotzadaki cum fratribus suis Sacerdotibus & Levitis, & quicunq; venerant è captivitate Jeruschalaima,

57 Fundare domum Dei primo die secundi mensis anno secundo, quicunq; venerant in Jehudæam & Jeruschalaima.

58 Quumque statuissent Levitas à nato viginti annos & deinceps ut præessent operi domus Jehovæ,

59 Assistens Jeschuahī, filii ejus, & cognati ejus, & Kadmiel fratres & filii ejus, filiiq; Jehudæ, & posteri Chenadadi, filii eorum, ac fratres eorum Levitæ simul præfuerunt opificibus in domo Dei; quum ædificarent structores templum Domini.

60 Steteruntq; Sacerdotes induti cum tubis & Levitæ posteri Asaphi cum cymbalis,

61 Collaudantes Jehovam & benedicentes canticis traditis à Davide rege Jisraelis; exclamaveruntq; hymnis benedicentes Domino, quia benignitas ejus gloriaque est in secula in toto Jisraele.

62 Totus verò populus [5] vociferabatur vociferatione magna laudando Jehovam, quum excitaretur domus Jehovæ.

63 Venientes autem ex Sacerdotibus, & Levitis, primoribusq; paternarum familiarum senes qui viderant domum priorem,

64 Ad hujus ædificationem flebāt voce magna, & multi vociferabantur ex lætitia magna,

65 Adeò ut populus non internosceret vociferationē ex lætitia à voce fletus populi, quia populus *f* vociferabatur vociferatione maxima, ita ut longè audiretur.

66 ‖ [6] Audientes verò inimici Jehudæ & Binjaminis, venerunt cognituri quid *sibi vellet* ista vociferatio:

67 Et cognoscentes deportatos istos ædificare templum Jehovæ Deo Jisraelis,

68 Accesserunt ad Zerubbabelem, & Jehoschuham, & ad primores paternarum familiarum, & dixerunt eis, ædificemus vobiscum:

69 Nā sicut nos auscultamus Deo vestro, & ipsi pariter adolemus inde à diebus Esar-chaddonis Regis Assyriæ qui deportavit nos huc.

70 Quib. dixit Zerubbabel & Jeschuahī cum primorib. paternarum familiarū Jisraelis, nō est vestrū nobiscum ædificare domū Deo nostro;

71 Sed nos soli ædificabimus Jehovæ Deo Jisraelis, ut præcepit nobis Cyrus rex Persidis.

72 Populi autem illarum regionū instantes in populum Jehudææ, obsidentesq; conturbabant opus ædificationis, & insidiis, & hominibus adductis ne ædificarent;

73 Et *g* grassationem exercentes impediebant ne consummaretur ædificium omnibus diebus Cyri regis, protrahebantq; structuram [7] usq; ad annum secundum Darii Regis,

CAPUT VI.

1 ‖ [1] ANno autem secundo regni Darii prophetavit Chaggai & Zecarja filius Hiddonis Prophetæ Judæis qui erant in Jehudæa & Jeruschalaimis, nomine Dei Jisraelis.

2 Tunc surgens Zerubbabel filius Schealthielis & Jeschuahī filius Jotzadaki redorsi sunt ædificare domum Domini habitantis Ieruschalaimis, quum adessent eis Prophetæ Domini juvantes eos.

3 Quo tempore venit ad eos *a* Thatnai princeps [2] trans flumen, & Schetar-boznai cum collegio suo:

4 Et dixerūt eis, quo auctore ædificatis domum istam & tectū istud, aliaq; omnia perficitis? & quinam sunt structores qui ista ædificant?

5 Sed gratiam hanc consequuti sunt respiciente Domino in reduces à captivitate Seniores Jehudæorum,

6 Ut non impedirentur ædificare, donec significatis Dario omnibus rebus istis responsum haberetur.

7 Exemplum epistolæ quam scripsit Dario, miseruntq; Thatnai princeps trans flumen, & Schetar boznai, ac collegæ ejus *b* qui erāt trans flumen: Dario Regi salutem.

8 Omnia nota sunto Domino nostro Regi nos profectos in regionē Jehudææ & ingressos Jeruschalaima invenisse ex captivitatis reducibus Seniores Judæorum in urbe Jeruschalaimis ædificantes domum Dei magnam,

9 Templum novum ex lapidibus politis & maximis, pretiosaq; materia ad parietes;

10 Et

[4] i. ut scriptor conjicit, minarū duodecim millia. At hunc scriptorem neq; minarū pretia, neque drachmarum oportuit dicisse; aut aliud egisse quū ista scriberet.

c Græ. minas mille.

‖ *Hezræ 3.*

d Gr. festorum omnium sanctificatorum.

e Gr. & carros.

[5] ô imperitū Legis & sermonis Hebræi scriptorē, qui ex popularib. efficit tubicines: quum Hebręa vox frequentius sonet vociferari quàm tuba clāgere. quapropter in Græco per inscientiam conjuncta sunt, clangebant & vociferabantur.

f Græ. erat qui clangebat maxime.

‖ *Hezræ 4.*

[6] inspida, etiā putida sunt quæ in hunc versū auctor commētatus est: quare nos illa ut notha abdicavim[9].

g Græ. consultationes, cocionesque populares & cortiones facientes, imp.

[7] Somnolentus hæc scripsit, qui structuram putavit biēnio solùm fuisse ab hostibus impeditā: quod ipsa revincit veritas, quū per multorū Regum tempus à Cyri tēpore fuisse impeditā naret Hezra 4. 6. & 7. & hujus loci verba planè aliter sonēt Hezræ 4. 25.

‖ *Hezræ 5.*

[1] Hæc quidē rectè: nisi quod ad Darium Hystaspis filium auctor putavit pertinere.

a Gr. Sisinnaii sic deinceps.

[2] Syriæ & Phœniciæ interpretatur auctor: sed hoc pacto nō satis exprimit: nam fuerunt etiam Arabarchæ, & alii.

b Gr. qui in Syria & Phœnicia sunt ducet.

10 Et opus istud celeriter fieri, & prosperari in manibus eorum, magnificeq; & quàm diligentissimè perfici.

11 Tunc interrogavimus Seniores dicendo, quo auctore ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis?

12 Ideò autem interrogavimus eos ut notos faceremus tibi præpositos operi; & nomina eorum nobis de scripto dari postulavimus.

13 Qui responderunt nobis dicentes, nos sumus servi Dei qui fecit cælum & terram.

14 Ædificata autem fuerat hæc domus ante multos annos, & consummata à rege Jisraelis magno & potentissimo, perfectaq;.

15 Sed ex quo majores nostri exacerbantes peccaverunt in Deum cælestem Jisraelis, tradidit eos in manum Nebucadnetzaris Regis Babyloniæ regis Chaldæorum,

16 Qui domum istam demolientes incenderunt, & populum captivum abduxerunt in Babyloniam.

17 Verùm anno primo Cyri regis Babyloniæ rescripsit Cyrus rex domum hanc ædificari,

18 Et illa sacra vasa aurea & argẽtea quæ exportans Nebucadnetzar è domo quæ erat Jeruschalaimis appẽderat in tẽplo suo, illa deprompsit Cyrus rex è templo Babylonico, & tradita sunt Zerubbabeli *ac* Scheschbatzari Præsidi:

19 *c* Quibus mandatũ est ut afferentes hæc vasa reponerent in templo quod futurum erat Jeruschalaimis, & ipsum templum Dei curarẽt ædificari in loco suo.

20 Tunc adveniens Scheschbatzar posuit fundamenta domus Dei quæ est Jeruschalaimis, atque ex eo tempore huc usq; ædificatur, necdum est absoluta.

21 Nunc ergo si videbitur tibi, ô Rex, perquiratur in regio tabulario Cyri,

22 An inveniatur ex auctoritate Cyri Regis cœptam esse structuram domus Domini quæ est Jeruschalaimis, & judicium domini nostri Regis de his rescribat nobis.

‖ Hezra 6.

23 ‖ Tunc Darius Rex mandavit inquiri in chartophylaciis quæ erant in Babylonia: & inventus est in opido Ecbatanis in regione Mediæ loculus unus in quo scripta erant ista:

24 Anno primo Cyri Regis, Rex Cyrus mandavit domum Dei quæ est Jeruschalaimis ædificari, ubi ignis jugis accendatur,

25 Cujus altitudo sit cubitorum sexaginta, & amplitudo cubitorum sexaginta, ordinibus lapidum maximorũ ternis, & ordine lignorum novorum; & impensas è domo Cyri regis tradi;

26 Et sacra vasa domus Domini aurea & argentea exportata per Nebucad-netzarem è domo Domini quæ erat Jeruschalaimis, restitui in domum Jeruschalaimis, ubi fuerant posita, ut ponantur illic.

27 [3] Mandavit itaq; curæ esse Thatnaio principi trans flumen, Schetar-boznaio; & collegis, & Præsidibus qui erant trans flumen, ut abstinerent ab eo loco, sinerentque servum Domini Zerubbabalem præfectumq; Judææ ac Seniores Judæorum ædificare in loco domum illam Domini.

28 Mando quoq; omnino ædificari, & prospici ut adjuventur reduces Jehudæorum, donec consummatum sit templum Domini,

29 Et de canone transfluviali diligenter quantitatem dari viris illis, & Zerubbabeli prẽfecto ad sacrificia Domini in tauros arietesque & agnos,

30 Similiter frumentum, sal, vinumq; & oleum indefinenter quotannis, prout Sacerdotes qui sunt Jeruschalaimis indixerint quotidie consumendum esse; ac sine mora:

31 Ut offerant libamenta Deo maximo pro Rege ac filiis ejus, orantes pro ipsorum vita.

32 Præterea denunciator istud, quisquis transgressus fuerit aliquid eorum quæ rescripta sunt, aut infirmaverit, amotum iri lignum à domo ipsius cui suspendatur, & bona ejus ascribenda Regi.

33 Propterea verò Dominus cujus nomen invocatur illic, dejiciat omnem Regem & populum qui manum suam extenderit ad impediendum aut afficiendum malo domum Domini quæ est Jeruschalaimis.

34 Ego Darius Rex decrevi hæc fieri quàm diligentissimè.

CAPUT VII.

1 TUnc ‖ Thatnai princeps trans flumen, Schetar-boznai, & collegæ obsequentes mandatis Darii Regis,

‖ Hezra 6. 13.

2 Assistebant sacris operibus diligentissimè, & Seniores Jehudæorum curatoresque templi adjuvabant:

3 Ita prosperabantur opera sacra, prophetis Chaggaio & Zecarja prophetantibus,

4 Et perfecta sunt omnia de sententia Domini Dei Jisraelis, & ex voluntate Cyri & Darii & Artaxerxis Regis Persarum.

5 Finita autem domo nostra ad diem tertiũ mensis Adaris, sexto anno Darii Regis,

6 Facientes Jisraelitæ, Sacerdotes ac Levitæ & reliqui reduces deportationis qui conscripti erant, secundùm ea quæ præscripta sunt in libro Moschis,

7 Obtulerunt in dedicationem templi Domini, juvencos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,

8 Et hœdos pro peccatis totius Jisraelis duodecim ex numero à præfectis duodecim tribuum Jisraelis:

9 Præfueruntq; Sacerdotes & Levitæ induti amiculis per distributiones suas omnib. operibus Domini Dei Jisraelis, secundùm præscriptũ libri Moschis, & ostiarii singulis januis.

10 Deinde celebrarunt reduces deportationis Pascha die quarto decimo mensis primi, purificatis Sacerdotibus & Levitis.

11 Nam etsi omnes reduces nõ simul purificati sunt, tamen omnes Levitæ purificati erant.

12 Immolaveruntque Pascha pro omnibus reducibus deportationis, & pro cognatis suis Sacerdotibus, ac pro seipsis,

13 Quod comederunt Jisraelitæ qui reduces erant ex deportatione, quicumq; separaverant se ab omnibus exsecrationib. gentium terræ quærentes Dominum,

14 Et celebraverunt festum azymorum septem diebus coram Jehovà, epulantes,

15 Quoniam converterat animum Regis Assyriæ erga ipsos ad cõfirmandum manus eorum in opere Domini Dei Jisraelis.

CAPUT VIII.

1 DEinde his rebus gestis, regnãte Artaxerxe Persarum Rege, accedens Hezra filius Serajæ, filii Hazarjæ, filii Chilkijæ, filii Schallumi,

Hezra 7.

2 Filii Tzadoki, filii Achitubi, filii Amarjæ, filii Hazarielis, filii Bukki, filii Abischuhæ, filii Pinchasi, filii Elhazaris, filii Aharonis Sacerdotis primarii,

c Gr. cui man.

[3] sic legendũ vel auctore invito, ut ostendit Græcus.

3 Hezra ergo ascendit è Babylonia (erat autem legisperitus promtus in lege Moschis, quã dederat Jehova Deus Jisraelis,

4 Quum dedisset ei Rex gloriosè atq; munificè omne desiderium ejus; tantam cõsequutus erat gratiam in conspectũ ejus:

5 Et ascenderunt cum ipso ex Jisraelitis, Sacerdotibusq;, & Levitis sacris cantoribus templi, ostiariisque & Nethinæis Jeruschalaima.

6 Anno septimo regni Artaxerxis, mense quinto, egressi è Babylonia primo die mensis,

7 Pervenerunt Jeruschalaima ipso auctore, prout Dominus iter ipsorum prosperavit.

8 Nam Hezra maximo studio attendebat ne prætermitteret quicquam eorum quæ sunt ex Lege Domini, docendo Jisraelem justitiam ac judicium omne.

9 Ascendentibus autem, actuarii Artaxerxis Regis dederunt scriptum ab Artaxerxe Rege concessum Hezræ Sacerdoti legisperito, cujus exemplum subjectum est.

10 Rex Artaxerxes Hezræ Sacerdoti perito legis Domini, salutem.

11 Humanius ego judicans benefacere, precipio eis qui sponte voluerint ex gente Jehudæorum & ex Sacerdotibus ac Levitis qui sunt in regno meo, comitari te Jeruschalaima.

12 Si qui ergo volent ire tecum, ut cõgressi proficiscantur ex placito meo & intimorum septem consiliariorum meorum;

13 Ut revisentes quæ aguntur in Jehudæa & Jeruschalaimis observent ea ex Lege Domini *quam habes ad manum*;

14 Deferantq; munera Domino Deo Jisraelis, quæ vovimus ego & consiliarii Jeruschalaima, cum omni auro & argento quod inventum fuerit in regione Babyloniæ esse Domini habitantis Jeruschalaimis;

15 Ut aurum & argentum quod donatum fuerit ab ipsa gente in templum Domini ipsorum quod est Jeruschalaimis, collectum expendatur in juvencos, arietes, agnos, hœdosque & quæ his conjuncta sunt,

16 Ut offerantur hostiæ Domino super altare Domini ipsorum Jeruschalaimis.

17 Quæcumque autem volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, pro voluntate tua ex præcepto Dei vestri facitote:

18 Et sacrosancta vasa quæ data sunt tibi ad ministerium domus Dei tui reddens Jeruschalaimis,

19 Cætera quæ tibi obvenerint necessaria domui Dei tui dato de ærario Regis.

20 a *Quæ volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, fac secundum voluntatẽ Domini.*

21 Ego quoq; rex Artaxerxes mando quæstoribus ærarii qui sunt trans flumen, ut quicquid rescripserit Hezra Sacerdos peritus legis Dei altissimi, diligenter detur ei usq; ad argenti talenta centum,

22 Et similiter ad frumenti coros centum, & vini bathos centum, *totidémque olei, & salis quod abundet ei sine taxatione.*

23 Aliaque omnia secundùm legem Dei fiant Deo altissimo, ne fortè effervescat ira in regnum Regis, & filiorum ejus.

24 Vobis autem indicitur, ut omnibus Sacerdotibus & Levitis, & sacris cantoribus, Nethinæisque, & administris templi hujus,

25 Nullum tributum neq; *b* indictio irrogetur, nec possit ullus imponere eis quicquam.

26 Tu autem Hezra pro sapientia Dei constitue judices & arbitros trans flumen omneis scientes legis Dei, & omnes qui legem Dei tui non noverunt doce,

27 Ut quicumq; transgressi fuerint legem diligenter plectantur, sive morte, sive cruciatu, sive pecuniæ multatione, sive exilio.

28 Et dixit Hezra legisperitus, Benedictus Deus solus majorum nostrorum, qui indidit voluntatem hanc animo Regis, ornandi domum Jehovæ quæ est Jeruschalaimis,

29 Et me honore affecit coram rege, consiliariisq; ejus, & amicis omnibus, & principibus potentibus ejus.

30 Ego itaq; confirmatus animo, prout adfuit mihi Jehova Deus meus, congregavi ex Jisraele viros qui ascenderunt mecum.

31 ‖ Hi autem sunt primores paternarũ familiarum, & gentis suæ, qui mecum ascenderũt regnante Artaxerxe è Babylonia. ‖ Hezra. 8. 2.

32 E posteris Pinchasi, Gerschon; è posteris Ithamaris, Danijel; è posteris Davidis, Chattusch;

33 E posteris Schecanjæ, è natis Parhoschi, Zecarja; & cum eo reversi sunt viri centum quinquaginta:

34 E posteris Pachath-moabi, Eljohenai; & cum ipso viri ducenti:

35 E posteris Schecanjæ, filius Jachazielis; & cum ipso trecenti viri:

36 E posteris Hadinis, Hebed filius Jonathanis; & cum ipso quinquaginta viri:

37 Et è posteris Schephatjæ, Zebadja filius Michaëlis; & cum ipso octoginta viri:

38 E posteris Joabi, Hobadja filius Jechielis; & cum eo ducenti octodecim viri:

39 Ex posteris Schelomithi, filius Josiphjæ, & cum eo centum sexaginta viri:

40 Ex posteris Bebai, Zecarja filius Bebai; & cum ipso viri viginti octo:

41 Ex posteris Hazgadis, Jochanan filius Katanis; & cum ipso viri centum decem:

42 Ex posteris Adonikami posterioribus, quorũ hæc nomina Eliphelet, Jehiel, & Schemahja; & cum eis sexaginta viri: denique è posteris Bigvai, Huthai & Zabbud; & cum eis septuaginta viri:

43 Quum autem congregassem eos ad fluvium *c* Ahavæ, metati sumus illic triduo, & recognovi eos:

44 Sed [1] ex filiis Sacerdotum & Levitarum neminem inveni illic.

45 Quapropter amandavi Elihezerem, Arielem, Schemahjam, Elnathanem, Jaribum, & Elnathanem, Nathanémque, & Zecarjam, ac Meschullamum primores, Jojaribum quoque & Elnathanem doctores;

46 Et dedi mandata eis ad Iddonem qui erat in *d* Casiphja loco,

47 Jubens eos dicere Iddoni, *e* Achivo, & Nethinæis qui erant in Casiphja loco, ut mitterent nobis qui ministerio fungerẽtur in domo Jehovæ Dei nostri.

48 Qui adduxerunt nobis, prout manus Dei nostri valida adfuit nobis, viros intelligentes è posteris Machli filii Levi, filii Jisraelis, Scherebjam cum filiis ejus & cognatis ejus octodecim;

49 Chaschabjam & Jeschahjam è posteris Merari, cognatos ejus & filios eorum viginti;

50 Ex Nethinæis autẽ quos dederat David & principes ministerio Levitarum Nethinæos ducentos viginti, quorũ omnium nomina scripto expressa sunt.

51 Tum

a *Hic ℣. non est in Græ. & convenit cum ℣. 27.*

b *Græ. ἐπιβολὴ mendose pro ἐπιβολὴ.*

c *Græ. qui vocatur Thera. sic ℣. 62.*

[1] Hoc falsum: nam sequentes erant sacerdotes, sed Levita nullus.

d *Græ. loco Gazophylacii.*

e *Gr. & fratribus ejus.*

51 Tum proclamavi illic jejunium, *f* ut affligentes nos in conspectu Dei quæreremus ab eo bonum iter pro nobis & comitibus nostris, filiisq; & pecoribus *propter insidias*:

f Græ. additur ἐν ἐνιαυτοῖς: nam pro jejunium, legerat interpres, juvenum.

52 Nam pudebat me petere à Rege pedites & equites ad comitatum, ut tuerentur nos contra adversarios nostros:

53 Quia dixeramus Regi, virtutem Domini quærentibus ipsum ex toto animo, adfuturam ad omne opus bonum.

54 Sic igitur deprecati Dominum Deum nostrum, eum exoravimus, *& compotes facti sumus à Deo nostro.*

55 Et separavi è principibus Sacerdotum viros duodecim: & Scherebjam Chaschabjamq;, & cum eis ex cognatis eorum viros *g* decem;

g Græ. duodecim.

56 Quibus appendi aurum & argentum & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donaverat Rex & consiliarii ejus, principesq; & omnes Jisraelitæ;

57 Appensaque tradidi eis talenta argenti sexcenta quinquaginta, vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum,

58 Et crateres aureos viginti, & vasa ex aurichalco præstante duo, *h* speciosa ut aurum.

h Gr. χρύσου δύο.

59 Et dixi eis, & vos sancti estis Jehovæ, & vasa hæc sancta, etiam aurum & argentum votivum est Domino Deo Patrum nostrorum:

60 *i* Sedulò custodite donec expendatis ea principibus Sacerdotum Levitarumq;, & principibus paternarum familiarum Jisraelis Jeruschalaimis in cellis domus Dei nostri.

i Græ. vigilate & servate.

61 Itaque susceperunt Sacerdotes & Levitæ aurum illud, argentum, & vasa inferenda Jeruschalaima in templum Domini.

62 Tunc promovimus à flumine Ahavæ die duodecimo mensis primi, venimusque Jeruschalaima:

63 Ubi postquam consedissemus triduo, die quarto expensum est aurum & argentum in domo Jehovæ Dei nostri Meremotho filio Urijæ Sacerdoti,

64 Et collegæ ipsius Eliazari filio Pinchasi, quibuscum erant Jozabad filius Jeschuhæ, & Nohadja filius Binnui Levitæ; ex numero & ex pondere universa:

65 Et scriptū est pondus ipsorum eadē hora.

66 Qui autem venerunt ex captivitate, obtulerunt holocausta Domino Deo Jisraelis, juvencos duodecim pro toto Jisraele, arietes nonaginta sex,

67 Agnos septuaginta septem, & hircos pro peccato duodecim, omnia in sacrificium Domino:

68 Et legenda tradiderunt edicta Regis Satrapis regiis procuratoribus, & principib. trans flumen, qui honore affecerunt gentem & templum Domini.

‖ Hezra 9.

69 ‖ His autē consummatis accesserūt ad me principes dicendo, nō separaverūt se gens Jisraelitarum, & Principes, & Sacerdotes, & Levitæ,

70 Ab alienigenis gentibus & nationibus terræ; immunditias suas à Cenahanæis, Chitthæis, Perizzæis, Jebusæis, Moabitis, Ægyptiis, & Edomæis habent:

71 Conjugati enim sunt filiabus eorum ipsi & filii ipsorum, & mistum est semen sanctum alienis gentibus: etiam participes sunt principes & antistites iniquitatis istius à principio.

72 Ut audivi ista, conscidi vestem & palliū meum, & vellens de capillis capitis mei & barbæ sedi dolens & mœstus.

73 Et convenerunt ad me quicumque movebantur verbo Domini Dei Jisraelis, lugentem propter iniquitatem istam, & sedebam tristis vsque ad tempus sacrificii vespertini.

74 Tunc consurgens à jejunio conscissa veste & pallio, & flectens genua extendi manus ad Dominum;

75 Dicens, Domine confusus sum, & pudet me comparere ante faciem tuam:

76 Nam peccata nostra multiplicata sunt supra capita nostra, & iniquitates nostræ altæ sunt in cælum usque,

77 Quo modo à temporib. majorū nostrorum sumus in reatu magno, usq; in diem hunc.

78 Itaq; propter peccata nostra majorumque nostrorū fuimus traditi cum fratribus nostris, Reges nostri, & Sacerdotes nostri Regibus terræ, gladio, captivitati, & prædæ, ac confusioni usque in hodiernum diem.

79 At nunc quando contingit nobis misericordia abs te, Domine Deus, relinquente nobis radicem & nomen in loco sanctitatis tuæ;

80 Detegente lumen nostrū in domo Domini Dei nostri, dante nobis cibum in tempore servitutis nostræ;

81 Quum serviremus, non derelinquente nos Domino Deo nostro; sed constituente nos in gratia, & disponente ut nobis reges Persidis dent cibum,

82 Ut extollamus templum Domini Dei nostri, & instauremus vastitates Tzijonis; denique dante nobis stabilitatem in Jehudæa & Jeruschalaimis:

83 Nunc inquam, quid dicemus Domine, habentes hæc? transgressi enim sumus præcepta tua quæ dederas manu servorum tuorum Prophetarum, dicens,

84 Terra quam ingressuri estis ad possidendum hereditatem ejus, terra polluta est coinquinationibus populorum ipsius, quorum immunditiis repleta est, tota immunditia sua.

85 Nunc ergo filias vestras ne jungite filiis eorum, & filias eorum ne accipite filiis vestris:

86 Nec quærite pacem habere cum illis unquam, ut invalescentes comedatis fructus optimos terræ, & hereditatem distribuatis filiis vestris usque in seculum.

87 Postquam igitur quæ contigerunt nobis, omnia fuerunt propter opera nostra pessima & maxima peccata nostra; Tu enim, Domine, allevans peccata nostra dedisti nobis *k* tale residuum;

k Græ. talem radicem.

88 An rursus aversi transgrederemur iura tua, & commisceremur immunditiæ alienigenarum & gentium terræ hujus?

89 Nonne iratus nobis perderes nos, donec non relinqueretur radix & nomen nostrum?

90 Jehova Deus Jisraelis *l* justus esses: sed derelicta est radix usq; in hodiernum diem.

l Gr. verax es: nam derelicti sumus ra.

91 Ecce, nunc sumus coram te in reatib. nostris, quamvis non sit standum coram te in eis.

92 ‖ Quum autem oraret Hezra, & confiteretur flens ac prostratus ante templū, congregati sunt ad eum Jeruschalaimis turba magna valde, viri & mulieres, juvenesq;, & juvenculæ: & fletus erat magnus in ipsa multitudine.

‖ Hezra 10.

93 Exclamantique Hezræ dixit Schecanja filius Jechielis è posteris Helami; Hezra, nos in Dominum peccavimus, quòd duximus mulieres alienigenas ex gentibus terræ.

94 Nunc verò *m* spes est toti Jisraeli: hîc ergo detur jusjurandum Domino nos expulsuros

m Græc. ἰσχὺς ἐστὶ τῷ Ἰσρ. stat toti Jisr.

omnes uxores nostras quæ sunt ex alienigenis cum natis earum.

95 Sicut tibi præceptum est à majoribus ex lege Domini, surgens explica:

96 Tibi enim hæc res incumbit, nos verò aderimus tibi: viriliter fac.

97 Itaq; exsurgens Hezra adjuravit principes Sacerdotum, Levitas, & totum Jisraelem, ut facerent secundùm rem hanc: cui juraverunt.

CAPUT IX.

‖ Nehem. 10. 1 ‖ POstea surgens Hezra ab anteriore parte templi abiit in cellam Jochananis filii Eljaschibi:

2 Ubi diversatus non gustavit cibum, nec aquam bibit, lugēs propter iniquitates magnas multitudinis.

3 Et promulgatum est in tota Jehudæa & Jeruschalaimis, omnib. qui reversi erant ex captivitate, ut congregarentur Jeruschalaima:

4 Quicumq; verò non venturus esset biduo vel triduo ex consilio principum ac seniorum, ejus facultates omneis cōsecratum iri, ipsum verò separatum iri à congregatione deportata.

5 Ita congregati sunt omnes tribules Jehudæ & Binjaminis triduo Jeruschalaima, mense nono, die vicesimo mensis;

6 Et consedit totus populus in area templi trementes propter præsentem hyemem.

7 Tunc exsurgens Hezra dixit illis, vos iniquè fecistis quòd duxistis uxores alienigenas, superaddentes reatui Jisraelis.

8 Nunc ergo cedite cōfessionem & magnificentiam Jehovæ Deo majorum nostrorum,

9 Et perficiētes voluntatem ipsius discedite à gentibus terræ & ab uxoribus alienigenis.

10 Cui exclamans omnis multitudo dixerunt voce magna, sicut dixisti faciemus.

11 Sed quoniā multitudo magna est, & tempus hibernum, nec possumus sub dio stare; hoc autem opus non est unius diei nobis neque bidui, quia plurimi in hac re peccavimus:

12 Stent principes multitudinis, & omnes qui inter nos habitant quicumq; habent vxores apud se alienigenas,

13 Sistent se præfinito tempore cum senioribus & judicibus uniuscujusque loci, usq; dum solverint iram Domini ex negotio hoc:

14 Tantùm Jonathan filius Hasaelis, & Jachzeja filius Thikvę susceperunt istud: Meschullā verò & Schabbethai Levitæ adjuverunt illos:

15 Feceruntq; secundùm omnia hæc reduces ex captivitate.

16 Nā electi viri Hezra Sacerdos, & primarii paternarum familiarum in familias paternas suas nominibus expressi, sederunt à die primo mensis decimi, ut examinarent negotium istud;

17 Et perductum est ad finem *negotium* de viris habentibus uxores alienigenas usque ad diem primum mensis primi.

18 Et inventi sunt ex Sacerdotibus permisti qui habebant uxores alienigenas;

19 E filiis Jeschuhæ filii Jehotzadaki & cognatis ejus, Mahaseja, & Ehhezer, & Jarib, & Gedalja.

20 Qui adhibentes manus expulerunt uxores suas, litando ex grege arietem pro reatu suo:

21 Item è posteris Immeris, Chanani, & Zebadja; & è posteris Charimi, Mahaseja, Elija, & Schemahja, & Jechiel, & Huzzija:

22 Et è posteris Paschchuris, Eljohenai, Mahaseja, Jischmahel, Nethaneel, Jozabad, & Ehasa.

23 Itē ex Levitis, Jozabad, & Schimhi, & Kelaja q idē Kelita, Petachja, Jehuda, & Elihezer:

24 Et è musicis, Eljaschib;

25 Et ex ostiariis, Schallū, & Telem, & Uri.

26 De Jisraelitis verò; è posteris Parhoschi, Ramja, & Jezija, & Malcija, & Mijamin, & Elhazar, & Malcija, & Benaja:

27 Itē è posteris Helami, Matthanja, Zecarja, & Jechiel, & Habdi, & Jeremoth, & Elija:

28 Item è posteris Zatthu, Eljohenai, Eljaschib, Matthanja, & Jeremoth, & Zabad, & Haziza:

29 Et è posteris Bebai, Jochanan, Chananja, Zabbai, & Hathlai:

30 Et è posteris Bani, Meschullam, Malluc, & Hadaja, Jaschub, Scheal, & Ramoth:

31 Item è posteris Pachath-moabi, ex Hadna & Celale, Benaja, Mahaseja, Matthanja, Betzaleel, & Binnui, ac Menasche:

32 Item è posteris Charimi, Elihezer, Jischija, Malcija, Schemahja, Schimhon, Binjamin; & Malluc, & Schemarja:

33 Et è posteris Chaschumi, Matthenai, Matthattha, Zebad, Eliphelet, Jeremai, Menasche, & Schimhi:

34 Item è posteris Bani, Mahadai, Hamrā, & Uel, Benaja, Bedeja, Celuhu, Vanja, Meremoth, Eljaschib, Matthanja, Matthenai, & Jahasau, & Bani, & Binnui, & Schimhi, & Schelemja, & Nathan, & Hadaja, Mabnadbai, Schaschai, Scharai, Hazareel, Schelemja, Schemarja, Schallum, Amarja, & Joseph:

35 Et è Nebuntinis, Jehiel, Matthithja, Zabad, Zebina, Jaddau, Joel, & Benaja.

36 Omnes isti duxerunt uxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis.

37 ‖ Ita habitaverunt Sacerdotes & Levitæ ‖ Nehem. 8. & Jisraelitæ Jeruschalaimis atque in regione tota: novilunio autem mensis septimi dum erant Jisraelitæ in commorationibus suis,

38 Congregata est tota multitudo simul in aream quæ est ab Oriente portæ sacræ:

39 Et dixerunt Hezræ legisperito ut afferret legem Moschis traditam à Domino Deo Jisraelis.

40 Tum afferens Hezra Sacerdos legem coram tota multitudine eorum, tam virorum quàm mulierum, & omnibus valentibus intelligere legem, novilunio mensis septimi;

41 Legit in area quæ est ante portam sacrā templi à prima luce usque ad meridiem, coram viris & mulieribus omnibus attendentibus ad Legem.

42 Stabat autem Hezra legisperitus in suggestu ligneo qui fabricatus fuerat,

43 Adstantibus ei Matthithja, & Schemahho, Hanaja, Urija, Chilkija, & Mahaseja ad dexteram;

44 Ad sinistram verò Pedaja, & Mischaele, Malcija, Chaschuino, Chaschabaddana, Zecarja, & Meschullamo;

45 Quum sumeret Hezra librum coram tota multitudine, præsidens è superiore loco in conspectu omnium.

46 Deinde postquā absolvisset legem omnibus stantibus; benedixit Hezra Jehovæ Deo maximo, Deo exercituum omnipotenti,

47 Et respondit omnis populus, amen; elatisq; sursum manibus procidentes in terram adoraverunt Dominum.

48 Jeschuahi quoq; & Bani, & Scherebja, Jamin, Hakkub, Schabbethai, Hodija, Mahaseja,

ja, Kelita, Hazarja, Jozabad, Chanan, Pelaja, & alii Levitæ,

49 Docebant legem Domini in multitudine, legentes legem Domini, & proponebāt singuli ea quibus lectio intelligeretur,

50 Deinde loquutus legatus regis cum Hezrà Sacerdote legisperito ac Levitis docentibus populum dixit, dies hic sanctus est Domino (flebant enim omnes quum audivissent Legem)

51 Et dixit Hezra, digressi ergo comedite pinguissima quæq;, & bibite dulcia, ac mittite munera iis qui non habent,

52 (Sanctus enim est hic dies Domino) & nolite mœsti esse; nam Dominus gaudio afficit vos.

53 Levitæ quoque denunciarunt palàm omnibus dicentes, dies hic sanctus est, nolite mœsti esse:

54 Et abiverunt omnes ad comedendum & ad bibendum epulandumque, & mittendum munera iis qui non habebant ut epularentur, & magnificè lætati sunt de verbis quæ edocti fuerant.

55 Et congregati [2] omnes Jeruschalaimis celebrarunt lætitiam secundùm dispositionem Domini Dei Jisraelis.

[2] Hæc à Græco absunt, ut est corruptissimus.

HEZRÆ.

APOCRYPHUS LIBER SECUNdus, qui vulgo quartus appellatur.

Hic liber generis est prophetici, continens objurgationes populi immorigeri, & promissiones Ecclesiæ gloriosæ per doctrinam Euangelii comparandæ Christo: deinde verò visiones mirificas subnectens ad concionis suæ illustrationem ostendit malorum quæ Jehudæos opprimebant causas, venturorum signa, & formas usque ad instaurationem Ecclesiæ per Christum auctorem boni in suos & mali in adversarios: atq; ab exspectatione illius pios & fideles animos consolatur.

Caput I.

1 [1] Liber [2] Hezræ prophetæ [3] secundus, filii Serajæ, filii Hazarjæ, filii Chilkijæ, filii Schallumi, filii Tzadoki, filii Achitubi,

2 Filii Amarjæ, filii Hazarjæ, filii Merajothi, filii Zerachjæ, filii Huzzi, filii Bukki, filii Abischuhæ, filii Pinchasi, filii Elhazaris,

3 Filii Aharonis ex tribu Levi; qui fuit deportatus in regione Medorum, regno Artaxerxis Regis Persarum.

4 [4] Fuit igitur verbum [5] Domini ad me, [6] dicendo,

5 Abiens renuncia populo meo facinora ipsorum, & ipsorum filiis iniquitates quas admiserunt in me, ut renuncient posteris,

6 Peccata majorum aucta in ipsis esse: [7] qui obliti mei sacrificaverunt diis alienis.

7 Nónne ego eduxi eos è terra Ægypti, è domo servitutis? ipsi autem irritaverunt me, & consilia mea spreverunt.

8 [8] Tu itaque excute comam capitis tui, & [9] projice omnia mala super ipsos: quoniam non obediverunt legi meæ, etiamque populus iste disciplinam non accipit.

9 [10] Quousq; tandem tolerarem istos, quibus tanta contuli beneficia?

10 Reges multos propter eos subverti; Parhonem cum servis ejus & omnem exercitum ejus percussi:

11 [11] Omnes gentes à facie eorum perdidi [12] in Oriente, provinciarum duarum: [13] populos Tyrum & Tzidonem usq; dissipavi, & omneis adversarios eorum interfeci.

12 [14] Tu ergo alloquere istos dicens, Hæc dicit Dominus,

13 ‖ Ego vos per mare traduxi; & [15] plateas vobis jam olim munitas effeci; ducem vobis dedi Moschen, & Aharonem Sacerdotem;

14 Lucem vobis columna ignis exhibui, & maxima miracula feci in vobis: vos autem mei obliti estis, ait Dominus.

15 ‖ Hæc ait Dominus exercituum, Coturnix vobis signo fuit, [16] castris vestris ut præsidiū circumdedi eam, quum illic murmuraretis,

16 Ac non triumpharetis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum; sed nunc adhuc etiam murmuratis.

17 Et ubi sunt beneficia quæ præstiti vobis? nónne in deserto esurientes inclamavistis me,

18 Dicendo, quare in desertū istud adduxisti nos? ut morte afficeres nos? præstitisset nos servire Ægyptiis quàm mori in deserto hoc:

19 ‖ Et condolens gemitibus vestris dedi vobis man in escam, panem Angelorum manducastis.

20 ‖ Nónne quum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ ad saturitatem? propter æstus *ut* foliis arborum [17] obtexi vos?

21 Divisi vobis regiones opimas; Cenaïanæos, & Perizzæos, ac Pelischthæos à facie vestra projeci, quid faciam vobis ampliùs? ait Dominus.

22 ‖ Hæc ait Dominus omnipotens, in deserto quum essetis [18] ad fontes amaros, sitientes & blasphemantes nomen meum,

[1] Hi tres versus primi generalem totius libri inscriptionem cōtinent: reliqua pars hujus capitis cū seq. ca. unam continet propheriā: quam obrem duo hæc capita visum est cōjungere.

[2] ex unguib. leonem, ut vulgo dici solet. nā quod inter Hezram Propherā & Sacerdotem quibusdā visum est distinguere. est insanissimum: quid enim aliud clamat generis recēsio quàm hūc eumdem Sacerdotem esse? Verùm quisquis fuerit hic Pseudohezras, profectò sui generis oblitus est quum ista scriberet. Quid enim sibi volunt illa quæ vulgata lectio habet in principio versus 2. filii Achijæ, filii Pinchasi, filii Heli? Atqui hoc non dixit authenticus Hezra atque ἀνίδρυτος cap. 7. Præterea quis nescit Helin, Pinchasum, & Achijam non esse de gente Elhazaris, sed Ithamaris procreatos? Quis verò huic libro tantam fidem deinceps arroget, qui in ipsa fronte nævos tam infames, & in re tam evidente mendacia tam puerilia (ne quid gravius dicam) animadverterit? Quisquis es qui hunc librum legis, sume auctoritatem probandi atque judicandi sermones ejus: non enim obstringit fidem tuam illius auctoritas, si qua est in tam crassis erroribus. Ego verò à lectore peto, ne ægrè ferat si mutationum singularum (multa enim hic fuerunt permutanda ut res conformarentur aliquo pacto veritati) causas minutatim non attulerimus. quæ res infiniti laboris & temporis fuisset, neq; verò utilitatem permagnam effecisset: nam ipsæ mutationes pio lectori se probaturæ sunt qui adhibuerit aliquid judicii & diligentiæ.

[3] Priorem qui volet quærere, laterem lavaverit: nàm primum illum, authenticum Hezræ librum, longè posteà fuisse scriptum ostendit capitis tertii ἐπιγραφή: proximè præcedentem eadem ratio commonstrat non esse habendū in isto numero. Nisi fortè secundum dicas posuisse interpretem pro Hebræa voce quæ posteriorem sonat, ut hoc nomine intelligas res posteriores, hoc est pòst venturas, hoc libro explicari.

[4] Prophetia hæc duorum capitum, membra duo continet: prius est de Synagogæ veteris abdicatione, usq; ad vers. 38. posterius, de Ecclesiæ Christianæ vocatione & constitutione gloriosa, ad finem usq; cap. 2. In priore membro inest consultatio quædam Christi cum Propheta πρωλογικῶς, usq; ad vers. 12. deinde prædicationis forma, vers. reliquis.

[5] Jesu Christi, qui sermo & sapientia est Dei Patris æterna, verus Deus verus homo: quamobrem Deum appellat Patrem, infrà 2. 5. & Hezram fratrem, vers. 38. hujus cap. & alibi sæpe. [6] hæc consultatio, ac potius προδιεραστία sequentis prædicationis continet primùm sententiæ summam in peccatorum exprobratione & judicii denunciatione positam, versibus 4. deinde confirmationem, 3. reliquis. [7] nempe majores multum, hi verò plurimùm: quamobrem posteris suis renunciantes debent testatam facere justitiam Dei. [8] denunciatio Judicii primùm typica (cujusmodi habetur Jechezk. 5.) deinde aperta & nuda.

[9] verbo, i. projectum in denūcia: vide Jerem. 1. 10.

[10] cōfirmatio, ut diximus in vers. 4.

[11] hūc versum ita restituimus ex veritate historiæ.

[12] trās Jardenem, provinciarū quas Sichon Rex Emoræorū & Hog rex Baschanis obtinebant.

[13] i. Cenaïanæos, usq; ad Tyri & Tzidonis terminos.

[14] hæc prædicatio primū contestatur peccata, usq; ad ℣. 24. deinde sententiam fert verbis & auctoritate Dei, reliquis vers.

‖ *Exod.* 12.

[15] nempe in mari discedente.

‖ *Exod.* 16.

[16] hāc veram esse intelligentiam cōfido agnituros omneis qui ad historiam Moschis animū propiùs adverterint: Sed de hac mutatione & sequentib. omnibus facilè, tacēte me, periti & pii lectores judicabunt.

‖ *Psal.* 78. 25.

‖ *Exod.* 17. *Num.* 20.

[17] diurna nube tamquam si trichilas umbrasve è foliis cōstruxissem vobis.

[18] in flumine Amorrhæo, inquit vulgata. Ego verò affirmo corruptum esse, Amoræo pro amaro. Consulatur Mosche.

23 Non ignem vobis immisi pro blasphemiis, sed mittens lignum in aquam dulces feci fontes.

24 [19] Quid tibi faciam, Jahakob? noluisti obedire Jehuda: transferam me ad alias gentes, & exponam eis nomen meum, ut custodiant statuta mea.

25 Quoniam me dereliquistis, ego quoq; vos derelinquam: quando petetis à me misericordiam, non miserebor:

26 Quando invocabitis me, ego nõ exaudiam vos: maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri excurrunt impigrè ad committenda homicidia.

27 Non me planè dereliquistis, sed vos ipsos, ait Dominus.

28 Hæc dicit Dominus omnipotens, nónne ego vos rogavi, agés ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix parvulos suos,

29 Ut essetis mihi populus, & ego vobis Deus; essetísq; mihi filii, & ego vobis pater?

30 Ita vos collegi ut Gallina pullos suos sub alas suas: modò autem quid facerẽ vobis? projiciam vos à facie mea.

31 Oblationẽ quum attulerîtis mihi, avertam faciem meam à vobis: dies enim festos vestros, & neomenias, & circũcisiones repudiavi.

32 Ego misi servos meos Prophetas ad vos; quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum: sanguinẽ eorum reposcam, ait Dominus.

33 Hæc dicit Dominus omnipotens, domus vestra deserta est: projiciam vos ut ventus stipulam,

34 Et filii non procreabũt, quoniam mandatum meum neglexerunt, & fecerunt quod malum videtur in oculis meis.

35 Tradam domos vestras populo venturo, [20] qui quum me non audiverint, credẽt; qui quum signa non ostendero ipsis, facient præcepta mea;

36 Qui quum Prophetas non viderint, recordabuntur iniquitates suas.

37 Testor populi venturi gratiã, cujus parvuli exsultabunt lætitia, me quidẽ non videntes oculis carnis, sed spiritu credẽtes quæ dixi.

38 [21] Nunc verò frater aspice quæ gloria, & vide populum advenientem [22] ab ortu;

39 (Quibus laturus sum principatũ Abrahami, Jitzchaki, & Jahakobi, & Hoschelæ, & Hamosi, & Micę, & Joelis, & Hobadję, & Jonæ,

40 Et Nachumi, & Chahbakuki, Tzephanjæ, Chaggai, Zecarjæ & Maleaci) [23] & eũ qui Angelus Domini vocatus est.

[19] sententia reprobationis, ut diximus in ℣. 12. πρεσβύτερον πρόσωπον exponit vocationẽ gentiũ, hoc vers. & rejectionẽ Jehudæorũ, 3. sequẽtibus: quamobrem posteà utrũque correcto ordine exornatur; rejectio usque ad versum 35. vocatio verò gentium, ℣. 35. & duobus sequentibus.

[20] elegãs descriptio populi fideliũ voluntarii, ut appellatur Psal. 110. 3. & apud Jeschahjam passim.

[21] transitio ad secundã partem Prophetiæ per visum ex abrupto oblatum Hezræ.

[22] nẽpe solis: q.d. qui populus inde à diluculo accurrit ad me: hæc enim verba nõ ad locum (ut interpretatur vulgus) sed ad tẽpus circũscribendũ pertinent. & notandam filiorum Dei diligentiam.

[23] i. Joannem Baptistã, qui præit ante faciem Domini & prælucet Ecclesiæ ejus. Sic potest defendi Hezra, ac potiùs mẽdacium ejus ad veritatem revocari, quã pius quisque huic Hezræ debet antepone re.

CAPUT II.

1 [1] HÆc dicit Dominus, ego [2] eduxerã populum istũ de servitute, eísq; mandata dederam per servos meos Prophetas: quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt consilia mea.

2 [3] Mater quæ istos genuit dicit eis, abite filii, nam ego vidua & [4] derelicta sum.

3 Educaveram vos cum lætitia; sed amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & fecistis quod malum videtur in oculis ejus.

4 Modò autem quid facerẽ vobis? ego vidua sum & derelicta: abite filii & petite à Domino misericordiam.

5 [5] Ego verò te, pater, testem invoco in matrem filiorũ istorum qui noluerunt testamentum meum servare,

6 Ut exponas eos confusioni, matrémque eorum direptioni, ne progenies sit eis,

7 Dispergantur in gentes, nomina eorum deleantur è terra, quoniam spreverunt [6] sacramentum jurisjurandi mei,

8 Væ tibi Aschur, qui abscõdis iniquos penes te: ô gens improba, recordare quid fecerim Sedomo & Hamoræ,

9 Quorum ager jacet, piceis glebis & aggesto cinere: sic efficiam eos qui mihi nõ auscultarunt, inquit Dominus omnipotens.

10 [7] Hæc edicit Dominus Hezræ, Indica populo huic meo me daturum ipsis regnũ Jeruschalaimorum quod daturus fuerã Jisraeli,

11 Recepturum ad me gloriam [9] illorum, & daturum his tabernacula æterna quæ præparaveram illis;

12 Lignum vitæ fore his, unguentum odoratissimum, hos neq; labori neque fatigationi infestos fore.

13 Pergite ut accipiatis: rogate pro vobis, ut dies paucos [10] morentur: jam paratum est regnum, vigilate.

14 Testare cælum & terram, cõtrivi enim malum & creavi bonum, ut vivo ego, ait Dominus.

15 Mater, amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia sicut columba, confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus.

16 Et excitans mortuos de locis suis, è monumentis educam illos: quoniam agnovi nomen tuum, Jisrael.

17 Ne timeas, o filiorum istorum mater; quoniam te elegi, dicit Dominus.

18 Mittam tibi adjutores servos meos Jeschahjam & Jirmeiam; & [11] quorum consilium sanctificavi ac paravi tibi, *ut* arbores duodecim gravidas variis fructibus,

19 Et totidem fontes fluẽtes lacte & melle, ac montes ingentes septem abundantes rosa & lilio; quibus gaudio explebo filios tuos.

20 Viduam absolve, pupilli causam age, egenti da. orphanum tuere, nudum vesti,

21 Confractum & debilem cura, claudum ne deride, defende mancum, & cæcum ad videndum claram lucem meam adhibe,

22 Senem & puerũ intra muros tuos serva,

23 Mortuos ubi inveneris, involvens commenda sepulcro: & dabo tibi [12] primam sedem in resurrectione mea.

24 Contine te & quiesce populi mi, nam requies tua adventura est.

25 Nutrix bona, nutri filios tuos, confirma pedes eorum,

26 Puerorum quos dedi tibi nemo intereat; eos enim ego reposcam de manu tua:

27 Sed ne defatigeris: nam quum advenerit dies oppressionis & angustiæ, plorabunt & mœrebunt alii, tu autem hilaris & gaudiis copiosa eris.

28 Invidebunt gentes, sed nihil adversus te poterunt, inquit Dominus.

29 Manus meæ protegent te, ne filii tui tormenta experiantur.

30 Hilaris esto mater cum filiis tuis, nam ego eripiam te, dicit Dominus.

31 Filio-

[1] Secunda hæc prophetia (ad quam transitio facta est ℣. 38. capitis præcedentis) similiter duobus membris continetur: primũ enim ponitur quædam narratio à Christo προθεραπευτικὴ, usque ad ℣. 10. deinde prædicatio, ad finem usque cap. Narratione exponit Christus verba Dei Patris expostulantis de Synagoga, ℣. 1. verba Ecclesiæ filios lugentis & revocantis ad Deum, 3. versibus: ac postremò verba Christi cum patre agentis de reprobatione Synagogæ, & flagellatione eorum qui ipsam recepturi essent, ℣. quinque.

[2] i. egeram ut pater cum filiis, &c. quæ dixit supra 1. 28. & seq. sed illi me non agnoverunt patrem.

[3] Ecclesia quæ istos genuerat semine incorrupto verbi, ut viverẽt Deo expostulat autem cum illis, duobus vers. & eos admonet, vers. 4.

[4] à Deo, spiritali conjuge.

[5] verba Christi, qui ut sapientia æterna Patris statuit quid sit porrò rebus ita constituis, Synagoga & filiis ejus faciendũ, tribus vers. & quid illius defensoribus, ver. 8. & 9.

[6] de quo Exodi 24.

[7] prædicatio hæc tria in universum cõplectitur, promissionem Ecclesiæ Christianæ, tribus vers. propositionem documẽtorum ad Ecclesiam & liberos illius pertinentium, à vers. 13. ad vers. 38. & cõfirmationem, reliquis.

[8] advenienti, de quo suprà 1. 38. & seq.

[9] Jisraelitarũ, & totius veteris Synagogæ.

[10] bona illa promissa, quasi dicat, ut brevi illa consequamini. Pertinent autem ad filios hortationes ℣. ad matrem verò hortationes ℣. 15. cum promissione ℣. 16. quæ duo posita προλαμπικῶς sequentibus exornantur: hortatio usq; ad ℣. 30. promissio verò sequentibus.

[11] i. Prophetas duodecim quorum posuit nomina sup. 1. 39. & 40. Hæc autẽ sic restituimus, ut locũ efficeremus simplicissimũ.

[12] i. regnum, de quo sup. ℣. 10.

[13] quod gehennã vulgata lectio habet, hoc certè libri novitatem omnino arguit: nã hæc vox in toto vetere Testamento hac significatione minimè legitur.

31 Filiorum tuorum qui dormiunt recordare, quoniam ego eos educturus sum è lateribus terræ & misericordiam facturus eis, quia misericors sum, ait Dominus omnipotens.

32 Cōplectere natos tuos usq; dum veniam & faciam eis misericordiam: nam exuberāt fontes mei, & gratia mea non deficiet unquam.

33 Ego Hezra pręceptum acceperam à Domino [14] in monte Chorebi, ut adirem Jisraelem: sed quum veni ad eos, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini.

34 Ideoq; vobis edico gentes quæ auscultatis & intelligitis, expectate [15] Pastorem vestrum requiem æternam daturum vobis: nam in proximo ille est qui temporibus ultimis erat adventurus.

35 Præparati estote ad præmia regni, quum lux perpetua lucebit vobis in æterna tempora.

36 Fugite umbram istius seculi, percipite jucundissimam gloriam vestram: ego testor palàm servatorem meum.

37 Commendatum donum percipientes hilares estote, gratias agentes ei qui vos ad regna cælestia advocauit.

38 [16] Agedum consistite, & respicite numerum obsignatorum ad convivium Domini,

39 Qui umbram effugientes seculi istius, splendidas tunicas à Domino acceperunt.

40 Accipe, Tzijon, numerum tuorum, & reclude tuos vestibus candidis indutos, qui legi Domini plenè obsequuti sunt.

41 Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus: Roga Dominum penes quem imperium est, ut sanctificetur populus tuus qui ab initio vocatus est.

42 Ego Hezra vidi in monte Tzijonis turbam magnam quam numerare non poteram, omnium canticis collaudantium Dominum:

43 In quorū medio erat juvenis statura celsus; eminens super omneis alios, qui singulorū capitibus imponebat coronas, & [17] eo magis exaltabatur: ego autem tenebar miraculo.

44 Tunc interrogans Angelum, dixi; qui sunt hi, Domine?

45 Qui respondens mihi dixit, hi sunt qui mortalem tunicam deponentes immortalem induerunt, & confessi nomen Dei modò coronantur & accipiunt palmas.

46 Iterum dixi Angelo, Quis est juvenis ille qui coronas imponit eis, & palmas in manus tradit?

47 Qui respondens dixit mihi, ille est Filius Dei quem in seculo suo confessi sunt.

48 Quum itaque cœpissem magnificare eos qui fortiter pro nomine Domini perstiterunt, edixit mihi Angelus, abi renuncia [18] populo meo, quales res & quàm mirabiles Domini Dei videris.

[14] vide ut Moschen alterū simulet hic ἀβαρείμυθος: nempe ut Legē Dei amissam restitueret, si Deo placet. vide infrà 4.23. & 14.21 hoc verò nusquam in probata scriptura legitur; sed contrà Jehudæi sacerdoti Hezræ paruisse, Hez. 10.

[15] Christum, ut appellatur à Prophetis passim.

[16] Confirmatio, ut diximus in ℣. 10. fit primū hypotyposi & demōstratione quadā fidei, quatuor vers. deinde narratione visionis, vers. 42. & seqq.

[17] i eo gloriosior erat, & ab Ecclesia cælesti de salute piorum gratias agente amplius extollebatur laudibus.

[18] ut suprà ℣. 10.

Caput III.

1 Anno [1] tricesimo ab urbe diruta, quum essem in Babylonia, [2] conturbatus fui recumbens in cubili meo, & cogitationes meæ obruerunt animum meum,

2 Quoniam videbam desolationē Tzijonis, & multitudinem eorum qui erāt in Babylonia.

3 Exagitato itaque spiritu meo valde, cœpi alloqui verbis timore conjunctis Altissimum,

4 Dicens, Domine Jehova, tu verbo tuo ab initio statuisti terram solus, & in ea parasti [3] populum:

5 ‖ Tu dedisti Adamo corpus mortuum (nam ipsum quoq; figmentum manuum tuarum est) quumq; insufflasses in illud spiritum vitæ, factus est vivens cōram te:

6 Tu inducens eum in Paradisum, quem dextera tua conseverat antequam ille veniret in terram,

7 Mandaveras illi ut diligeret viam tuam: sed transgressus est illam; ideoq; sententiam tulisti in illum mortis, & in posteros illius.

8 Ita natis gentibus, tribubusque, & populis, nationibusq; innumeris, ambulavit etiam unaquæq; gens arbitratu suo, & facientes quod malum videtur in oculis tuis, spreverunt præcepta tua.

9 Quapropter succedente tempore induxisti diluvium in habitatores seculi, quo perdidisti eos:

10 Evenitq; singulis eorum, ut Adæ mors, ita diluvium eis:

11 Unum verò ex eis dereliquisti, Noachū cum domo ipsius, unde justi omnes.

12 Fuit autem quum cœpissent multiplicari habitatores terrę in filios quamplurimos, unde populi ac gentes multæ dispersæ sunt, quando cœperunt iterum impietatem exercere plus quàm priores:

13 Fuit; inquam, eis iniquè facientibus in conspectu tuo, ut eligeres tibi virum ex eis, cui nomen Abraham,

14 Et diligens eum demonstrares ei soli voluntatem tuam:

15 Ac constitueres ei fœdus æternū, dicens ei, te nunquam esse derelicturū semen ipsius.

16 Itaq; dedisti ei Jitzchakum, Jitzchako verò Jahakobum & Hesauum: è quibus eligens Jahakobum postquam Hesauum separavisti, abiit Jahakob in multitudinem magnam.

17 Fuitq; quum eductum semen ejus ex Ægypto adduxisses ad montem Sinai;

18 Ut inclinans cælos quateres terram, commoveres orbem, tremefaceres abyssos, & conturbares seculum;

19 Et præeunte glorię tuæ in partes quatuor igne, & terræ motu, ventoque, & gelida nube; dares semini Jahakobi legem, & generationi Jisraelis quod diligenter observaret.

20 Sed non abstulisti cor malignum ab eis, ut ederet lex tua in eis fructum.

21 Cor enim malignum primus gestavit Adam ex quo transgressione victus est, atque etiam omnes qui nati sunt ex eo:

22 Et facta est permanens infirmitas, adeoque lex infirmitatis hærens cordi populi radice pessima, in qua discedente bonitate remansit malignitas.

23 Quum autem procedentibus temporibus anni completi essent, quibus suscitasti tibi servum, nomine Davidem,

24 Indixisti ei ut exstructa civitate nomini tuo offerrentur tibi in ea thus & oblationes:

25 Quod ubi factum fuisset annis multis, dereliquerunt te habitatores civitatis,

[3] id est, genus quodq; animaliū, quib. tanquam incolis implevisti terram: sic accipio hic populū, ut Prover. 30, 25. & seq.

‖ Gen. 1. & 2.

[1] Sequentium capitum omnium continens visio & revelatio est. Sed ut uno verbo dicam, deliria & commenta omnia. Nam falsam esse totam visionis hujus narrationem tam multa ostendunt, ut libro altero opus esset, si quis singula deliria (ut Hieronymus optimè nominat) vellet percurrere. Inter cætera verò habentur putidissimæ naturalis historiæ fabulæ ex impurissima Thalmudistarum lacuna haustæ; quas nos suis locis, Deo volente, notabimus. Quod autem numerum hunc attinet; vide suprà 1.1. Scilicet hoc anno & hoc tempore licuerit Jehudæis deportatis in miseram captivitatem Babyloniæ hos cœtus colligere, & alia facere quæ vix videas unquam in populo liberrimo. Ego verò ab hoc scriptore veritatem in narratione tota, pietatem in multis desidero: & Christianum lectorem moneo, ut judicium sanctè adhibeat impiis aut futilibus nugis discernendis, aut ab istius Hezræ lectione omnino caveat imprudentibus ac rudibus plus damni quàm emolumenti allatura. [2] diebus septem, quibus ex animi perturbatione jejunabat: ut doceatur infrà 5.13. & 6.35.

26 Omnino facientes ut fecerat Adam omnésque generationes ejus; & ipsi quoque usi sunt maligno corde.

27 Quamobrem tradidisti civitatem tuam in manus inimicorum tuorum.

28 An verò melius faciunt habitatores Babylonis, ut propterea dominentur Tzijoni?

29 Fuit enim ex quo veni huc ut impietates innumerabiles viderim, & delinquentes multos viderit anima mea his triginta annis:

30 Quapropter deficit animus meus, quoniam video ut sustines peccatores istos & parcis impiè agentibus; perdis autem populum tuum conservans inimicos tuos, quod non significaveras.

31 Nihil venit in mentem mihi cur[4] via hæc immota relinqui debeat: nam an melius facit Babylon quàm Tzijon?

[4] i. agendi ratio, qua tuos perdis misere & inimicos servas.

32 Aut an alia gens cognovit te præterquã Jisrael, aut si quæ nationes crediderunt tuis federibus, ut fecit Jahakob?

33 At horum merces non compâret, neque labor attulit fructum suum: quacumque verò peragravi in gentibus; vidi eas abundantes, quamvis immemores mandatorum tuorum.

34 Nunc ergo expende statera iniquitates nostras, & aliorum qui in hoc seculo habitant: non invenietur profectò nominis tui recordatio nisi in Jisraele.

35 Ecquando non peccaverunt in conspectu tuo qui habitant terram? aut quæ gens sic observavit præcepta tua?

36 Hos quidem nominatim comperies servasse mandata tua, gentes autem minimè comperies.

Caput IV.

1 Respondens verò mihi Angelus missus ad me, cui nomen [1]Uriel,

[1] Hac voce significatur Christus, lux & sapientia Dei, cùm hoc loco, tum etiam in sequẽtibus: quamobrem deinceps domin[9] appellatur, ut sup. 1. 4.

2 Dixit mihi, Grauissimè ergo defecit animus tuus, quòd in seculo hoc comprehendere cogitas viam Altissimi.

3 Cui dicente me, ita Domine mi; respondens ille mihi, tres[2] vias, inquit, missus sum ut ostendam tibi, & tres similitudines ut proponam coràm te:

[2] i. rationes ordinariæ & aspectabilis hujus administrationis; quas si non cõprehendisse te animadverteris, non debebit videri mirũ hanc à te minime comprehendi posse.

4 E quibus unam si exposueris mihi, ego vicissim demonstrabo tibi viam quam desideras videre: & docebo te vnde sit cor malignum.

5 Quum autem dixissem, eloquere Domine mi; dixit mihi, abi, pondera ignis pondus quod referas mihi, aut metire flatum venti, aut revoca mihi diem præteritum.

6 Tum respondente me & dicẽte, quis mortalium ea facturus esset de quibus rogas me?

7 Dixit mihi, Si rogarem te dicendo, quantæ habitationes sunt in profundo maris? aut quantæ venæ in abysso ima? aut quantæ venæ aquarum sunt in expanso? aut qui sunt exitus[3] paradisi?

[3] i. cælestis habitationis; ut nominatur in Testamento novo, in vetere autẽ nusquam: sic exponendũ ex ℣. seq.

8 Diceres mihi fortasse, in abyssum non descendi, ac ne in sepulcrum quidem adhuc, neq; in cælum ascendi unquam:

9 Nunc autem non rogavi te nisi de igne, & vento, & die quem præteriisti, à quibus tamẽ separari non potes, & non respondes mihi de illis.

10 Deinde dixit mihi, tu quæ tua sunt, tecum versantia, non potes cognoscere:

11 Et quomodo posset vas tuum capere viam Altissimi, etiam ex corrupto exteriùs seculo intelligere corruptionem[4] quæ evidens est in cõspectu meo?

[4] i. spiritualẽ corruptionẽ & invisibilẽ, quam solus Deus novit qui in occulto videt.

12 Me autem dicẽte illi, præstiterat nos non esse quàm adhuc vitam trahere inter impios & pati; quamobrem verò, non intelligere?

13 Respondit mihi, dicendo, Profectus sum aliquando ad silvam arborum campestrẽ, quæ iniverant consilium dicentes,

14 Agite, eamus & bellum geramus in mare, ut recedat coram nobis & faciamus nobis silvas alias:

15 Similiterque fluctus maris; hi quoq; iniverunt consilium dicentes, Agite, ascendamus & debellemus silvas campi, ut ibi etiam conficiamus nobis aliam regionem.

16 Sed irritum fuit consilium silvæ; ignis enim veniens consumsit eam:

17 Et similiter consilium fluctuum maris; obsistens enim arena prohibuit eos.

18 Si ergo judex istorum esses, utrum priùs absolveres? aut utrum condemnares?

19 Cui ego respondens, utique, inquam, vanum consilium iniverunt: terra enim data est silvæ; & maris locus ut ferat fluctus ipsius.

20 Et ille mihi, Bene, inquit, judicasti; & quare non aptas tibi ipsi hoc judicium tuum?

21 Quemadmodum enim silvæ data est terra, & maris locus fluctibus ipsius; sic habitatores terræ quæ sunt super terram ea solùm possunt intelligere, cælites verò quæ sunt in cælorum altitudine.

22 Tunc respondens dixi, oro te Domine, ut mihi detur mens intelligendi capax:

23 Non enim fuit animus rogandi de rebus tuis superioribus, sed de iis quæ pervadunt nos quotidie: cur Jisrael expositus sit gentibus opprobrio, & populus quem dilexisti traditus nationibus impiis; cur Lex patrum nostrorum interierit, & [5]constitutiones scriptæ nusquam habeantur.

[5] hæc prima Jehudæorum fabula, quam deinde amplificat cap. 14. Statuit enim omnia Legis exẽpla intercidisse, ut hoc pacto confirmet se inspiratione Dei animatũ (ut Moschen alterum) eam restituisse populo diebus quadraginta exscriptam: quasi verò aut Legẽ Monarchia illa, quam Danijel vocat aureã, sustulerit, aut omnes servi Dei & Prophetæ tẽpore illo accuratè eam nõ conservaverint. O hominis impudentiã! sapientioris scilicẽt Danijele, infrà 12. 11. & 36.

24 Percuntibus nobis è seculo tamquã locustis, vitaque nostra stupori & pavori dedita, quasi indigni essemus consequi misericordiam;

25 Quid item nomine suo de quo vocamur facturus sit: de his interrogavi.

26 Respondit autem ille mihi dicens, Quandoquidem scrutaris plurimùm & frequenter admiraris, quòd adeò festinè seculum hoc pertranseat;

27 Certè non est capax ut reportet ea quæ in futura tempora justis promissa sunt, quoniã plenum injustitia est hoc seculum & infirmitatibus.

28 Ea autem de quibus rogas enarrabo: nam seminatum est malum; sed nondum evenit destructio ipsius.

29 Si ergo non evertatur quod seminatum est, & non discedat è loco ubi seminatum fuerat malum; non proveniet bonum ubi seminatum fuerit.

30 Etenim granum mali seminis in corde Adami seminatum est ab initio: at quãtum impietatis generavit usq; adhuc, & generaturum est usque dum in aream deportetur?

31 Jam vero æstima apud te granum mali seminis quantam impietatis segetem generaverit:

32 Quando ergo secatæ fuerint spicæ quæ sunt innumeræ, quàm magnum areæ acervum tum primùm effecturæ sunt?

33 Quum autem responderem dicẽs, quomodo, & quando ista? quare pauci sunt & mali anni nostri?

34 Respondens ille edixit mihi, Tu ne præfestinans

festinans contendas ut sis superior Altissimo (festinares enim frustrà superior esse ipso) nã excessus tuus est maximus.

35 Nónne de his quando interrogaverunt [6] justi ipsi in suis cellis dicendo, Quousque sic speratur[9] sum? ecquando adventurus est fructus areæ & mercedis nostræ?

36 Respondens ad ea [7] Jeremiel Archangelus dixit, quãdo completus fuerit numer[9] seminum vestrorum:

37 Nam qui statera ponderavit seculũ, & dimensus est mensura, numeravítq; tempora accuratissimè, is non movet quicquam, nec præstiturus est, usque dum præfixa mensura impleatur.

38 Tunc ego respondi dicens, ô Domine Jehova, at nos etiam omnes pleni sumus iniquitate:

39 Vide quæso ne fortè propter nos non impleantur justorum areæ, propter peccata habitatorum terræ.

40 Respondens autem ille, abi, inquit, interroga prægnantem an cõpletis novem mẽsibus ipsius adhuc possit vulva ipsius partum in se ipsa continere:

41 Et dicenti mihi, nõ potest Domine, dixit ille, in sepulcro cellæ mortuorum sunt cum vulva comparandæ:

42 Quemadmodum enim festinat puerpera effugere necessitatem partus, sic etiã hęc ea quæ sibi fuerint commendata festinabunt reddere.

43 Jam tibi demõstrata sunt ea quæ ab initio cupiebas cognoscere.

44 [8] Ego verò proloquutus dixi, Si inveni gratiam in oculis tuis, si fieri potest, si idoneus sum,

45 Demonstra mihi utrùm plura eventura sint quàm præterita, an verò plura præterita quàm futura sint.

46 Quid præteriverit scio, quid autem futurum sit ignoro.

47 Tum ille edixit mihi, Consiste ad dexteram, & demonstrabo tibi rem similitudine.

48 Consistens itaq; vidi quòd ecce fornax ardens transivit ante me; fuit autẽ quũ transeuntem flammam vidissem, quòd ecce superesset fumus:

49 Posteà trãsiens ante me nubes plena aquę imbrem demisit impetu: quúmq; trãsivisset impetus pluviæ, superfuerunt ex ea guttæ:

50 Et dixit ille mihi, Cogita apud te, ut pluvia amplius abundavit guttis & ignis fumo, ita mensuram eorum quę pręterierunt ampliùs abundare; quæ autem in super ventura sunt, cum guttis & fumo comparari.

51 Quamobrẽ ego orans dixi, putas ne me victurum usque ad dies illos? & quid erit diebus illis?

52 Respondens autem ille mihi dixit, Signorum de quibus me interrogas partẽ possum tibi indicare: de vita autem tua non sum missus ut dicam tibi; nescio.

[6] hũc locum ita reddidimus, quia Hebraismus ita fuit reddendus, animæ justorũ, pro justis ipsis. Nam de piorum quũ viverent expostulatione hic agi evincit ipsa expostulationis forma. Cellas autem eorũ sic dici hic & cap. seq. versu 9 ut conclavia dixerat Jeschah. 27. 1. ad quem locum hîc non dubitamus respici: sic infra 5. 9.

[7] hoc nomen in totis Bibliis non extat; sed apud planaticos Judæos est cognitum, & à Magis decantatũ. Docti viderint.

[8] ab hoc loco quæstiones sequũtur otiosorũ hominũ quamplurimæ, & responsa suis quęstionibus non indigna.

[9] i. divites qui dem erunt auro, argẽto, & ære; fide verò & bonis operib. minimè: sic Lucæ 18. 8 Cæterùm omnia sequentia ad historias accõmodabit qui abũdabit ouo.

CAPUT V.

1 DE signis igitur, ecce dies venturi sunt, quib[9]. deprehẽdentur habitatores terræ in censu multo; sed abscondita veritatis viâ sterilis erit à fide regio,

2 Et multiplicabitur injustitia supra quàm nunc vides, & quàm olim fuisse audiveris.

3 Etítque [2] quum primùm vestigium apponetur, ut regio quam nunc regnare vides conspiciatur deserta.

4 Nam si vitam tibi dederit Altissimus, videbis post tertiam tubam, relucentem subitò Solem noctu, & Lunam interdiu:

5 Et tamquam ligno sanguinem stillante, & lapide edente vocem suam populi commovebuntur,

6 Quum regnabit is quem nõ sperant habitatores terræ, & volucres emigrabunt:

7 Mare autem Sedomi pisces ejiciet, & vocem edet noctu quam non noverunt multi, adeò ut omnes audiant vocem ejus.

8 Et solitudo fiet locis multis, velut igne frequenter immisso: etiam bestiæ agrestes emigrabunt, & mulieres ex mensibus laborantes parient monstra:

9 Tamquam si in dulcibus aquis inveniantur salsæ, ita amici omnes inter se pugnabunt: & tunc latebit prudens, & intelligens separatus manebit tamquam in cella sua conditus,

10 Et quęsitus à multis non invenietur; sed multiplicabitur injustus & incontinens super terram.

11 Adeò ut si rogent incolæ regionis unius incolas alterius, dicentes, Nónne apud vos aliquis transiit justitiam colens, qui justè fecerit? hoc negent illi.

12 Quapropter erit illo tempore, ut quamvis sperent homines, nõ consequãtur; quamvis laborent, non dirigantur viæ ipsorum.

13 Hæc signa ut indicarem tibi permissum est mihi: sed si orans iterum & flens, ut modò fecisti, jejunaveris diebus septem, adhuc istis majora audies.

14 Me autem evigilante corpus meum exhorruit valdè, laboravítque anima mea adeò ut deficeret:

15 Ideò tenens me Angelus qui venerat & alloquutus fuerat me, confirmavit me, atque in pedes statuit me.

16 Fuit autem secunda nocte, ut veniẽs ad me Schealthiel princeps populi diceret mihi, ubínam fuisti? & quare est vultus tuus tristis?

17 An nescis tibi creditum esse Jsraelem in regione deportationis suæ?

18 Exsurge ergo, & gusta cibum, ac ne derelinquas nos, ut pastor gregem suum lupis, in manu malignorum.

19 Cui dixi, discede à me, neq; propiùs accedito me: auscultans itaque ut dixeram, discessit à me.

20 Ego verò jejunavi diebus septem, ejulans & plorans, sicut mandaverat mihi Uriel Angelus.

21 Fuítq; post dies septem, cogitationibus cordis mei angentibus me iterum valde,

22 Ut reciperet anima mea spiritum intelligentię, iterúmque inciperem loqui sermones coram Altissimo, dicens,

23 [3] Domine Jehova, ex omni silva terræ & omnibus arboribus ejus [4] vineam unicam elegisti;

24 Et ex omnibus terris orbis elegisti [5] foveam unam tibi; & ex omnibus floribus orbis tibi [6] lilium unum elegisti;

25 Et ex omnib. abyssis maris [7] plenum rivum unum tibi elegisti; & ex omnibus civitatibus ædificatis, tibi ipsi sanctificasti Tzijonẽ;

26 Et ex omnib. creatis volatilibus nominatim elegisti tibi [8] columbam unam; & ex

[2] i. in ipso dierum istorum principio evertetur regnum Babylonię per Cyrum, de quo ψ. 6. hæc enim προκατασκευὴ sequentib. vers. exponitur.

[3] ὀρατὶο cum superioribus quidem convenit argumẽto; sed partim ludicris, partímq; falsis rationibus nititur.

[4] & ubinam olea?

[5] illam puto Macpelæ quã emit Abrahã, Gen. 23.

[6] propositio ludicta.

[7] Schiloachũ, de quo Jesch. 8. & Psal. 46.

[8] est enim turtur ex columbario genere: sed de avicula Levit. 14. imperata ipse viderit.

omnibus formatis pecoribus prospexisti tibi de [9] ove una;

[9] ubinam ergo bovillum & caprinum genus?

27 Et ex omnibus multiplicatis populis unum tibi populum comparasti; & unam ex omnibus probatam legem donasti huic populo dilecto tuo.

28 Nunc autem Domine, quare unum hunc pluribus tradidisti? quare statuisti super unam hanc [10] radicem arbores alias, & dispersisti unicum tuum in multos?

[10] ut Psal. 80.

29 Et conculcāt eum qui contradicūt promissis tuis, quiq; tuis federibus non credunt?

30 Etenim si ullo pacto odisti populum tuum, tuis manibus debuit castigari.

31 Fuit verò quū eloquutus essem sermones istos, ut missus ad me Angelus qui antè venerat ad me præterita illa nocte,

32 Diceret mihi, audi me, & instituam te, attende ad me & plura exponam tibi.

33 Me autem dicente, loquere Domine mi; Valde, inquit ille mihi, animus tuus extra te rapitur causâ Jisraelis: ‖ an verò plus eum diligis quàm qui fecit eum?

‖ Infrà 7.47.

34 Non Domine, inquā ego; sed ex dolore ita loquutus sum: torquēt enim me renes mei omnibus horis, cupientem tenere viam Altissimi, & investigare partem judiciorum ejus.

35 Tum dixit mihi, nō potes: & ego, quare Domine? quorsum igitur natus sum? aut cur vulva matris meæ nō effecta est mihi sepulcri loco, ut non viderem laborē Jahakobi, & defatigationem gentis Jisraeliticæ?

36 Qui dixit mihi, numera mihi quę nondum evenerunt, collige mihi dispersas guttas, & viriditati restitue flores aridos,

37 Et aperiens mihi clausas specus produc ventos inclusos in eis, demonstra mihi vocis imaginem; & tunc ostēdam tibi laboris istius causam quam rogas videre.

38 Cui ego, Domine Jehova, ecquis verò est qui hæc scire possit, nisi [11] qui cum hominibus habitationem non habet?

[11] i. Deus periphrastice; ut Danijel 2.11.

39 Ego autem insipiens ecquî possem de his dicere de quibus interrogasti me?

40 Itaq; dixit mihi, Quemadmodum non potes facere unum horum quæ dicta sunt, ita non potes pervestigare judicium meum, aut charitatis officia quæ promisi me facturū populo [12] in fine.

[12] i. tandē, ex usu Hebræorum: sed vide hominis argutiā, qui inceptis sophismatis cum Deo voluit παρᾶσυλλογίζεσθαι ex ambiguo. Nam dicente Deo ποιεῖν τῷ λαῷ ἐν τέλει, hic ita interpretatur ut si dixisset Deus, λαῷ τῷ ἐν τέλει: atque hinc sequens objectio.

41 Cui ego, Atqui ecce Domine, tu propinquus es iis qui in fine futuri sunt: quid ergo facturi sunt ii qui fuerūt ante me, aut nos, aut ii qui sunt sequuturi nos?

42 Et ille, Coronę, inquit, simile effeci judicium meum: ut non est ulla postremorum tarditas, sic nulla est primorum velocitas.

43 Tum ego respondens dixi, An non poteras facere unà eos qui facti fuerūt, qui sunt, & qui futuri sunt, ut celeriùs judicium tuum ostenderes?

44 Respondens autē ille mihi dixit, nō potest res creata festinare prę creatore, neq; unà sustinere seculum eos qui creandi sunt ipso.

45 Cui ego, sicut dixisti, inquam, servo tuo te auctorem vitæ indidisse vitam creaturis unà creatis à te, & sustinuisse creaturam; posset etiam nunc portare præsentes unà.

46 Tunc edixit mihi, interroga mulieris vulvam dicendo ei, si paris, quare per tempora? & roga eam ut edat denos unà.

47 Me autem dicente, non utiq; poterit, sed per tempora:

48 Et ego, inquit ille, statui *quasi* vulvam terrę iis qui seminati sunt in terra per tempora pariendis:

49 Quemadmodum enim ea nō parit infantes qui deni sint, sic ego disposui à me creatum seculum.

50 Tum interrogavi dicens, quum jam aperueris mihi viam, proloquar coram te: nam ecce mater nostra, quam dixisti mihi adhuc juvenem esse, jam senectuti propinqua est.

51 Respondens autem ille mihi dixit, interroga eam quæ parit ut dicat tibi,

52 Et dicito ei, quare ii quos nunc paris nō sunt pares prioribus, sed minores statura?

53 Illa enim dictura est tibi, alii sunt qui in juvētutis robore nati sunt, & alii qui sub tempus senectutis deficiente matrice sunt nati.

54 Considera tu ipse quoq; minore statura vos esse quàm ii qui antecesserunt vos,

55 Et qui post vos venturi sunt minores fore vobis, quasi jam senescentibus creaturis, & robur juventutis prætereuntibus.

56 Et ego, rogo te, inquam, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, demonstra servo tuo per quem visites creaturas tuas.

Caput VI.

1 TUnc ille mihi, ab initio, inquit, orbis terrarum, imo antequàm starēt processus seculi, & antequàm spirarent ventorū cœtus,

2 Antequàm personarent voces tonitruū, antequàm splenderent nitores coruscationū, antequàm statuerentur fundamēta paradisi,

3 Antequàm spectarentur decori flores, antequàm statuerentur ignotę virtutes, antequàm colligerentur innumerabiles exercitus Angelorum,

4 Antequàm extollerentur alta aeris spatia, & antequā nominatim definirentur mensuræ cælorum, & antequàm arderent camini Tzijone,

5 Antequā investigarētur pręsentes anni, & antequàm à me abalienarentur eorum qui nunc peccant inventiones, & seorsim consignati essent qui thesaurum fidei cōpararunt,

6 Jam tum cogitaveram; omnia facta sunt per me solum, ac nō per alium; [1] eorúmq; finis per me, ac non per alium est dispositus.

[1] Nempe desinentiū priorum temporū desinens, & ineuntium incipiēs: nam fines seu extremitates duę sunt temporū rerúmque omnium quæ mensura cōstant: quomodo accipi ostendit versus sequens. Respōsum autem planissimè à nobis redditum nemo non videbit oculatus.

7 Quum autem proloquens dicerem, quę erit separatio temporum? aut quādo erit prioris finis, & sequentis initium?

8 Dixit mihi, Ab Abrahami usque ad Jitzchaki tempus, quando genitis ab eo Jahakobo & Hesauo manus Jahakobi teneret ab initio calcaneum Hesaui:

9 Ut finis hujus seculi fuit Hesaui calcaneum; & ut principium sequentis, manus Jahakobi.

10 Inter calcaneum & manum aliud noli quærere, Hezra.

11 Ego verò proloquutus dixi, Domine Jehova, si inveni gratiam in oculis tuis,

12 Oro ut demonstres servo tuo finem signorum tuorum, quorum partē mihi demonstrasti præcedente nocte.

13 Et respondēs ille dixit mihi, surge in pedes tuos, & audies vocē sonitus amplissimā.

14 Et fiet quædam velut cōmotio, quamvis locus in quo stas non commovebitur.

15 Ideò quum loquetur, ne expavescito; quoniam verbum de fine à fundamento terræ intelligitur,

16 Et

16 Et de ſermonibus iſtis tremiſcit & commovetur: ſcit enim oportere ut finis eorum commutetur.

17 Fuit autē his auditis, quum ſurrexiſſem in pedes, ut audirē quòd ecce vox loquebatur, cujus ſonus par erat ſono aquarum multarū,

18 Dicens, ecce dies veniunt, eritq; quum appropinquare incipiam ut viſitem habitatores terræ iſtius,

19 Et quum quæſtionem habere incipiam de iis qui injuſtè nocuerūt injuſtitia ſua, poſtquam ſuppleta fuerit humilitas Tzijonis.

20 Quum ergo ſeculum hoc reſerabitur quod tranſire incipit, hæc ſigna faciam, libri aperientur coram cælo, adeò ut omnes videant ſimul:

21 Et infantes anniculi edēt voces ſuas, prēgnantēsq; parient immaturos partus ternûm & quaternûm menſium, qui vivent & ſuſcitabuntur:

22 Apparebúntq; repente loca ſata ſemente vacua, & plena promtuaria ſubitò invenientur inania:

23 Et tuba clangens perſonabit; quā audita omnes ſubitò expaveſcent.

24 Eritq; illo tempore, ut amici debellent alii alios tāquam inimici, adeò ut expaveſcēte ex his terra venæ fontium conſiſtant & non decurrant horis tribus.

25 Tūc erit ut quiſquis derelictus fuerit ex omnibus iſtis quæ prædixi tibi ſervetur ille, & videat ſalutem meam finémq; veſtri ſeculi:

26 Videántq; homines qui recepti fuerint, qui mortem non guſtaverint à nativitate ſua, quando mutabitur cor habitatorum & convertetur in mentem aliam.

27 Delebitur enim malum, & exſtinguetur dolus:

28 Florebit autem fides corruptione victa, & oſtendetur veritas quę infructuoſa fuerat tamdiu.

29 Fuit autē quum alloquutus eſſet me, ut ego pauliſper intuerer in eū ante quā ſtabam:

30 Quapropter dixit mihi, hæc veniens oſtendam tibi tempore venturę noctis alterius.

31 Si ergo denuò jejunans diebus ſeptem de integrò rogāveris, renunciabo tibi majora iſtis denuò qua die audivero.

32 Nam exaudita eſt vox tua ab Altiſſimo: vidit Deus fortis rectū conſiliū tuum, & proſpexit vaſtitatē quam à juventute tua habuiſti:

33 Propterea miſit me ut his omnib. demōſtratis tibi dicerem, Confide & noli timere:

34 Sed noli præfeſtinatione, ut prioribus tēporibus, cogitare res vanas; ne præfeſtinādo aberres à cognitione vēturorum temporum.

35 Itaque fuit poſteà ut flerem iterum jejunarémque diebus ſeptem, ſuppleturus tres hebdomadas quæ fuerant indictæ mihi.

36 Fuit verò octava nocte, ut animo meo de integro turbato in me inciperem loqui coram Altiſſimo,

37 (Inflammabatur enim ſpiritus meus valde, & angebatur anima mea)

38 Et dicerē, ‖ Domine, tu loquutus es ſolummodò initio creationis die primo, dicendo, fiat cælum & terra, & verbo tuo opus perfectum eſt. ‖ Geneſ. 1.

39 Quúmq; eſſet Spiritus ubi tenebræ circumferebātur & ſilentium erat; ſonus humanæ vocis nondum erat effectus à te:

40 Tunc edixiſti de theſauris tuis proferri lumen lucidum, quo appareret opus tuum.

41 Tu die ſecundo creaſti aerem expanſi, & imperaſti ei ut diſtingueret diviſionémque ſtatueret inter aquas, ut pars earū ſurſum recederet, pars verò maneret deorſum.

42 Tu die tertio imperaſti aquis ut cōgregarentur in partē [2] ſeptimā terræ; ſex verò partes illius ſiccas conſervaſti, ut exſiſterent ex iis quæ adminiſtri tui ſeminata à Deo colerent.

43 Verbo enim procedente ex te ſtatim fiebat opus.

44 Proceſſit itaq; ſubitò fructuū multitudo immēſa, delicię guſtus multiformes, & flores colore non imitabili, & odoramēta odore imperveſtigabili: hæc die tertio facta ſunt.

45 Tu quoque die quarto imperaſti eſſe ſplendentem Solem, lucentem Lunam, ſtellas diſpoſitas,

46 Mandans eis ut ſervirent homini qui formandus erat.

47 Tu quinto die dixiſti parti ſeptimæ ubi erat aqua congregata ut procrearet animalia, volucres & piſces: atque ita factum eſt.

48 Aqua muta & inanimā, quæ Dei nutu jubebatur animalia profundebat, ut ex eo mirabilia facta tua nationes enarrarent.

49 [3] Tunc autem reſervaſti duo animantia, quorum unum vocaſti [4] Bahamoth, alterum Livjathan;

50 Et ſeparaſti ea unum ab altero: nō enim ſeptima pars, ubi erat aqua congregata, poterat capere ea ſimul.

51 Itaq; dediſti Bahamothis unam partem quæ tertio die ſiccata fuerat ut habitaret in ea, ubi ſunt montes mille.

52 Livjathani verò dediſti ſeptimam partē humidam, & ſervaſti ipſum ut devoret quos & quando voles.

53 Sexto autem die imperaſti terræ ut procrearet coram te jumenta, beſtias, & reptilia:

54 Atq; inſuper Adamum feciſti ducem omnibus quæ feceras, ex quo educti ſumus nos omnes & populus quem elegiſti.

55 Hæc autem omnia dixi coram te Domine; quia propter nos creaſti ſeculum;

56 Reſiduas autem gentes ab Adamo ortas dixiſti nihil eſſe, aut ſalivæ ſimiles eſſe, & quaſi ſtillis vaſe decidētibus comparaſti abundantiam earum.

57 At nunc ecce, Domine, gentes iſtæ quæ nihilo deputatæ ſunt, cœperunt dominari nobis ac devorare nos:

58 Et nos populus tuus quem vocaſti primogenitum, unigenitus, cujus es zelotypus; traditi ſumus in manus eorum.

59 Quòd ſi propter nos creatum eſt ſeculum, quare non poſſidemus hæreditatem noſtram cum ſeculo? quouſque tandem?

[2] hîc ab hiſtoria Moſchis in traditiones Jehudeorū delabitur; unde circūſcriptio hæc profecta eſt: ſic ℣. 47.

[3] En craſſiſſimas Jehudæorū fabulas, quas hic Propheta (ſi Deo placet) adducit ſerio. Non intellexerunt Jehudæi quid ſignificēt verba Dei Ijob. 40 & 41. ignorantiæ autem ſuæ audaciam adhibuerunt ducem, & has fabulas commenti ſunt, quas hic Propheta amplectitur cæcus ſequutus cæcos.

[4] ſic legendū, non autē Henoch ut Jiobi locus oſtendit, & Jehudæorum fabulæ.

CAPUT VII.

1 FVit autem quum finiſſem eloqui verba hæc, ut miſſus ad me Angelus, qui miſſus fuerat ad me antecedentibus noctibus,

2 Ediceret mihi, ſurge Hezra, & audi ſermones quos veni eloquuturus ad te:

3 Me autem dicente, loquere Deus mi; dixit mihi, mare poſitum eſt in ſpatioſo loco adeò ut ſit altum & immenſum:

4 Eſt autem ei acceſſus in anguſto portu, ubi ſimile eſt fluminibus.

5 Quis enim unquam velit ingreſſus mare experiri ipſum aut dominari ipſi, niſi tranſeat

per angustum in latitudinē ipsius? quomodo alioqui venire poterit?

6 Item alterum exemplum: civitas ædificata est & sita in campestri loco, quæ plena est bonorum omnium:

7 Introitus ejus angustus est & in præcipitio positus, versante à dextera quidem igne, à sinistra verò aqua alta,

8 Adeò ut semita unica sit inter hæc posita, puta inter ignem & aquam, quæ semita nō capit nisi solummodò vestigium hominis.

9 Si ergo dabitur civitas hæc homini in hæreditatem; si nunquā ille periculum quod antè positum est transeat, quomodo percipiet hæreditatem suam?

10 Quum aurē dixissem ad hæc, ita est Domine; dixit mihi, sic etiam est pars Jisraelis:

11 Nam propter eos feci seculū: sed quando transgressus est Adam cōstitutiones meas, tum adjudicatum est ei illud quod factum est.

12 Et facti sunt introitus hujus seculi angusti, dolore infesti, & laboriosi; pauci, inquam, & mali, & periculorum pleni, & labore operoso cincti:

13 Alterius enim seculi introitus spatiosi & securi sunt, & afferētes immortalitatis fructū.

14 Quamobrē si nunquam ingressi fuerint homines viventes angusta hæc & vana loca, non poterunt ea recipere quæ reposita sunt.

15 Nūc ergo quare cōturbaris quòd corruptibilis es? & qd eo moveris quod mortalis es?

16 Quare non præcipis animo tuo quod futurum est, sed in præsente hæres?

17 Tunc ego respōdens dixi, Domine Jehova, ecce disposuisti Lege tua ut justi hæc possideant hæreditario jure, impii autem pereant.

18 Justi autem ferunt res angustas pro eo quòd sperabant spatiosa: [1] qui enim impiè gesserunt? at hi angustias patiuntur, nec spatiosa visuri sunt.

19 Sed dixit mihi, non est judex superior Deo, neque intelligentior Altissimo.

20 Perenunt multi in præsentia, quia negligitur Lex Dei quæ proposita est.

21 Mandavit enim Deus omnino venientibus quando venerunt, quid faciēdum vitam habituris, & quid observandum ne pœnas luerent:

22 Hi autem non persuasi contradixerunt ei, & proposuerunt sibi cogitationes vanas,

23 Et circumdantes sibi cohortes delictorum dixerunt de Altissimo non esse ipsum, & vias ejus non agnoverunt:

24 Et spernentes Legem ejus spōsiones ei factas abnegarunt, & constitutionib. ejus non habentes fidē opera ejus minimè perfecerunt.

25 Propterea, ô Hezra, vacua vacuis, & plena plenis.

26 Ecce tempus veniet, & erit quum venerint signa quæ prædixi tibi, ut appareat [2] sponsa, & emergens ea demonstrabitur quæ nunc obducitur terrâ,

27 Et quisquis liberatus fuerit à prædictis malis videat facta mirabilia mea.

28 Revelabitur enim filius meus Jesus cū iis qui sequuntur ipsum, & recreabuntur qui relicti fuerint annis [3] quadringentis.

29 Erit autem his annis exactis, ut moriatur filius meus Christus, & [4] viventes omnes,

30 Et seculū convertatur diebus septem in antiquum silentiū, quale fuit judiciis antecedentibus, ita ut nemo superstes derelinquatur.

31 Sed erit elapsis diebus septem, ut moriente corrupto seculo illud seculum quod nondum vigilat excitetur,

32 Reddente eos terra qui dormiūt in ipsa, & pulvere eos qui in illo silentio habitant, & cellis reddentibus cadavera quæ sibi fuerint commendata.

33 Tunc apparebit Altissimus insidens judiciali throno, & præterlapsis miseriis recipientur illi qui patientia usi fuerint longanima.

34 Nam judicium solum remanebit, veritas stabit, & fides revalescet,

35 Unde operæ pretium subsequetur, & merces ostendetur, & justitia erit pervigil, nec injustitia ampliùs dominabitur.

36 Dixi autem, pater Abraham pro Sedomitis oravit, & Mosche pro majoribus qui in deserto peccaverunt.

37 Et Jehoschua filius successor ejus pro Jisraele in diebus Hacanis, & Schemuel,

38 Et David pro confractione, & Schelomo pro iis qui venerunt ad sanctum locum,

39 Et Elija pro iis qui pluviam acceperunt, & pro mortuo ut revivisceret,

40 Et Chizkija pro populo diebus Sancheribi, multi denique pro multis.

41 Si ergo modò, quū increvit corruptio & injustitia multiplicata est, oraverint justi p impiis; quare nunc etiam non sic futurum esset?

42 At ille mihi respōdens dixit, præsens seculum non est finis, gloria in eo versantes frequenter manet; propterea illi pro invalidis oraverunt.

43 Dies enim judicii futurus est finis temporis istius, & initium tēporis futuræ immortalitatis, quo perierit corruptio,

44 Soluta fuerit intemperantia, abscissa incredulitas, excreverit justitia, exorta fuerit veritas.

45 Nam tunc nemo poterit eum qui periit servare, nec eum qui vicit perdere.

46 Ego verò respondens, hic est, inquam, sermo meus quem semper habui, melius futurum fuisse non dari terram Adamo, aut ea jam data coerceri ipsum ut non peccaret.

47 Quid enim p dest hominib. hîc in tristitia vivere, & post mortē suppliciū exspectare?

48 O tu quid fecisti, Adam? quod enim tu peccasti non est factus tuus solius casus, sed & noster qui ex te provenimus.

49 Quid enim prodest nobis quòd promissa est nobis immortalitas? nos verò mortis opera egimus.

50 Quòd prędicta est nobis spes peremnis? nos verò pessimè evanuimus.

51 Quòd reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis? nos verò malè conversati sumus.

52 Quòd proposita est gloria Altissimi protegens eos qui cōsideratè incesserunt? nos autem pessimis viis ambulavimus.

53 Quòd ostēditur paradisus cujus fructus incorruptus perseverat, in quo est securitas atque curatio?

54 Nos verò nō ingrediemur, ut qui in locis ingratis conversati sumus.

55 Quòd præ stellis fulgebunt facies eorum qui abstinuerint se? nostræ autem facies tenebris nigriores erunt;

56 Quia viventes non cogitavimus, quando faciebamus iniquitatem, nos post mortem incepturos pati.

57 Tum

[1] Quasi dicat, utrum impietas populo tuo inest, ac non magis gentibus exteris? ut sup. 3.28.

[2] i. Ecclesia, quæ jā quasi sepulta atque obruta est, adeóque putrefacta, ut Jechezk 37.

[3] hos annos rotūdato numero agnosco dici; sed in accōmodatione est labor: nisi forte ab anno 32. Artaxerxis initium duxeris, quū Judæi in corruptionē divini cultus prolapsi sunt, profecto Nechemja ad Regē in Persida Nechem. 13.6. nam fermè intercesserunt quadringēti anni. Vide quæ scripsim in Act. 13. 20.

[4] eo ordine qui deinceps proponitur.

57 Tum ille respondens dixit, hæc cogitatio est certaminis quo certaturus est homo qui in terra nascitur,

58 Ut si victus fuerit, patiatur quod dicis; sin autem vicerit, percipiat quod dico:

59 Hæc enim vita est quam Mosche quum viveret indixit populo, dicens, elige tibi vitam ut vivas.

60 Verùm non crediderunt ei, nec Prophetis post eum, ac ne mihi quidē quum alloquutus sum ipsos,

61 Non futuram fuisse tristitiam eis perditione ipsorum; sed futurum gaudium, sicut futurum est eis quibus persuasa est salus.

62 Hîc ego respondens dixi, Scio Domine, Altissimum vocari misericordem, eo quòd miseretur eorum qui nondum venerunt in seculum,

63 Quodq; miseretur eorum qui convertunt se ad legem ipsius:

64 Et longanimē esse, eo quòd longanimitatē exhibet peccatoribus quasi suis operibus:

65 Et munificum esse, eo quòd donare vult cuique prout res exigunt:

66 Et plurimùm misericordem, eo quòd magis ac magis multiplicat misericordias iis qui præsentes sunt, qui præterierunt, & qui futuri sunt.

67 Multiplicat; si enim non multiplicaret misericordias suas, non servaretur hoc seculum cum iis qui obtinent ipsum hæreditario jure:

68 Et condonat; si enim pro bonitate sua non condonaret, ut qui fecerunt iniquitatem ii leventur suis iniquitatibus, non posset decies millesima pars hominum conservari:

69 Et judex si non ignosceret iis qui curantur verbo ipsius, & deleret multitudinem contentionum,

70 Non planè reliqui fierent ex innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

CAPUT VIII.

1 TUnc ille respondit mihi dicens, hoc seculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.

2 Proponam autem tibi, Hezra, similitudinem. Quemadmodum si rogares terram, dictura esset tibi se plus daturam terræ unde fiat fictile, minimum autem pulveris unde fit aurum; sic etiam habet se hoc præsens seculum.

3 Multi quidem servati sunt, sed servabuntur pauci.

4 Ego autem respondens dixi, [1] absorbe ergo anima quod sentitur, & devora quod sapit.

[1] i. in vitam præsentē incumbe: objectio ethopœtica, ut est 1. Cor. 15. 32.

5 Conveneras enim audiendi prophetandique consilio; sed non est tibi datum spatium nisi solummodò ad vivendum.

6 O Domine, si non permittas servo tuo ut oremus coram te; & des nobis semen cordi, culturamq; sensui unde fructus efficiatur, quî vivere posset omnis corruptus qui inter homines locum habet?

7 Tu enim solus es, & nos unà figmentum sumus tuarum manuum, prout loquutus es.

8 Nunc autem quando in vulva fingitur corpus, tu præstas membra: conservatur velut in igne & aqua creatura tua, quū novem mensibus fert opus tuum creaturam tuam creatam in ipso:

9 Ipsum inquam quod conservat & quæ conservatur in eo, utraque servantur; & servata plerumque iterum reddit vulva quæ creverunt in ipsa.

10 Imperasti etiam ex ipsis membris, præberi fructui lac mamillarum,

11 Ut nutriatur id quod formatum est ad tempus aliquod; & posteà instituas eum in misericordia tua.

12 Enutris eum justitia tua, & erudiens eum in Lege tua corripis eum intellectu tuo:

13 Et mortificas eum ut creaturam tuam, & vivificas eum ut opus tuum.

14 Si ergo perdis eum solo jussu tuo qui tanto labore fuit formatus, facile etiam fuerit ordinare ut id quod factum est servetur.

15 Nunc itaq; Domine eloquar: ac de omnibus quidem hominibus tu nosti optimè; verùm de populo tuo propter quem doleo,

16 Et de hereditate tua propter quam lugeo, de Jisraele propter quem tristis sum, & de Jahakobo propter quem dolore affectus sum,

17 De eo incipiam orare coram te, pro me & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inhabitavimus terram,

18 Et audivi celeritatem judicis adventuri.

19 Ideò audi vocem meam, & intellige sermonem meum: eloquar coram te præcipuum verborum Hezræ antequam assumatur,

20 Dicens, Domine qui permanes in æternum; cujus oculi elati in supremo sunt atque in aere;

21 Cujus thronus æstimari non potest, nec comprehendi gloria; cui adstat exercitus Angelorum tremens,

22 [2] Quorum observatio vento & igni committitur; cujus verbum verum, & dicta perstantia; cujus fortia jussa, & dispositio terribilis; [2] ut Psal. 104. 4. & Heb. 1. 7.

23 Cujus aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabefacit montes, ut testificatur veritas:

24 Exaudi orationem servi tui, & auribus percipe preces figmenti tui:

25 Dum enim vivo, loquutus sum; & dum sensum habeo, affaturus te.

26 Ne respicias ad delicta populi tui, sed ad eos qui tibi serviunt fideliter:

27 Ne attendas ad impia gentium studia, sed ad eos qui custodiverunt anxiè testimonia tua:

28 Neque reputes eos qui conversati sunt falsò in conspectu tuo, sed eorum recordare qui ex voluntate tua cum reverentia tui agnoverunt te:

29 Neque velis perdere eos qui pecudum mores habuerunt, sed respice ad eos qui Legem tuam luculentè docuerunt:

30 Nec indigneris eis qui bestiis pejores judicati sunt, sed eos diligas qui semper in tua justitia & gloria fiduciam habuerunt.

31 Nos enim & majores nostri ex morbis talibus languemus: tu autem propter nos peccatores misericors appellaberis.

32 Tunc misericors appellaberis, si voles exhibere nobis misericordiam, nobis inquam non habentibus opera justitiæ:

33 Justi enim, si quibus essent opera multa reposita, ex propriis operib. mercedem reciperēt.

34 Quid verò est homo, ut indigneris ei? aut genus corruptum, ut ita acerbè agas cum ipso?

35 Etenim verè nemo natus est qui non impiè gesserit, & viventium nemo qui non deliquerit:

36 Hac autem in re annunciabitur justitia tua, & bonitas tua Domine, quòd eorum misertus fueris quibus nihil est bonorum operum.

37 Tunc respondit mihi dicens, Rectè loquutus es quædam; ut sermones habuisti, sic etiam fiet.

38 Etenim revera non exigam rationem de factis eorum qui peccaverunt [3] ante mortem, ante judicium, ante perditionem;

[3] vide infrà 9. 9. & seqq.

39 Sed delectationem capiens ex justorum cogitationibus, recordabor earū, peregrinationis quoq;, & salutis, & recipiendæ mercedis.

40 Quomodo ergo loquutus fueram, sic etiam est.

41 Sicut enim agricola serit quidem super terram semina multa, plantásq; plurimas plantat; sed non omnia quæ seminata sunt procedente tempore servātur, nec omnia quæ plantata sunt radicantur: sic etiā qui in seculo seminati sunt non omnes servabuntur.

42 Ego autem respondens dixi, Si inveni gratiam, proloquar.

43 Quemadmodum semē agricolæ quum non assurgit, sive non acceperit pluviam tuam tempore suo, sive corruptum fuerit multitudine pluviæ;

44 Sic etiam perit similiter homo qui manibus tuis formatus est, qui tua imago nominatur eo quòd similis est tibi, propter quem omnia formasti; quandoquidē comparasti eum cum semine agricolæ.

45 Ne irascaris nobis; sed parce populo tuo, & miserere hæreditatis tuæ: tu enim creaturæ tuæ misericors es.

46 Qui respondit mihi dicens, Quæ sunt præsentia, præsentibus; & quæ futura, futuris sunto.

47 ‖ Multum enim abes ut possis ampliùs diligere creaturam meam quàm ego: te autē ipsum frequenter accessi propiùs, sed injustos nunquam.

‖ sup. 5. 33.

48 Hac autem in re mirabilis videris coram Altissimo,

49 Quòd abjiciēs te ut decet, nō judicas te dignum qui inter justos glorificeris plurimū:

50 Quapropter miserię multę ac miserabiles evenient habitatoribus seculi temporibus ultimis, quia in multa superbia ambulaverint:

51 Tu autem pro te intellige, & pro similibus tui inquire gloriam.

52 [4] Vobis enim apertus est paradisus, plantata arbor vitæ, præparatum futurum tempus, comparata abundantia, ædificata civitas, probata requies perfecta bonitate, perfectaq; sapientia.

[4] elegans typorum cōgeries ad gloriā adumbrandā quæ suo tempore in filiis Dei revelabitur.

53 Radix mali obsignata est ne hęreat vobis, infirmitas & tinea à vobis abscōsa est & in sepulcrum fugit corruptio, in oblivionis locum:

54 Prętereierunt dolores, & ostēditur tandem adventurus immortalitatis thesaurus.

55 Noli ergo ampliùs inquirere de multitudine pereuntium.

56 Etenim isti assumentis licentiam spreverunt Altissimum, & Legem ejus contēnentes dereliquerunt vias ejus:

57 Prętereà etiā cōculcaverunt justos ejus,

58 Et dixerūt cum animo suo nō esse Deum, & quidem scientes se morituros esse.

59 Sicut enim vos suscipiens illa quæ prædicta sunt, sic eos invadent sitis atque cruciatus qui comparati sunt.

60 Non enim voluit Deus hominem disperdi; sed ipsi qui creati sunt coinquinaverunt nomen ejus qui fecit ipsos, & ingrati fuerunt ei qui præparaverat ipsis vitam:

61 Quapropter judicium meum modò appropinquat.

62 Atque hæc quidem non omnibus demonstravi, sed tibi & paucis tui similibus.

63 Tunc ego proloquens dixi, Ecce nunc Domine, demonstrasti quidem mihi multa signa quæ incipies facere ultimis temporibus; sed quo tempore non demonstrasti mihi.

Caput IX.

1 Respondit autem mihi, dicens, Tu si quo modo poteris, metire tempus in ipso: erit enim, quum videris partem quamdā signorum quæ prædicta sunt transiisse,

2 Tunc intelliges illud esse tēpus quo cœpturus est Altissimus visitare seculum quod ab ipso factum est:

3 Quādo, inquam, videbitur in seculo terræ motus & populorum turbatio,

4 Tunc intellige Altissimum de iis diebus antecedentib. inde à principio loquutum esse.

5 Sicut enim quicquid est in seculo initium pariter & consummationem habet, ac cōsummationem manifestam:

6 Sic etiam Altissimi tempora initia habēt manifesta prodigiis & potentib. factis, & consummationes manifestę sunt & actu & signis:

7 Eritq; ut quisquis servabitur, qui poterit effugere labore suo per fidem qua credidistis,

8 Reliquus fiat ex prædictis periculis, videatq; salutare meum in terra mea & in terminis meis, ut sanctificavi me inde à seculo.

9 Tunc erunt in miseriis qui nunc abutuntur viis meis, & in tormentis morabuntur qui per contemtum eas abjecerint:

10 Qui enim non agnoverunt me, quum viventes beneficia consequerentur;

11 Et qui fastidiverūt Legem meam quum adhuc facultatem haberent, quúmque adhuc esset apertus eis pœnitentiæ locus, non tamen adverterunt, sed spreverunt eam;

12 Hos oportet post mortem in cruciatu agnoscere:

13 Tu ergo noli ampliùs curiosè inquirere quomodo cruciabūtur impii, sed inquire quomodo servabuntur justi, quorum & propter quos seculum est, & quando:

14 Ego vero respondens dixi,

15 Quod ante loquutus sum nunc etiam dico & dicam in posterū, plures esse qui pereunt quàm qui serventur; sicut fluctus majores sunt guttis.

16 Ille autem respondit dicens,

17 Qualis ager, talis & semina; & quales flores, tales tincturæ; & qualis operator, tale opus; & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus est seculi.

18 Tunc enim quū ego paratē iis qui nunc sunt seculum (ut nōdum factum fuerat) in quo habitarent, nemo mihi contradicebat:

19 Atq; ut tunc quidem, quisq; nunc etiam creatur in mundo hoc parato, & messe indefinente, & lege impervestigabili: sed corrupti sunt mores eorum.

20 Considerans itaq; seculum quod ecce periculum aderat ei à cogitationibus quæ advenerant in ipsum,

21 Respexi & peperci ei valde: tandem servavi mihi acinum è botro, & plantam è plantario multo:

22 Pereat ergo multitudo quæ immeritò nata est, servetúrq; acinus meus & planta mea, quæ multo cum labore perfeci.

23 Tu

23 Tu autem si adhuc alios septem dies remiseris (sed ne jejunato illis;

24 Ito in campum florum [1] ubi domus non est ædificata, & comedito solùm de floribus ipsius campi: ne carnem gustato, vinúmque ne bibito, sed flores solummodò)

25 Deprecans indesinẽter Altissimum, veniam denuò & alloquar te.

26 Itaq; profectus sum, sicut dixerat mihi, in campum qui vocatur [2] Ardatha; ubi sedens inter flores comedi de herbis agri, & cibo earum saturatus sum.

27 Fuit autẽ post dies septem discumbente me super gramen; quum animus meus turbaretur de integro sicut antea,

28 Ut aperto ore meo inchoatẽ loqui coram Altissimo, & dicerem;

29 O Domine, tu quidem certè videdum te exhibuisti majoribus nostris in deserto avio & infructuoso quum egrederẽtur ex Ægypto,

30 Et dixisti planè, Tu Jisrael audi me, & semen Jaakobi attende ad sermones meos:

31 Ecce enim ego semino in vobis legem meam, qua efferente in vobis fructum, gloriã reportabitis de eo in seculum.

32 Verùm majores nostri acceptam legem non servaverunt, & statuta tua nõ custodiverunt; fructus verò Legis non periit (nec enim poterat, quoniam tuus erat)

33 Nam qui acceperant, perierunt non custodientes quod in ipsis seminatum fuerat.

34 Ecce autem consuetudo est, quum excepit terra semen, aut mare navem, aut vas aliquod escam vel potum; perdito eo in quo seminatum est, vel in quod immissum est,

35 Simul id quod seminatum immissúmve fuerit & quæcumque fuerint excepta perdi, eáque jam non esse penes nos: nobis verò non ita accidit.

36 Nos quidem qui Legẽ accepimus, peccando periimus, & cor nostrum quod exceperat eam:

37 Lex verò non periit, sed permansit in suo robore.

38 Quum autem hæc loquerer apud animum meum, respiciens oculis meis vidi mulierem ad dexteram, quę ecce lugens plorabat cum vociferatione magna, & animo dolebat valde; vestimentis suis discissis & cinere insperso capiti ipsius.

39 Omittens itaque cogitationes meas in quibus versabar, conversus sum ad eam,

40 Et dixi ei, quare fles? & qd doles animo?

41 Illa verò mihi, Sine me, inquit, Domine mi, flere & in dolore pergere; nam valde amaro sum animo, depressa sum valde.

42 Me autem dicente ei, quid perpessa es? dic mihi; respondit illa mihi,

43 Sterilis fueram ego ancilla tua, ac non pepereram triginta annis, quum haberẽ maritum:

44 Ego verò per singulas horas & per singulos dies annósque triginta illos deprecabar Altissimum nocte ac die.

45 Fuit tandẽ post triginta annos ut exaudiret me Deus ancillam tuam, & respiciẽs abjectionem meam attendénsque tribulationi meæ daret mihi filium; de quo gavisa sum valde ego & vir meus & omnes cives mei, honorémque Deo forti plurimùm tribuimus.

46 Et educavi eum labore multo.

47 Fuit autem quum crevisset pervenissétque ad eam ætatem qua vxorẽ ducturus erat, ut diem facerem epuli.

[1] Propter typum, qui exponitur cap. 10.

[2] campus est sententia mea supra Babylõ à fungorũ copia quasi fungosus appellatus, cujus in finibus est ille vicus quem Herodotus Ardericã voce composita nominat, quasi fungosum & inanẽ dicas.

CAPUT X.

1 [1] HOc facto, introiens filius meus in thalamum suum, cecidit mortuus.

2 Quamobrem evertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, & continui me ad noctem usq; diei alterius.

3 Fuítque supersedentibus omnibus à consolatione mei ut quiescerem, fuit, inquam, ut surgens ea nocte fugerem, venirémque (ut vides) in hunc campum.

4 Nunc autem cogito non reverti in civitatem, sed hìc consistere; neq; comedere neq; bibere, sed sine intermissione lugendo jejunare usque dum moriar.

5 Omittens igitur sermones in quibus versabar, iratus respondi ei, dicens;

6 Tu mulierum omniũ stultissima; nónne vides luctum nostrum, & quæ nobis accidũt?

7 Tzijonem matrem nostram omni tristitia contristari, & depressione deprimi, & lugere validissimè,

8 Nos nunc lugere omnes, & tristes esse? quum autem nos omnes contristamur, tu an contristaberis de uno filio?

9 Interroga enim terrã, & dicit tibi se eam esse quæ debeat tam multorum lugere casus qui in ea pullulant;

10 Et omniũ qui ex ipsa ab initio nati sunt, & aliorum qui venturi sunt: nam ecce penè omnes in perditionem ambulant, & exitio traditur plurima pars eorum.

11 Utra igitur ampliùs lugere debet? hæc certè quæ tantam multitudinem perdidit magis quàm tu quæ pro uno doles.

12 Quòd si dixeris mihi, non est planctus meus similis planctui terræ; quoniam fructũ amisi ventris mei, quem cum mœroribus gestavi & cum doloribus peperi,

13 Terra autem pro modo terræ; sic abit ex ea multitudo præsens ut evenit antè.

14 Ego quoq; dicturus sum tibi; Sicut tu cum labore peperisti, sic etiam terra dat fructum suum homini ab initio, [2] ei qui infecit ipsam.

15 Nunc ergo contine apud te ipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerũt casus.

16 Si enim tamquã justis, acquieveris rebus à Deo determinatis, & consilium ejus percipies suo tempore, & istis in rebus laudaberis.

17 Regredere ergo in civitatem ad virum tuum.

18 Illa autem dicente mihi, non faciã, neque ingrediar civitatem; sed hic moriar.

19 Perrexi adhuc loqui ad illam, dicens;

20 Noli facere rem istam; sed assentire suadenti. Quot enim sunt casus Tzijonis? accipe consolationem propter dolorem Jeruschalaimorum.

21 Vides enim sanctuarium nostrum desolatum esse, & altare nostrum dejectum, templúmque nostrum destructum,

22 Psalterium nostrũ humi prostratũ esse; hymnũ conticuisse, exsultationẽ nostram dissolutã esse, ‖ lumẽ lychnuchi nostri exstinctũ; [3] arcam federis nostri direptã, loca sancta nostra cõtaminata, & nomẽ de quo vocati sumus penè profanatum; liberos itẽ nostros esse cõtumeliam passos, Sacerdotes nostros succisos,

[1] Pessimè distinguũtur hæc à præcedente cap. sed parum, ac potius nihil in eo situm est.

[2] amplificatio, q.d. homini, cujus viis corruptissimis, corrupta etiã est & inquinata terra in homines injustos beneficã.

‖ Jechezk. 7. 20 & 21.

[3] huic conveniat cum 2. Mac. 2.

Levitas nostros in captivitatem abductos, virgines nostras inquinatas, mulieres nostras vim passas, justos nostros direptos, parvulos nostros perditos, juvenes nostros in servitutem raptos, & fortes nostros infirmatos,

23 Et quod omnium est maximum, signaculum Tzijonis, [4] resignatā esse gloriam ipsius: nam tradita etiam est in manus eorum qui oderunt nos.

[4] i. Deo resignante & reserante libidini omnium expositam.

24 Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone à te dolorum multitudinem, ut tibi propitius Deus fortis requiem præstet tibi Altissimus, requiem à laboribus.

25 Fuit autem me alloquente eam, ut facies ejus repentè fulgeret, ac specie coruscus fieret aspectus ejus, adeò ut expavescens valde ab ea cogitarem quid illud esset.

26 Ecce autem subitò emisit sonum vocis magnum & ita formidabilē ut moveretur terra ipsa à sono mulieris.

27 Quumque respicerem, ecce mulier ampliùs non comparuit mihi; sed civitas ædificabatur & locus demonstrabatur à fundamētis magnus: & timens clamavi voce magna,

28 Et dixi, ubi est Uriel Angelus, qui principio venit ad me? nam ipse fecit ut venirem in tantum hunc excessum mentis, quo finis meus quem spectabam evanescit, & oratio mea efficitur ridicula.

29 Me autem proloquente ista, ecce venit ad me;

30 Et respiciens me quòd ecce jacerem ut mortuus, & intellectus meus abalienatus esset, prehendens dexteram meam confirmavit me, & statuens me in pedes meos dixit mihi,

31 Quid tibi est, quòd turbata est mens tua & sensus cordis tui? quid conturbaris?

32 Cui ego, quoniam, inquam, dereliquisti me, qui faciens secundùm sermones tuos veni in hunc campum: ecce autem videre mihi visus sum quæ non possum enarrare.

33 Ille autem dixit mihi; Sta viriliter, & docebo te.

34 Ego verò dixi, loquere, Domine mi, ad me; ne derelinquas me, ut non frustratus moriar.

35 Nam vidi quæ nesciebam, & audio quæ nescio:

36 Aut an falleretur sensus meus, & somniaret anima mea?

37 Nunc ergo oro te ut exponas servo tuo excessum istum. Qui respondens mihi dixit,

38 Audi me & docebo te exponens ea tibi à quibus metuis: nam Altissimus revelavit tibi mysteria multa:

39 Vidit rectam viam tuam, te sine intermissione fuisse contristatum pro populo tuo, & valde luxisse propter Tzijonem.

40 Hæc ergo intelligentia visionis quæ tibi apparuit paulò antè.

41 Quòd vidisti lugentem quam cœpisti consolari,

42 Nunc autem speciem mulieris ampliùs non vides, sed visa est tibi civitas ædificari;

43 Et quòd illa narrabat tibi de casu filii sui, hæc solutio est:

44 Hæc mulier quā vidisti est Tzijon, quam etiam modò conspicis ut civitatem ædificatam:

45 Quòd dixit tibi se fuisse sterilem [5] triginta annis, *dixit* propterea quod fuerūt anni triginta quando non erat adhuc oblata in ea oblatio.

[5] fabulæ tam stolidæ, quā stolida est, ea quæ sequitur typi accommodatio.

46 Sed fuit post annos triginta, ædificante Schelomone civitatem & oblationes offerente, tunc fuit quando peperit sterilis filium.

47 Quod dixit tibi se educasse eum cum labore, hi fuerunt habitatores Jeruschalaimorum.

48 Quod autem dixit tibi, filius meus veniens in thalamum suum mortuus est, & contigit ei casus; hæc est ruina Jeruschalaimorum quæ facta est:

49 Ecce autem vidisti similitudinem illius, & quum lugeret filium cœpisti consolari illam de iis quæ contigerant: hæc fuerunt tibi aperienda.

50 Nunc autem videns Altissimus te ex animo contristari, & ex toto corde condolere illi, ostendit tibi claritatem gloriæ illius, & pulcritudinem decoris illius:

51 Propterea enim edixeram tibi ut maneres in campo ubi domus non est ædificata.

52 Nam sciebam Altissimum cœpturum esse tibi ostendere hæc;

53 Propterea edixeram tibi ut venires in hunc agrum ubi nullum est fundamentum ædificii:

54 Nec enim poterat opus ædificii humani sustineri in eo loco, ubi incipiebatur ostendi civitas Altissimi.

55 Tu ergo noli timere, neque expavescat cor tuum, sed ingredere, & vide splendorem ac magnitudinem ædificii, quantum potest videre aspectus oculorum tuorum:

56 Posteà verò audies quantum auditus aurium tuarum audire potest.

57 Tu enim beatus es præ multis, & vocatus ab Altissimo quò alii pauci.

58 Nocte autem quæ in crastinum ventura est maneto hîc,

59 Et ostēdet tibi Altissimus eas visiones rerum extremarum quas efficiet Altissimus habitatoribus terræ ultimis temporibus:

60 Itaque dormivi illic ea nocte & altera, sicut edixerat mihi.

Caput XI.

1 [1] Tunc vidi somnium, quòd ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennatæ & capita tria.

[1] Hoc somnium explicatur cap. sequ. fabulasq; non paucas continet.

2 Vidi autem, quum ecce expanderet alas suas in omnem terram omnibus ventis cæli efflantibus in eam atque collectis,

3 Vidi, inquam, è pennis ejus nasci contrarias pennas, quæ in pennulas minutas & modicas evadebant;

4 Et capita ejus quiescebant, quorum medium erat majus aliis capitibus: ipsa itaque quiescebat cum illis.

5 Deinde vidi, quum ecce volasset aquila pennis suis, ut regnaret super terram & super habitatores ejus,

6 Vidi ei subjici omnia quæ sunt sub cœlo, & neminem ei contradicere, ne unam quidem è rebus creatis quæ sunt super terram.

7 Tum vidi quòd ecce surgens aquila in ungues suos, alloquuta est pennas suas, dicens,

8 Nolite omnes simul vigilare, dormite quæq; loco suo; & ad tempus vigilate:

9 Capita autem ultimo loco serventur.

10 Et vidi quòd ecce non prodibat vox è capitibus, sed è medio corpore ejus:

11 Et numeravi contrarias pennas ejus, quæ ecce erant octo.

12 Posteà vidi quòd ecce à dextera parte surgens

gens una penna regnavit super omnem terrã:

13 Fuit verò quum regnasset, ut adveniẽte ei fine nõ appareret locus ejus: & sequẽs exsurgens regnavit, & multum obtinuit tempus:

14 Sed fuit quũ regnasset, ut adveniente fine ipsius hęc non appareret sicut etiam prior.

15 Ecce autem vox emissa est ad eam, dicens,

16 Audi tu quę tamdiu obtinuisti terrã, hęc annuncio tibi antequàm incipias disparere:

17 Nemo post te obtinebit tempus tuum ac ne dimidium quidem illius.

18 Tum exsurgens tertia tenuit principatũ sicut & priores, & disparuit ipsa quoque.

19 Et sic contigit omnibus aliis sigillatim principatum gerere, ac deinde nusquam comparere.

20 Vidi enim quum ecce per tẽpus sequentes pennę erigerentur à dextera parte, obtinere ipsas quoq; principatum, & eas quæ obtinebant non tamen comparere illicò:

21 Et aliquas ex eis erigere quidem se, at principatum non obtinere.

22 Sic vidi posteà, quum ecce non comparerent duodecim pennæ, & duæ pennulæ,

23 Nihil superesse in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennulas.

24 Vidi autem quòd ecce à sex pennulis divisæ duæ manserunt sub capite quod erat ad partem dexteram, quatuor verò manserunt in loco suo:

25 Et vidi quòd ecce hæ quę aliis suberant cogitabant se erigere & obtinere principatus.

26 Nam vidi quòd ecce una erecta est, sed statim non comparuit:

27 Et sequentes etiam velociùs quàm priores non comparuerunt.

28 Tum vidi quòd ecce duæ quæ superarant, apud seipsas cogitabant etiam regnare:

29 Quum autem cogitarent de eo, ecce unum quiescentium capitum quod erat mediũ evigilavit (hoc autem erat duobus aliis capitibus majus)

30 Et vidi cõjunctis duobus aliis capitibus secum.

31 Quòd ecce conversum est caput istud cũ aliis prosequentibus ipsum, & comedit duas illas pennulas subjectas aliis quæ cogitabant regnare.

32 Hoc autem caput perterruit omnẽ terram & dominatum est in ea habitatoribus ejus cum labore multo; & dominium tenuit orbis terrarum supra omneis alas quæ fuerant.

33 Postmodum autem vidi, quòd ecce medium caput subitò disparuit, idque sicut alæ:

34 Superfuerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnaverunt super terram, & super habitatores ejus.

35 Et vidi quòd ecce devoravit caput dexteræ partis illud quod erat in læva.

36 Tunc audivi vocem dicentẽ mihi, Respice ex adverso tui, & considera quod vides.

37 Et vidi quòd ecce quiddam simile leoni concitato è silva rugienti; vidi, inquam, emittentem vocem humanam ad aquilam & loquentem, dicendo,

38 Audi tu, & eloquar ad te quæ dicit Altissimus tibi:

39 Nónne tu es illa quæ restas de quatuor illis animalibus quæ feci ut regnarent in seculo meo, idque ut posteos veniret finis temporum istorum?

40 Nam quartum veniens devicit omnia animalia quæ præterierant, & dominatu obtinuit seculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore gravissimo, & habitavit tamdiu orbem terrarum cum dolo.

41 Tu non judicasti terram ex veritate;

42 Sed afflixisti mansuetos, & læsisti quietos, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui ferebant fructum, & muros eorum qui non nocebant tibi dejecisti,

43 Adeò ut ascenderit contumelia tua usq; ad Altissimum, & superbia tua ad Deum fortẽ:

44 Respexit itaque Altissimus, superbiæ tempora, quæ ecce finita sunt, & scelera ejus completa.

45 Propterea tu ne appareto aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennulæ tuæ pessimæ, & capita tua maligna, & ungues tui pessimi, & totum corpus tuum vanum,

46 Ut [2] refrigeretur tota terra, & liberata à vi tua convertatur, & speret jus ac misericordiam ab eo qui fecit ipsam.

[2] ut 3. Hezræ 4. 62. metaphora convenientissima ab anhelis & ex labore fessis.

CAPUT XII.

1 HOc facto, quũ alloquutus esset leo his verbis aquilam, vidi,

2 Quòd ecce superesset caput, non autem cõparerent illæ quatuor alæ quę ad ipsũ transierant: nam erectæ fuerant ut regnarent, sed fuerat regnum earum exile & tumultu plenũ.

3 Vidi autem quum ecce non comparerẽt illę, totum corpus aquilę incendi: unde expavit terra valde, & ego ex tumultuatione ac excessu mentis metúque magno evigilavi, & dixi spiritui meo;

4 Ecce tu præstas mihi hæc, eo quòd scrutaris vias Altissimi:

5 Ecce adhuc sum defessus animo, & spiritu meo infirmus valde, ne modica quidem inest mihi virtus à timore multo quo expavi nocte hac.

6 Nunc ergo orabo Altissimum, ut me ad finem usque confirmet.

7 Tum dixi, Domine Jehova, si inveni gratiam in oculis tuis, si justus effectus sum apud te præ multis, & si certè ascendit oratio mea in conspectum tuum;

8 Confirma me, & ostende mihi servo tuo interpretationem distinctam visi horribilis istius, ut plenissimè consoleris animam meam:

9 Nam dignum me habuisti cui tempora ultima ostenderes.

10 Ille autem mihi, [1] hæc est, inquit, interpretatio visionis hujus:

11 Aquila quam vidisti ascendentem è mari, regnum illud est quod visione visum est Danijeli fratri tuo:

12 Sed non est illi data interpretatio, nunc autem sum interpretaturus tibi.

13 Ecce dies veniunt quum exsurget regnum super terram, à quo erit vehementior metus quàm ab omnibus regnis quæ fuerint antę ipsum.

14 Regnabunt autem in eo Reges duodecim unus post alterum:

15 Qui verò secundus incipiet regnare, is plus temporis obtinebit quã ullo è duodecim.

16 Hæc est interpretatio duodecim alarũ quas vidisti.

17 Quòd autem vocem quæ loquuta est audisti non è capitibus ejus exeuntem, sed è medio corpore ejus,

[1] Si quis in summo otio volet negotiosus esse, poterit hanc interpretationẽ ad historias utcumq; pertrahere: sed quid opus est tantam operã in opere tam fabuloso consumere? Hic certè nimis prædicat laudes suas quũ Danijeli seipsum anteponit; & ne fariè quoque mẽtitur, quũ datam visi interpretationem Danijeli negat. Ego verum & fructuosum Danijelis agrum, quam hunc fallacẽ & sentico sum malo colere.

18 Hæc est interpretatio; post tẽpus regni illius nascentur cõtentiones non modicæ, periclitabitúrq; ut cadat; non tamen cadet tunc, sed iterum restituetur principio suo.

19 Quòd vidisti pennulas octo subjectas alis cohærentes alis ejus.

20 Hæc interpretatio: exsurgẽt in ipso Reges octo, quorũ erunt tẽpora brevia & citati anni: ac duo quidem ex ipsis peribunt statim;

21 Appropinquante verò tempore, quatuor diutius servabuntur medio tempore, quũ incipiet appropinquare tempus ejus ut finiatur; duo verò in finem servabuntur.

22 Et quòd vidisti tria capita quiescentia,

23 Hæc interpretatio: ultimis temporibus ejus suscitabit Altissimus tria regna in quę reducturus est multa alia, & dominabuntur terræ, atque habitatoribus ejus;

24 Infestantia eos labore graviore quàm præcedentia: propterea vocati sunt Reges capita aquilæ.

25 Isti enim sunt qui recolligent impietates illius, & qui perficient extrema illius.

26 Quòd vidisti caput maximum disparuisse, hæc interpretatio; unus ex eis super lecto suo morietur, sed tamen cum tormentis.

27 Duos autẽ qui perstiterint gladius consumet:

28 Unius enim gladius consumet alterum, sed tamen ille quoque gladio tandem cadet.

29 Quòd vidisti pennulas duas subjectas alis trajicere subter caput quod erat in parte dextera:

30 Hæc est interpretatio: hi sunt quos servavit Altissimus in finem suum, non est regnum exile, & tumultu plenum.

31 Quòd etiam audivisti leonem, quem videras evigilantem progressum de silva, rugiẽtem, alloquentem aquilam, & arguentẽ eam factáq; injusta ejus omnibus sermonibus suis, sicut audisti:

32 Hic est Spiritus quem servavit Altissimus in finem cõtra eos & impietates eorum, ut arguat eos, & eis objiciat in os dilaniationes eorum.

33 Sistet enim eos in judicio vivos: erítque postquam arguerit eos, ut tunc demum corripiat eos.

34 Nam residuũ populum meum liberaturus est à miseria, qui servati fuerint in finibus meis, & exhilarabit eos usq; dũ finis adveniat, dies judicii de quo ab initio loquut⁹ sum tibi.

35 Hoc somnium quod vidisti, & hę interpretationes illius.

36 Tu verò solus fuisti dignus qui hoc secretum scires Altissimi.

37 Scribe ergo omnia hæc in libro quę vidisti, & pone ea in loco abscondito:

38 Et docebis ea sapientes populi tui, quorum animos scis posse capere & servare secreta hæc.

39 Tu autem adhuc sustine hìc alios dies septem, ut tibi ostẽdatur quicquid visum fuerit Altissimo ostẽdere tibi. Ita profect⁹ est à me.

40 Fuit autem quum audisset omnis populus præteritis septem diebus me non fuisse reversum in civitatem, ut [2] congregati omnes æquè parvi ac magni venirent ad me, & alloquerentur me dicentes,

[2] vide suprà in 3. 1.

41 Quid peccavimus in te? quid injustè egimus in te, quòd derelictis nobis sedisti in loco hoc?

42 Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, ut botr⁹ è vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut in portu navis servata à tempestate.

43 An non sufficiunt nobis mala quę contigerunt?

44 Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis fuisset melius succensos fuisse nos quoq; cum Tzijonis incendio?

45 Nec enim sumus meliores eis qui ibi mortui sunt: & ploraverunt voce magna.

46 Respondens autem eis dixi, conside Jisrael & noli contristari tu domus Jaakobi:

47 Est enim memoria vestri coram Altissimo, & Deus fortis non obliviscitur vestri in tentatione:

48 Ego verò non dereliqui vos, neq; discessi à vobis; sed veni in hunc locum ut deprecarer pro desolatione Tzijonis, ut quærerem misericordiam pro oppressione sanctificationis vestræ.

49 Nunc ergo abite unusquisq; vestrum in domum suam: ego autem veniam ad vos post dies istos.

50 Et profectus est populus, sicut dixeram ei, in civitatem:

51 Ego autem sedi in campo septẽ diebus, sicut mihi mandavit Deus, comedens solummodò de floribus agri: ex herbis fuit esca mihi in diebus illis.

Caput XIII.

1 Fuit autem post dies septem ut nocte somniarem somnium.

Quòd ecce de mari quidã ut ventus exsurgebat, & conturbabat omneis fluctus ejus.

3 Vidi autem quòd ecce invalescebat ille homo cum millibus cælitum: & quocumque vultum suum vertebat ut consideraret, tremebant omnia quæ ab eo respiciebantur:

4 Et quocumq; exibat vox ex ore ejus, exardescebãt omnes qui audiebant vocem ejus, sicut ardet [1] terra quando sentit ignem.

[1] i. res terrestres, metonymicè

5 Et vidi posteà, quum ecce cõgregaretur multitudo hominũ innumera è quatuor partibus cæli, ut debellarent hominem qui ascẽderat è mari,

6 Vidi quòd ecce sibi ipsi exsculpsit montẽ magnum, & volavit super eum.

7 Ego autem quæsivi regionem videre vel locum unde mons exsculptus esset, nec tamẽ potui.

8 Deinde vidi quòd ecce omnes qui cõgregati fuerunt in eum ut expugnarent eum, timebant valde, & tamen ausi sunt pugnare.

9 Ecce autem ut vidit impetum multitudinis venientis, non extulit manum suam, neq; frameam prehendit, neq; aliquod instrumẽtum bellicum; sed solummodò, ut vidi,

10 Emisit ex ore suo sicut flatum ignis, & è labiis suis spiritum flãmæ, & è lingua sua scintillantes procellas; quę commista sunt omnia simul, flatus ignis, spiritus flammæ, & multitudo procellarum,

11 Quæ irruit impetu super multitudinem paratam ad pugnandum, & succendit omnes adeò ut repentè nihil videretur de innumera illa multitudine, nisi pulvis solùm & fumus odorem mittens: atq; hæc videns extimui.

12 Posteà verò vidi hominẽ illum descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem alteram pacificam:

13 Acces-

13 Accessitque ad eum species hominum multorum quorumdam gaudentium, & quorumdam dolẽtium, quorum alii erant alligati, alii adducebant ex iis quæ offerri solent: & infirmatus sum ex pavoris multitudine, & expergefactus dixi,

14 Tu ab initio demonstrasti servo tuo res istas mirabiles, & dignum me habuisti cujus precationem susciperes:

15 Nunc ergo demonstra mihi adhuc interpretationem somnii istius.

16 Nam sicut existimo ex sensu meo, [2] væ iis qui derelicti fuerint diebus illis; & multo ampliùs væ illis qui non fuerint derelicti:

17 Qui enim non fuerint derelicti, tristiores erunt.

18 Intelligo nunc quæ sint reposita in dies ultimos, ut his obveniant & iis qui derelicti fuerint:

19 Propterea enim venerint in pericula magna & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.

20 Attamen facilius est periclitantem venire in hunc diem, & tunc videre quæ contingent tempore ultimo, quàm pertransire sicut nubem à seculo.

21 Ille autem mihi respondens, dixit; & visionis interpretationem dicam tibi, & de quibus loquutus es hæc adaperiam tibi.

22 Quòd de iis dixisti qui derelicti fuerint, hæc est interpretatio:

23 Qui perfert periculum, in illud temp[9] hic se custodivit; & qui in pericula inciderunt, hi sunt qui habent opera & fidem apud Altissimum.

24 Scito ergo beatiores esse qui derelicti fuerint iis qui sunt mortui.

25 Hæ interpretationes visionis: quod vidisti virum ascendentem è medio maris,

26 Is est quem conservat Altissimus multis temporibus, qui per seipsum liberaturus est creaturas suas, & ipse disposituru iis qui derelicti sunt fedus.

27 Quòd autẽ vidisti de ore ejus exire sicut flatum & ignem & procellam,

28 Et quòd non tenebat frameam, neque instrumentum bellicum; corrupit impetus ejus multitudinem quę venerat ad oppugnandum eum; hæc est interpretatio:

29 Ecce dies veniunt quãdo incipiet Altissimus liberare eos qui sunt super terram,

30 Et veniens excessum mentis afferet iis qui inhabitant terram:

31 Et cogitabunt debellare alii alios, civitas civitatem, & locus locũ: gens insurget adversus gentem, & regnum adversus regnum.

32 Erit autem quum fient hæc & contingent signa quæ antè ostẽdi tibi, ut tunc revelletur Filius me[9] quem vidisti ut virum ascendentem.

33 Eritq; quando audierint omnes gentes vocem ejus, ut derelinquat unusquisq; bellum suum quod habuerint inter se,

34 Et colligatur in unum multitudo innumerabilis, ut volentium venire & expugnare eum.

35 Ipse autem stabit super cacumen montis Tzijonis.

36 (Tzijon enim procedet ostendetúrque omnibus parata & ædificata, ut vidisti mõtem sculpi sine manibus)

37 [3] Et ipse Filius meus arguet impietates gentium quas adinvenerunt, malis quæ cum procella comparãtur; & mala cogitata eorum cruciamentis quibus incipient cruciari, assimilatis flammæ;

38 Et perdet eos sine labore per Legẽ quæ igni assimilata est.

39 Quòd autem vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam;

40 Hæ sunt decem tribus captivę abductæ è terra sua diebus Hoschea Regis, quem captivum abduxit Schalmanasar Rex Assyriorum; quę deportatę cis flumen posteà translatæ sunt in [4] terram aliam.

41 Ipsi autem sibi ceperunt hoc consilium, ut derelinquerẽt multitudinem gẽtium profecti in ulteriorem regionem ubi nunquam genus humanum habitavit,

42 Et ibi observarent legitima statuta sua, quæ non observaverant in regione sua.

43 Per introitus autem fluminis Euphratis angustos introierunt.

44 (Fecit enim eis tunc Altissimus signa, sistens uenas fluminis usq; dum transivissent)

45 Et in eam regionem pervẽturis fuit via magna, iter anni unius & dimidii: regio autem illa vocatur [5] Harschareth.

46 Tunc habitaverunt ibi ad tẽpus usq; ultimum: nunc autem quum incipient reverti,

47 Iterum Altissimus sistet venas fluminis ut possint transire: propterea vidisti multitudinem cum pace ambulantem,

48 Sed & qui derelicti fuerint è populo tuo, qui invenientur intra terminum meum,

49 Fiet ergo quũ incipiet perdere multitudinem earum gẽtium quę collectę fuerint, ut protegat eos qui è populo superfuturi sunt;

50 Et tunc ostendat eis multo plura portenta.

51 Ego verò dixi, Domine Jehova, ostende mihi cur viderim virum ascendẽtem è medio maris.

52 Et ille mihi, Sicut non potes, inquit, vel scrutari vel scire quæ sunt in profundo maris; sic non poterit quisquam super terram videre Filium meũ vel eos qui cum eo sunt, nisi tempore & die illo.

53 Hęc est interpretatio somnii quod vidisti, & propter quod illuminat[9] hic fuisti solus.

54 Nam dereliquisti viam tuam, & in meã incumbens legem quæsivisti eam,

55 Vitámq; tuam disponens sapienter, [6] illam ex animo tuo vocasti matrem.

56 Ac propterea ostenditur tibi merces apud Altissimum: erit enim post tres dies alios; ut apud te alia proloquar, exponámq; tibi [7] res graves & mirabiles.

57 Profectus itaq; perrexi in campum, glorificans multùm & laudans Altissimum de rebus mirabilibus quas suo tempore facit,

58 Quòd gubernet tempus & quæ accidũt temporibus; & resedi illic tribus diebus.

CAPUT XIIII.

1 FUit autem die tertio quum sederem sub quercu, ut ecce vox exiens ad me[1] è rubo diceret, Hezra Hezra;

2 Cui dixi, Ecce me Domine, & surrexi in pedes meos.

3 Tum ille mihi, Planè revelatus sum super rubũ, & alloquutus sum Moschen, quando populus meus serviebat in Ægypto,

[2] hæc non imprecãtis sunt, sed prophetantis verba: gravis quidẽ, inquit, eorum conditio futura est qui tum vivẽt; sed eorũ adhuc gravior qui antè sublati fuerint: illi enim ut procellis agitentur, videbunt tamẽ regnum Dei: hi verò præripiẽtur morte & calamitatibus ne videant illud.

[3] hunc & sequentem versum imperitia librariorum corruptissimũ sic restitui oportuit ex ℣. 10.

[4] i. (inquiunt Judæorum fabulæ) transmõtes Caspios, ubi regnũ est amplissimũ quod fluvio Schabbatjone disterminatur à reliquis gentibus: ut tradunt ipsorum libri, & docet historia illius mõstri quod memoria nostra per Carolum V. Cæsarem pœnas Mantuæ in Italia dedit suæ impietatis & perfidię; nempe Schelomonis Regis, ut se agyrta ille prædicabat. En impiam falsámque historiã hoc prophetico (si credere fas est) libro cõfirmatam & ab auctore explicatam usque ad ℣. 48. Qui librũ hunc mirantur & prò divino habẽt, agnoscant ex hoc saltem loco, à quo spiritu isthæc adhos allata sint: hęc enim verba ementiuntur planè veritatem Dei aliis in libris authẽticis ab ipso Hezra traditam.

[5] i. mons ministerii seu montosa regio, in qua cultus Dei institutus & observatus est. Hebræa appellatio. Etsiquidsi corruptè est Eretz Ararat, id est, regio Armeniæ. Docti viderint.

[6] nempe legẽ meam.

[7] scilicet ad imitationem Moschis: ut iste videri voluit.

[1] Scilicet è cælo hic Moses descenderat alter: nam in tota hac narratione sua Mosen simulat, ut mendaciis suis conciliet fidem.

4 Et mittens eum eduxi populum meum ex Ægypto, & adducens eum super montem Sinai, detinui eum apud me diebus multis,

5 Et enarrans ei res multas admirabiles, ostendi ei temporum arcana & finem.

6 [2] Ac præcepi ei dicens, hæc palàm facies verba, & hæc abscondes.

7 Nunc quoque edico tibi,

8 Signa quæ demonstravi, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas audisti in corde tuo repone.

9 Tu enim recipieris ne omnia videas, adducêris reliquus factus cõsilio meo cum similibus tui usq; dum finiantur tempora:

10 Quoniam seculo periit juventus sua, & tempora propè est ut senescant.

11 Nam in duodecim partes divisum est seculum, cujus transierunt decem, & dimidium partis undecimæ:

12 Supersunt autem ei quæ subsequuntur medium partis undecimæ.

13 Nunc ergo dispone domum tuã, & corripe populum tuum, ac consolare humiles eorum,

14 Et renuncians jam corruptelæ dimitte abs te mortales cogitationes, abjicéns q; à te pondera humana, exue te jam infirma natura, ac reponẽs seorsim molestissimas tibi cogitationes, festina migrare ab his temporibus:

15 Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum his deteriora facient.

16 Nam quo invalidius fiet seculum à senecture, eo multiplicabũtur ampliùs in habitatores mala.

17 Longiùs enim abibit veritas, & appropinquabit mendacium: jam autem festinat venire illa visio quam vidisti.

18 Ego verò respondens dixi, Placeant hęc coram te, Domine.

19 Ecce enim ego abiens, sicut præcepisti mihi, corripiam præsentem populum: qui autem deinceps nati fuerint quis commonebit?

20 Positum est ergo seculum in tenebris, & habitatores ejus sunt sine lumine;

21 [3] Quoniam lex tua exusta est: quamobrem nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient fieri opera,

22 Si ergo inveni apud te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum ut scribam quicquid fuit factũ in seculo ab initio, quæ fuerũt scripta in Lege tua, ut possint homines invenire semitam tuam; & qui voluerint vivere ultimis temporibus, vivant.

23 Respondens itaq; mihi dixi, Abi congregà populum, & indicito eis ut non querãt te diebus quadraginta.

24 Tu autem præpara tibi [4] libros multos; & accipiens tecum Serajam, Debarjam, Schelemjam, Echanum & Chatzielem, hos quinque viros paratissimos ad scribendum velociter, advenito huc;

25 Et ego accẽdam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non exstinguetur donec finita sint quæ inceperis scribere.

26 Iisque perfectis quædam palàm facies, quædam sapientibus occultè trades: in crastinum autem hac hora incipies scribere.

27 Tunc ego profectus sicut præceperat mihi, congregavi omnem populum & dixi,

28 Audi Jisrael verba hæc,

29 Peregrinati sunt majores nostri olim in Ægypto, & liberati sunt inde,

30 Et acceperunt Legem vitæ quam non custodiverunt, & quã vos sequẽtes eos transgressi estis.

31 Traditáq; vobis terra in sortem & monte Tzijonis, & patres vestri & vos iniquè fecistis, ac non observastis vias quas præcepit vobis Altissimus:

32 Qui cùm justus sit judex, abstulit vobis ad tempus quod donaverat.

33 Et nũc vos hìc estis, & fratres vestri sunt [5] ulterius quàm vos.

34 Si ergo imperantes sensibus vestris erudiveritis cor vestrum, vivi conservabimini, & post mortem misericordiam consequemini.

35 Judicium enim post mortem adveniet, quando iterum reviviscemus; atq; tunc justorum nomina apparebunt, & impiorum facta ostendentur.

36 Ad me verò nemo jam accedat, neque requirat me in dies quadraginta.

37 Ita acceptis quinq; viris sicut mandaverat mihi, profecti in campum mansimus illic.

38 Fuit autem postridie ut ecce vox me vocaret, dicens, Hezra aperi os tuum, & bibe quod bibendum tibi dedero.

39 Me itaq; aperiente os meum, ecce calix plenus porrigebatur mihi, plenus rei liquidæ sicut aqua, sed colore igneo:

40 Quem accipiens bibi; quúmq; bibissem ex eo, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectore meo intumescebat sapientia, quam spiritus meus voluit conservare memoriæ.

41 Quapropter ubi apertũ fuit os meum, non fuit clausum ampliùs;

42 Sed ut Altissimus dederat intellectum quinq; illis viris, scripserunt ea quæ dicebãtur excessu mentis, & quæ non intelligebant:

43 Ac nocte quidem sumebant cibum; ego verò per diem loquebar, & per noctem non tacebam.

44 Sic fuerunt scripti per quadraginta dies libri [6] ducenti quatuor.

45 Fuit autem completis quadraginta diebus,

46 Ut loqueretur Altissimus dicens, Quæ priora scripsisti propone palàm, ut legãt digni & indigni;

47 Posteriores verò septuaginta conserva, ut tradas eos sapientibus è populo tuo:

48 In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Atq, ita feci.

CAPUT XV.

1 [1] ECce eloquere in aures plebis meæ sermones Prophetiæ quos immisero in os tuum, ait Dominus,

2 Et fac ut inscribantur chartę; nam fideles & veri sunt.

3 Ne timeas à cogitationibus adversum te, nec cõturbent te incredula verba obloquentium:

4 Quoniam omnis incredulus in sua incredulitate morietur.

5 Ecce ego induco, ait Dominus, in orbem terrarum mala, gladium, famẽ, mortémque, & interitum.

6 Quia polluit vehementissimè omnem terram iniquitas, & completę sunt noxiæ illorum.

7 Propterea sic ait Dominus,

8 Jam non silebo de impiis factis istorum quæ

[2] Pentateuchum quidẽ habemus, sed librũ qui hæc doceat minimè. Hæc & sequẽtia multa nõ Prophetà aut Sacerdos Dei, sed lymphatus ẽnunciaturus est.

[3] Jã sequitur blasphema & cõtumeliosa in Dei Ecclesiam fabula; amissa esse omnia exẽpla Legis, hũc verò Moschem alterũ eã restituisse quũ 40. dierum spatio jejunaret: quasi verò neq; in tota deportata multitudine, neq; in Jehudęa fuisset pius aut Propheta quisquam, à quo unũ Legis exemplũ fuisset asservatum. Vide sententiã nostram suprà in 4. 23.

[4] sic lego ex ℣. 44. intelligit autẽ cortices ad scribendũ pugillares, id est, pyctatia, unde vocẽ buxi in vulgatis libris corruptã reor.

[5] nempe trans montes Caspios & Imaũ, si credere fas est: vide sup. 13. 40.

[6] nempe 136. libri documẽtorum, quos ego quidem minimè desideraverim, & 70. libri mysteriorũ, quibus fortè Elixir ostẽdebatur Chymisticis, & quintæ essentiæ pervestigãdæ ac consequendæ ratio; ℣. 47. & 48.

[1] Vidẽtur hæc duo capita ea summatim exponere q̃ 136. libris continebantur: nam ut in versus distributa sũt proximè ad numerum eumdem accedũt, maximè si quatuor versus primos qui ad rem illam propriè non pertinẽt exceperis.

quæ irreligiosè agunt, nec tolerabo in iis quæ iniquè exercent: ecce sanguis innoxius & justus inclamat me, & animæ justorum clamant indesinenter.

9 Planè sumam vindictam de istis, ait Dominus, & recipiam omnem sanguinem innoxium ab istis ad me.

10 Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur:[2] jam non patiar illum habitare in terra Ægypti;

[2] his quàm bene conveniat cum Jirmejæ 44. pius lector, obsecro, judicet.

11 Sed educam eum manu forti & brachio excelso, & percutiēs plaga sicut priùs corrumpam omnem terram ejus.

12 Lugebit Ægyptus cum fundamētis suis, verberata plaga & castigatione quas inducet ei Deus.

13 Lugerunt agricolæ arantes terrā, quoniam deficient semina ipsorum ab uredine & grandine, & à sideratione terribili.

14 Væ huic seculo, & iis qui habitant in eo;

15 Quia appropinquavit gladius & contritio eorum: nam gens exsurget contra gentem ad prælium cum gladio in manibus suis.

16 Nec erit stabilitas inter se hominibus, nec curabūt alii invalescentes aliis Regem suum & Principes; sed vias rerum gerendarum statuent in potentia sua,

17 Adeò ut desiderans homo in civitate sua ire, non possit.

18 Nam propter superbiam eorum civitates turbabuntur, domus evertentur, homines metuent.

19 Nō miserebitur homo proximi sui propter famem panis & tribulationem multam, delendo gladio domos eorum, & diripiendo facultates eorum.

20 Ecce ego convoco, inquit Deus, omnes Reges terræ ad reverendū me, qui sunt ab Occidente, ab Austro, ab Euro, & à Libano, ut convertentes se reddant quæ ademerunt illis:

21 Sicut faciūt adhuc electis meis, sic faciēs reddam in sinum eorum, ait Dominus Jehova:

22 Non parcet dextera mea peccatoribus, nec cessabit gladi[9] irruere in effundentes sanguinem innoxium super terram,

23 Exiēs ignis ab ira ejus devorabit fundamēta terrę, & peccatores ut stramē accensum.

24 Væ eis qui peccant & non observant mandata mea, ait Dominus:

25 Non parcam illis: discedite filii à potestate illorum, nolite cōtaminare sanctuarium meum:

26 Quoniam novit Dominus omneis qui delinquunt in ipsum, propterea tradidit illos Deus morti & occisioni, dicens,

27 Jam ecce venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis: nō enim liberabit vos Deus propterea quòd peccastis in eū.

28 Ecce visio horribilis, cujus aspectus est ab Oriente.

29 Nam exibunt nationes [3] deserta colentium Arabum cum multis curribus; & sicut ventus, eorum numeri ferentur super terram adeò ut etiam timeant trepidéntq; omnes qui de illis audient:

[3] Dracones interpres reddidit non intellecta Hebræa voce quæ habetur Jescha. 13. 21. sic ℣. 31. Qui hæc volet interpretari, ad Characenos referat: verùm facessāt somnia.

30 Carmanii quoq; insanientes ira exibūt ut apri è silva, & advenientes cum copiis magnis consistent in bello conjuncti illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum,

31 Posteà verò supervalescent incolæ deserti memores ortus sui, & conversi conspirabunt ad persequendum eos copiis magnis:

32 Ii autem turbati quiescent à copiis horum, & convertent se in fugam.

33 Tunc à regione Assyriorum subsessor veniens obsidebit eos, & consumet unum ex eis, erítq; timor & tremor in exercitu eorum & contentio in Reges ipsorum.

34 [4] Ecce nubes ab Oriente & à Septemtrione ad Meridiem usque, quarum aspectus horret valdè, plenus iræ procellarūmque:

[4] hęc de Cyro cōmodè possunt accipi.

35 Et collidentes inter se elident sidus amplum quod super terram est, sidus istorum; erítq; sanguis à gladio fusus ad ventrem usque,

36 Et fimus hominis usq; ad avertā cameli: erítq; timor & tremor multus super terram:

37 Et horrebunt qui iram illam viderint, & tremor occupabit illos.

38 Postmodùm enim movebuntur nimbi copiosi à meridie & Septemtrione, & pars alia ab Occidente,

39 Invalescéntq; insuper venti ab Oriente; & nubes quas suscitabit in ira Deus recludent eos, & sidus eorum perterrefaciens Orientis & Occidentis tractum violabitur:

40 Et exaltabuntur nubes magnæ validæque plenæ ira, & sidus earum, exterrituræ omnem terram & habitatores ejus, effusuræq; in omnem locum altum & eminentem sideratione terribilem,

41 Ignem, & grandinē, & gladios volātes, & aquas multas, adeò ut etiam impleantur oēs cāpi, omnésq; rivi plenissimè, *ut* aquis multis.

42 Et demolientur civitates, & muros, & montes, colléisque, & ligna silvarum, fœnúmque pratorum, & frumenta agrorum:

43 Et transibunt constanter Babylonem usque, ac eam exterent.

44 Convenient in eam, & circumsidentes eam effūndent sideratione omnemq; iram super eam, & subeunte pulvere ac fumo in cælum usque omnes in circuitu lugebunt eam:

45 Qui verò sub ea manserint servient iis qui extriverint ipsam.

46 Tu autem Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ ejus,

[5] nam Gygadibus Asiæ tū imperātibus fedus erat cū Babylonio, ut ostēdimus Jirmejæ 50.

47 Væ tibi misera, propterea quòd imitata es eam ornans filias tuas ad scortationem, ut placerent & gloriarentur de tuis amatoribus qui tecum semper cupidè scortati sunt.

48 Exosam imitata es in omnibus operibus ejus, & inventionibus ejus: propterea, inquit Deus,

49 Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, famem, gladium, & pestem ad devastandum domos tuas violenta morte.

50 Gloria virtutis tuæ sicut flos siccabitur, quum exsurget ardor emissus super te,

51 Infirmaberis ut paupercula plagis affecta & castigata à mulieribus, ut non possint te ampliùs suscipere potentes amatores tui.

52 Numquid ego sic ductus zelotypia tecum agerem, inquit Dominus,

53 Nisi occidisses electos meos omni tempore, ad percutiendum extollens manus,

54 Et [6] dicens, in morte eorum quum inebriata esses, exorna speciem vultus tui?

[6] i. tibi ipsi ex maleficio gratulans.

55 Merces scortationis tuæ in sinu tuo est, propterea accipies retributionem.

56 Sicut facis electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus & exponet te malo:

57 Et nati tui fame interibunt, & tu gladio cades, & civitates tuæ atterentur, & homines omnes tui in campo concident gladio:

58 Et qui erunt in montibus, pereuntes fame manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent ex fame panis & siti aquæ.

59 Infelix per maria ibis, & rursum accipies mala:

60 Nam transeuntes allidēt civitatis accisæ incolas, & exterentes aliquam portionē terræ tuæ partem gloriæ tuæ perdent, quum revertentur rursum ad Babylonem [7] eversam.

[7] i. quam dixi evertendam esse: nā alioqui priùs Asia fuit domita quam obsideretur Babylon.

61 Destructaq; illis eris pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:

62 Absument enim te & civitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes silvas tuas, fructiferasq; arbores comburent igne:

63 Filios tuos captivos ducent; & censum tuum habentes in prædam, perdent gloriam faciei tuæ.

Caput XVI.

[1] Transitio ad alteram prophetiam. q. d. ut væ tibi, ô Babel & Asia, futurum est, sic etiam Ægypto & Syriæ.

1 [1] Væ tibi Babylon, & Asia: væ tibi Ægypte & Syria.

2 Præcingite vos saccis & ciliciis, plangite filios vestros & dolete, quoniam appropinquavit contritio vestra.

3 Immisso vobis gladio, ecquis est qui avertat illum?

4 Immisso in vos igne, ecquis est qui exstinguat illum:

5 Immissis in vos malis, ecquis est qui repellat ea?

6 Numquid repulsurus esset aliquis leonē esurientem in silva? aut mox exstincturus esset ignem in stipula quum cœpit ardere?

7 Numquid repulsurus esset aliquis sagittam immissam à forti sagittario?

8 Dominus Deus fortis immittit mala, ecquis est qui repellat ea?

9 Exit ignis ex ira ejus, ecquis est qui exstinguat eum?

10 Coruscat, ecquis non timebit? tonat, ecquis non pavebit?

11 Domino comminante ecquis non funditus conteratur à facie ipsius?

12 Terra tremit & fundamenta ejus, mare fluctuat è profundo, & fluctus ejus disturbantur ac pisces ejus à facie Domini, & à gloria virtutis ejus.

13 Quoniam fortis est dextera ejus quę arcum tendit, sagittę ejus acutæ quę ab ipso mittuntur, non deficient quum cœperint mitti in fines terræ.

14 Ecce mittuntur mala, & non avertētur donec supervenerint terræ:

15 Ignis succenditur, & non exstinguetur, donec consumat fundamenta terræ:

16 Quemadmodum non redit sagitta missa à valente sagittario, sic non revertentur mala quæ missa fuerint in terram.

17 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit diebus illis?

18 Initium dolorum, & multi erunt gemitus; initium famis, & multi interitus; initium bellorum, & formidabunt potentissimi; initium malorum, & trepidabunt omnes in eis.

19 Quid faciā, quum evenerint mala ista?

20 Ecce fames, & plaga, tribulatióq; & angustia, missa sunt flagella ad emendationem:

21 Sed his omnibus nō revertentur ab iniquitatibus suis, sed erunt flagellorum semper immemores.

22 Ecce ut fuerit annonę vilitas in terra adeò ut sibi putent dispositam esse pacem, tunc pullulabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio:

23 A fame enim plurimi interibunt habitatores terræ, & gladius perdet cęteros qui superfuerint à fame;

24 Et mortui sicut stercora projicientur & non erit qui consoletur eos: nam derelinquetur terra deserta, & civitates ejus dejicientur.

25 Non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet in ea:

26 Arbores dabunt fructus, sed quis demeteret illos?

27 Uva maturescet, sed quis calcaret illā? erit enim locis omnibus magna desolatio.

28 Cupiet enim homo videre hominem, & vel vocem ejus audire.

29 Nam reliqui fient è civitate deni, & bini ex agro, qui abscōderint se in densis nemoribus & scissuris petrarum:

30 Quēadmodum derelinquūtur in oliveto singulis arborib. ternæ aut quaternę olivę.

31 Aut sicut in vinea vindemiata reliqui fiunt racemi ab iis qui diligēter scrutātur vineā;

32 Sic reliqui fiēt diebus illis terni aut quaterni à perscrutantibus domos ipsorū gladio,

33 Et relinquetur terra deserta, & agri ejus veterascent, & vię ejus omnesque semitæ germinabunt spinas, eò quòd non transibunt homines per eam.

34 Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habētes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adjumentū.

35 Sponsis earum bello consumtis, & viris earum attritis fame.

36 Audite verò ista, & cognoscite ista, ò servi Domini.

37 Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis, in quos dicit Dominus,

38 Ecce appropinquant mala, & non tardant.

39 Quemadmodū prēgnans quum paritura est à nono mēse partū suum; appropinquāte hora partus ejus, ante horas duas vel tres, dolores circumeunt uterum ejus, & proditurо infante ex utero non tardāt punctum unum:

40 Sic non morabuntur mala proditura super terram; sed gemet seculum, & dolores comprehendent illud.

41 Audite verbū plebs mea: parate vos ad pugnam, & in malis sic estote ut advenę terrę:

42 Qui vendit, quasi qui fugiat; & qui emit, quasi perditurus:

43 Qui mercatur, quasi non capturus fructum: qui ædificat, quasi non habitaturus:

44 Qui seminat, quasi nō messurus: & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus:

45 Qui nubunt, quasi nō genituri liberos: & qui non nubunt, quasi vidui.

46 Propterea quòd qui laborant, laborāt frustrà.

47 Fructus enim illorum metent alienigenæ, & substantiam illorū rapient domos, evertent, & liberos eorum captivos ducent; quia in captivitatem & famem gignunt natos suos.

48 Nam qui negotiātur ex rapina, quo magis exornāt civitates & domos suas, possessionesque & seipsos;

49 Eo magis persequar ipsos zelotypia pro peccatis ipsorum, ait Dominus.

50 [2] Quomodo invidet adulteræ mulier honesta & proba valde;

[2] hunc locū sic legi ut reposuimus, omnino postulat comparatio.

51 Sic invidēs justitia iniquitati quòd exornat

nat se accusabit eam in os, quum advenerit is qui prohibet omne peccatum accusari super terram.

52 Propterea nolite imitari illam, neq; opera illius:

53 Nam adhuc pusillum, & sublata iniquitate è terra justitia regnabit in vos.

54 Ne dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis accendet super caput suũ qui dicit, non peccavi coram Domino Deo & gloria ipsius.

55 Ecce Dominus cognoscit omnia opera hominum, & inventiones, cogitationésque, & corda illorum.

56 Dixit enim, fiat terra, & facta est; fiat cælum, & factum est;

57 Et verbo illius stellæ constitutę sunt, & novit numerum stellarum;

58 Qui scrutatur abyssum quamq; & thesauros illarum, qui mensus est mare & conceptaculum ejus,

59 Qui conclusit mare inter aquas, & suspendit terram super aquas verbo suo,

60 Qui extendit cælũ ut cameram, super aquas fundavit ipsum,

61 Qui fecit in deserto fontes aquarum, & ad verticem montium lacus, emittens flumina ab eminente petra ad irrigandum terram,

62 Qui finxit hominem, & posito corde ejus in medio corporis indidit ei spiritum, vitam, & intellectum;

63 Et Spiritus Dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutatur omnia absconsa in abditis partibus terræ,

64 Hic novit inventionẽ vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes & volentes occultare peccata vestra.

65 Et propterea ꝓ Dominus planè scrutatus est omnia opera vestra, ideò traducet vos omneis;

66 Et vos confusi eritis quum procedent peccata vestra coram hominibus, & ipsæ iniquitates vestræ ut accusatores sistent se in die illo.

67 Quid facietis? aut quomodo absondetis peccata vestra coram Deo & Angelis ejus?

68 Ecce judex Deus, timete eum, desinite à peccatis vestris, & jam obliviscimini in æternum committere iniquitates vestras: & Deus educet vos liberabítq; ab omni tribulatione.

69 Ecce enim incenditur ardor super vos, [3] ò turbæ amplissimæ; & rapient quosdam ex vobis quos cibent idolothytis,

[3] apostrophe ad populum Dei.

70 Et qui consenserint eis, erunt eis ludibrio, & probro, ac conculcationi:

71 Erit autem singulis in locis & in vicinis civitatibus insurrectio multa in timentes Domini.

72 Erunt quasi insani, nemini parcentes, diripiendo & devastando adhuc timẽtes Domini:

73 Nam devastabunt & diripient facultates eorum, & de domibus eorum ejicient eos.

74 Tunc probatio apparebit electorum meorum, ut auri quod probatur igne.

75 Audite dilecti mei, inquit Dominus; ecce adsunt dies tribulationis è quibus liberabo vos.

76 Ne timeatis, neque hæsitetis, quoniam Deus dux vester est:

77 Quin potius servate mandata & præcepta mea, ait Dominus Deus, ne gravia sint in vos peccata vestra, néve suprà vos se efferant iniquitates vestræ.

78 Væ iis qui constringuntur peccatis suis; & obteguntur suis iniquitatibus:

79 [4] Quemadmodum ager qui à silvescentibus vepribus occupatur, & cujus semita quà transit homo spinis obtecta occluditur, is traditur consumendus igni, *sic illi futuri sunt.*

[4] similis locus habetur 2. Schem. 23. 6. & 7. unde hic sumtus est.

ADJECTIONES AD LIBRUM ESTHERÆ.

CAPUT DECIMUM.

[1] hæ adjectiones omnes quã fabulosæ sint, & quam à sermone spiritus divini alienæ, res ipsa loquitur. Nam quod in omnib. ferè apocryphis observandũ est, facile fuit Satanæ, quũ Ecclesia dissipata jaceret in captivitate, aut postliminio reversa gravissimis procellis quateretur, scripturam sanctam his nugis etiam hominũ minimè malorum opera infarcire. De his autem vide capite seq.

4 ET dixit Mordecai, à Deo facta sunt ista:

5 Recordor enim illius somnii, quod videram de rebus istis; nam non præteriit earum quicquam.

6 Parvus fons, qui fluvius effectus est exorta luce & sole, & aqua multa, hic inquã fluvius est Esther, quam duxit rex & reginam fecit.

7 Duo verò dracones sumus ego & Hamã:

8 Atq; hæ gentes, quæ præterea convenerant ad perdendum nomen Jehudæorum:

9 Gens autem mea ipsa est Jisrael, quicumque inclamant Deum & servantur. nam servavit Dominus populum suum, liberavítq; nos Dominus ab omnibus malis istis, & præstitit Deus signa, & prodigia hæc maxima, quę non sunt facta in gentibus.

10 Propterea effecit sortes duas, unam populo Dei; & alteram omnibus gentibus.

11 Venerúntq; hæ duæ sortes in horam & momentum & diem judicii coram Deo *constituti* apud omnes gentes,

12 Quum [2] recordatus est Deus populi sui asseruítque justitiam hæreditatis suæ.

[2] vide Gen. 8, 1.

13 Quapropter agitabuntur ab his dies illi mense Adare, die decimoquarto illius mensis, cum cœtu & gaudio lætitiaq; coram Deo per generationem quamque in seculum apud populum illius.

CAPUT XI.

1 ANno quarto [1] regnante Ptolemæo & Cleopatra attulit Dositheus qui se dicebat esse Sacerdotem & Levitam, & Ptolemæus filius ejus hanc epistolam [2] Purim, quã dicebant esse ipsam, & interpretatum Lysimachum *filium* Ptolemæi qui erat Jeruschalaimis.

[1] Nempe Philadelpho, cui uxor fuit Cleopatra, quiq; inde ab anno tertio regni in statuenda bibliotheca amplissima operam consumsit, & septuaginta interpretes in exponendo vetere Testamento occupavit, ut Josephus narrat Antiq. Judai. lib. 12.

[2] i. sortitionum, ut habetur interpretatio Esther. 3. 7.

2 Anno secundo regnante Artaxerxe Magno, primo die Nisanis, somnium vidit Mordecai filius Jairi, filii Schimhi, filii Kischi ex tribu Binjaminis, homo Jehudæus habitans in urbe Susis, vir magnus, qui erat administer in aula regis.

3 Erat autem ex captiva turba, quam captã Nebucad-netzar rex Babyloniæ Jeruschalaimis cum Jeconja Jehudęę rege deportaverat: atque hoc illius somnium.

4 Ecce enim vox tumultus, tonitrua, & terræmotus, ac perturbatio ſuper terram, & ecce dracones duo magni parati proceſſerunt ambo ad concertandum, quorum fuit ſonus maximus,

5 Adeò ut ſono illorum compararẽtur omnes gentes ad prælium, ut oppugnarent juſtorum gentem.

6 Ecce itaq; dies tenebrarum & caliginis, tribulatio & anguſtia, afflictio & conturbatio magna ſupervenit terræ:

7 Qua conturbatum eſt totum genus juſtum, qui timentes ſua ipſorum mala, comparaverunt ſe ad interitum.

8 Sed quum inclamaviſſent Deum, ad clamorem ipſorum factus eſt quaſi ex parvo fonte fluvius magnus, aqua multa:

9 Et lux atq; ſol exortus eſt, humiléſq; exaltati ſunt, & abſumſerunt glorioſos.

10 Poſteà expergefactus Mordecai qui viderat ſomnium hoc, & quid Deus conſilii cœpiſſet facere, retinuit ſomnium hoc in animo ſuo, & omni ratione voluit cognoſcere illud [3] ad noctem uſque illam.

[3] cujus habetur mentio Esther. 6. 1.

Caput XII.

1 Quieſcens autem Mordecai in veſtibulo cum [1] Bigtane & Tereſcho duobus eunuchis regis, cuſtodibus veſtibuli,

[1] de quibus Esther. 2. 21.

2 Audiit illorum cogitationes; & ſtudia eorum perſcrutatus cognovit eos ſe comparare, ut manus injicerẽt in Artaxerxem regem; & indicavit regi *a* conſilia eorum.

[a] Græ. de eis.

3 Quamobrem exquirente rege duos eunuchos ſuos, confeſſi illi fuerunt ſtrangulati:

4 Et ſcripſit rex negotia hæc in cõmentario: & Mordecai conſcripſit de iiſdem rebus.

5 Deinde [2] præcepit rex Mordecaium miniſtrare in aula, eíque dedit donaria hujus rei cauſa.

[2] hæc repugnant hiſtoriæ a Mordecæ Esther. 6. 3.

6 Haman verò filius Hammedatæ Agagęus quum glorioſus eſſet apud regem, quęrebat malefacere Mordecaio, & populo ejus propter duos illos eunuchos regis. [3] Epiſtolæ autem illius exemplum eſt hujuſmodi.

[3] quam flagitãte & extorquente Hamane rex Artaxerxes ſcripſerat, de qua Esther. 3. 12. & ſeqq.

Caput XIII.

1 Rex magnus Artaxerxes magiſtratib. & toparchis ſubditis provinciarum cẽtum viginti ſeptem ab India, Æthiopiam usque hęc ſcribit.

2 Multis imperans gentibus, & univerſum orbem terrarum obtinens, volui non fiducia hujus poteſtatis elatus, ſed æquius ſemper & cum lenitate agẽs ſubditos expertes fluctuum in vita omnino efficere, & regnum tranquillum perviúmque ad terminos uſque exhibens etiam renovare pacem omnibus hominibus exoptatam.

3 Me autẽ conſulente conſiliarios quomodo iſtud ad finem perduci poſſet, Haman vir prudentia apud nos excellens, & benevolẽtia immutabili ac firma fide *a* ſpectatus, qui ſecundum regni honorem reportavit,

[a] Græ. demonſtratus.

4 Indicavit nobis ſingulis tribubus per orbem terrarum permixtum eſſe exoſum populum quemdam, adverſantem legibus quæ ſunt apud omnes gentes, & continenter regum inſtituta omittentem, ut non procedat principatus ille qui à nobis inculpatè dirigitur.

5 Quum itaque percepiſſemus gentem iſtam unicam ex adverſo ſemper cuivis homini objectam per adjectionem legum extraneam mutare & diſſentire à rebus noſtris, ac mala peſſima cõſummare, idq; ut regnum hoc convenientem ſtatum minimè aſſequatur:

6 Mandavimus itaque ut quicumque ſignificantur vobis literis ſcriptis ab Hamane præfecto negotiis & ſecundo à nobis, cum uxoribus & liberis pereant radicitus inimicorum gladiis, ſine ulla miſericordia & *b* clementia, decimo quarto die Adaris menſis duodecimi, præſentis anni:

[b] Græ. parcitate.

7 Ut iſti olim & nũc exoſi die uno violenter in ſepulcrum deſcendentes, in poſterum tempus ſinant negotia noſtra bene conſtituta & perturbationibus vacua cõtinenter procedere.

8 Ille autem oravit dominum, recordatus omnium operum domini, & dixit, domine, domine, rex omnipotens, quia omnia ſunt in poteſtate tua,

9 Et nõ eſt qui obſiſtere poſſit tibi volenti ſervare Jiſraelem,

10 (Quia tu feciſti cælũ & terram, & quicquid mirabile eſt in regione, ſubjecta cælo;

11 Et dominus es omnium, ac non eſt qui tibi Domino poſſit reſiſtere)

12 Tu omnia noſti, tu ſcis, domine, me non contumelia, neque ſuperbia, neque cupiditate gloriæ feciſſe iſtud, quòd nõ incurvaverim me iſti ſuperbo Hamani *honorem habiturus*:

13 Nam grato animo vellem oſculari veſtigia pedum ejus ad ſalutem Jiſraelis,

14 Sed me feciſſe illud, ne gloriam hominis ſupra gloriam Dei ſtatuerem;

15 Non enim adoraturus ſum quemquam præter te, domine, neq; tamen ſuperbiæ cauſa facio iſtud.

16 Nũc verò, domine Deus rex, parce populo tuo, quandoquidem intuẽtur nos ad perditionem *afferendam*, & cupiunt perdere hæreditatem, quæ tua eſt inde à principio:

17 Ne deſpicias partem tuam, quam tibi ipſi redemiſti è terra Ægypti,

18 Exaudi orationem meam, eſtóque propitius ſorti tuæ, & converte luctum noſtrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum, Domine; neque deleto os laudantium te, Domine.

19 Omnes quoque Jiſraelitæ clamaverunt *c* quàm maximè potuerũt, quia mors ipſorum *obverſabatur* oculis ipſorum.

[c] Græ. exroborare ipſorum.

Caput XIIII.

1 Eſther regina ſimiliter cõfugit ad Dominum, quũ in agone mortis ſe deprehenſam eſſe conſpiceret:

2 Nam poſitis veſtimentis gloriæ ſuæ induit veſtimenta anguſtiæ & luctus, & pro ſuperbis deliciis cinere ſordibúſque perfudit caput ſuum, corpus ſuũ abjiciens valdè, omnémque locum exaltationis ſuæ replevit [1] contortis crinibus ſuis:

[1] torquendo lacerati.

3 Et orans Dominũ Deum Jiſraelis dixit:

4 Domine mi, tu rex noſter unus es, adjuva me ſolitariã & quæ adjutorem non habeo niſi te, quia periculum meum adeſt manui meæ.

5 Ego audivi à nativitate mea in tribu familiari mea te, Domine, *a* recipientem Jiſraelem ex omnibus gentibus, & patres noſtros ex omnibus majoribus ipſorum, ad hæreditatem æternam adoptaſſe, ac feciſſe eis quæcumque dixeras.

[a] Gr. recepiſſe.

6 Nunc

6 Nunc autem peccavimus coram te; ideò tradidisti nos in manus inimicis nostris, eò quòd gloriam tribuimus diis istorum: justus es Domine.

7 Nunc verò non satis habent acerbitate servitutis nostræ:

8 Sed [a] datis manibus suis in manus idolorum suorum spoponderunt,

9 Se sublaturos decretum oris tui, & deleturos hæreditatem tuam, & obstructuros ora laudantium te, exstincturosq; gloriam domus tuæ, & altaris tui:

10 Ora verò gentium aperturos ad virtutes vanorum *prædicandas*, & mirabilem efficiendum regem carnalem in seculum.

11 Ne tradas, Domine, sceptrum tuum iis qui nihil sunt, neque rideant de casu nostro: sed converte consiliũ istorum in ipsos, & eum qui princeps hujus consilii est contra nos initi, in exemplum statue.

12 Meméto, Domine, innotescito tẽpore afflictionis nostræ, & mihi audaciam adde, ô rex gentium, & omnem dominatum obtinẽs.

13 Inde sermonem compositum ori meo coram [1] leone ipso, & traduc animum illius in odium ejus qui oppugnat nos, ad interitum ipsius, & eorum qui consentiunt ipsi:

14 Nos autẽ libera manu tua, & adjuva me solitariã; ac nõ habentem alterum adjutorem nisi te. Domine, omnium cognitionem habes;

15 Et scis me odisse gloriam iniquorum, & abominari cubile incircumcisorum, & omnis extranei.

16 Tu scis necessitatem *b* mihi impositam; me detestari signũ istud meũ superbiæ, quod in capite meo gero: *c* quibus dieb. me spectandam præbeo, me detestari istud ut pannunculum *d* ex mensibus, neq; gestare istud *e* quibus diebus conquiesco:

17 Neq; comedisse ancillam tuam *f* è mensa Hamanis; neque gloriam tribuisse convivio regis, neque bibisse vinum libaminum;

18 Neque lætatam esse ancillam tuam ex *g* quo die huc translata sum usque adhuc, nisi in te, Domine Deus Abrahami.

19 O Deus qui robore supra omnes vales, exaudi vocem desperatorum, & libera nos è manu hominum cõsilia improba ineuntium: me denique libera à timore meo.

[a] Synecdoche elegantissima fedus & consociationem significans, à signo, ut Jirmejæ 50. 15.

[1] i. principe; metaphoricè. Nam rex inter homines principatum obtinet, utleo inter belluas. Sic 1. Chron. 11. 12. Etsi hic auctor humanum regem videtur potiùs crudelitatis arguere, ut ostendit ℣. 7. capitis proximè sequentis.

[b] *Græ. meam.*

[c] *Græc. diebus spectationis meæ.*

[d] *Græc. menstruatorum.*

[e] *Græc. diebus quietis meæ.*

[f] *Gr. mensam, metonymicè.*

[g] *Gr. die translationis meæ.*

CAPUT XV.

1 FUit autem tertio die, quũ desiisset orare, ut exuens vestimenta illa luctus amiciret se *a* glorioso ornatu suo:

2 Ita quum esset *b* insigniter ornata, invocans omnium spectatorem & servatorem, assumsit duas ancillas honoratias suas;

3 Quarum uni quidem innitebatur quasi delicatam ageret;

4 Altera verò ponè sequebatur allevãs indumentum ejus.

5 Illa autem rubore perfusa cum *c* elegantia pulcritudinis suæ, & vultu suo hilari, velut amabili, animo verò angustato à metu.

6 Ingressa omnes januas constitit corã rege, qui insidebat throno regni sui, indueratq; omnes vestes insignes suas, totus ornatus auro & lapidib. pretiosis, eratq; valdè formidabilis.

7 [1] Tollens enim vultum suum *d* coruscantem gloria, *e* vehemẽte ira intuitus est; quamobrem procidens regina mutavit colorem suum defectione, & reclinavit in caput ancillæ honorariæ suæ, quæ antegrediebatur.

8 Sed mutavit Deus spiritum regis in mansuetudinem, qui celeriter contendens exsiliit è throno suo, & recepit eam in ulnas suas, donec restituta esset, consolans eam verbis pacificis, & dicens ei, quid est Esther? Ego sum frater tuus; bono animo esto, nequaquã morieris: nam [2] commune præceptum nostrum est,

9 Accede; & sublatam auream virgam suam imposuit collo illius.

10 Amplexatusq; eam dixit, alloquere me:

11 Quæ dixit ei, [3] vidi te, domine, tãquam angelum Dei, & conturbatus est animus meus metu gloriæ tuæ:

12 Quia mirabilis es, domine, & vultus tuus *f* omni gratia plenus.

13 Ea autem loquens recidit ex defectione sua.

14 Rex verò turbatus cum toto servitio suo cõsolabatur eam.

[a] *Græ. gloria.*

[b] *Græ. insignis.*

[c] *Græ. vigore.*

[1] Quisquis hęc scripserit, putavit se honorẽ maximũ accessione hac scriptis authẽticis facturum esse: sed tamẽ ex eorũ comparatione nõ dubito quin hæc sint à veritate aliena.

[d] *Gr. ignitum*

[e] *Græ. vigore ira.*

[2] hoc est, non spectat, neque attingit te, φ in gentem Judæorũ à nobis fuit imperatũ. Nam æquè lex tua esset ac mea: quã obrem æquè tu atque ego legis illius acerbitate solutaes.

[3] vide ut mẽtiatur Esther, si huic auctori credimus; aut verò mẽtiatur auctor sup. ℣. 7.

[f] *Græ gratiũ.*

CAPUT XVI.

1 [1] REx magnus Artaxerxes satrapis & principibus centũ viginti septẽ regionum ab India Æthiopiam usque, & *a* nostris procuratoribus salutem.

2 Multi plurima eorum à quibus beneficia acceperunt bonitate frequentius honorati, plus æquò sapiunt;

3 Ac non solùm subditis nostris quærunt malefacere, sed quia [2] satietatem non possunt ferre, etiam in eos qui ipsis benefecerint aggrediuntur machinationes:

4 Et non tantùm gratiarum actionem ex hominibus contrà quàm debuerant tollentes, verùm etiam elati ventosis illis cogitationib. hominum virtutis expertium statuũt, se judicium effugituros Dei omnia spectãtis semper, quod improbis invisum est:

5 Sæpe etiam multos eorum qui in potestatibus constituti sunt, quibus commissa sunt tractanda amicorum negotia, hortatio ista efficiens participes cædis innocentium, circumdedit calamitatibus immedicabilibus.

6 Quando mendace improborum morum circũventione abducunt à ratione simplicem eorum qui ampliùs possunt benevolentiam.

7 Hoc autem considerare licet tum ex antiquioribus (ut [3] traditæ sunt nobis) historiis, tum ex iis quæ si exquiramus, ante pedes sunt iniquè cõsummata, eorum qui indignè dominatum obtinent pestilentia.

8 Proinde attendere ad ea quæ deinceps futura sunt; ut regnum turbis vacuum omnibus hominibus exhibeamus cum pace,

9 Utẽtes mutationibus, & quæ in conspectum venient semper discernentes, *b* obviam eundo æquissimè.

10 Ut enim Haman Hammedathæ filius, [4] Macedo, revera alienus à Persarum sanguine, multumque distans à bonitate nostra, & hospitio acceptus à nobis, humanitatem *c* qua sumus in omnes gentes cõsequutus est eo usque, ut diceretur pater noster,

11 Et adorari ab omnibus pergeret, velut secundus à regali throno:

12 Non ferens ille tantam præstãtiam, instituit dominatu privare nos, ipsoque spiritu;

[1] Hæ literæ sunt quidem elegãtes verbis, & industria aliqua exaratæ; sed argumẽto plurimum discedunt ab eo φ scriptum est Esther 8. 13. quia (ut credibile est) volebat auctor locupletare historiam, sed fidem suã eadem opera minuere.

[a] *Gr. iis qui res nostras cogitãt.*

[2] i. ut ipsi amplius expleãtur bonis per eos qui studẽt ipsis benefacere. Videtur quisquis auctor fuerit hũc locum sumsisse ex Pyndaro Olymp. α ubi de Tantalo agens his verbis utitur elegantissimè, ἀλλὰ γὰρ κάτα-πέφωμέγω ὄλβον ἐκ ἐδωκάθη κόρῳ δ' ἐλέν ἄταν ὑπέρ-φαλον, &c.

[3] vocem passivam pro activa legimus, sive placuerit insolenter verbum activum significatione passiva reddere; sive ex activo παρεδόκαμεν passivum facere παρεδόθη ἡμῖν.

[b] *Gr. cũ æquiore occursu.*

[4] hoc apertũ est audaciæ argumentum, quũ Agagæus Hamalekitã sonet, nõ autem Macedonem. Nã Macedones communi Græcorum appellatione apud Hebræos nomen à Javane habent permultis locis apud Danijelem, in libris autem Apocryphis ex communi errore; qui jam tum invaluerat, appellantur Citthim: ut in primum Mac. ostendemus. Atque hæc una ratio satis futura est ex omnium historiarum testimonio sumta, quod hujus regis tempore, ac vix post annos centum fuit aliqua vel mediocris inter Græcos mentio Macedonum cũ Persis congredientium.

[c] *Græc. quam habemus.*

13 Et servatorem nostrum modisq; omnibus benefactorem Mordecaiū, & inculpatam regni consortem Estheram cum tota illorum gente multiplicibus & *d* artificiosis circūventionibus expetens ad interitum.

d *Græc. methodorum.*

14 (His enim modis putabat se postquam nos solitarios deprehēdisset, Persarum dominationem ad Macedonas translaturum)

15 Nos vero Jehudæos ab isto *e* conscelerati ssimo homine traditos ad deletionem, deprehendimus non esse maleficos, sed justissimis administrari legibus;

e *Græ. ter exitiali.*

16 Et filios esse altissimi maximi Dei vivētis, qui erexit & nobis & majoribus nostris regnum in hac dispositione elegantissima.

17 Rectè igitur feceritis, si non utamini amplius literis ab Hamane missis filio Hammedathæ,

18 Cùm iste qui confecerat hæc ad Susarum portas cum familia tota crucifixus fuerit, condignum illi judicium rependente Deo celeriter, qui omnia obtinet.

19 Exemplum vero hujus epistolæ proponentes in omni loco, liberè sinatis Jehudæos uti suis ipsorum legibus;

20 Et conjunctis viribus adjuvetis eos; ut si qui tempore angustiæ invadāt eos, ulciscantur die decimo tertio mensis Adaris duodecimi, eo ipso die.

21 Hunc enim Deus qui omnia potenter administrat, *f* lætum confecit ipsis loco excidii electo generi comparati.

f *Gr. lætitiam.*

22 Quamobrem vos quoq; in celebribus vestris feriis, insignem illum diem cum omni lætitia ducite:

23 Ut & nunc & deinceps salutis nobis & benevolentibus Persis, iis verò qui insidiantur nobis, perditionis monumentum *exstet.*

24 Omnis autem civitas, aut in universum regio, quæ secundum ista minime fecerit, ferro & igne cum indignatione consumetur; & non solum in via hominibus, verū etiam bestiis & volucribus in omne tempus constituetur, ut inimicissima.

SCHIMH-ONIS SACERDOTIS SUMMI LIBER UNUS, QUI VULGO liber Macbæorum tertius appellatur.

Hic liber, qui Schimhonis Sacerdotis summi inscriptus est, insignem historiam exponit de gravissimis calamitatibus, quas Ecclesia Jehudæorumm à Ptolemæo Philopatore Ægypti rege perpessa est, & mirificentissima liberatione à Deo præstita. Historia est pauci temporis, gesta sub annum quartum Antiochi magni Regis.

CAPUT PRIMUM.

VT autem [1] Philopator didicit ab iis qui reversi erant, *a* ea loca quæ obtinuerat, ab [2] Antiocho sibi adempta esse, denunciavit omnibus suis pedestribus & equestribus copiis;

[1] Ptolemæi Evergetæ filio quem occiso parente dictū fuisse Philopatora per antiphrasin falso tradiderūt multi: vide in Danijelem 11 11.

a *Græc. factam locorum qui à se obtinebantur ablationem.*

2 Et assumta secum sorore Arsinoē contendit ad loca usque Raphiam adjacentia, ubi castra fecerant milites Antiochi.

[2] magno, qui Seleuco Cerauno successerat in Seleucidarū regno.

3 Theodotus verò quidam se *b* perfecturum insidiis cogitans, optima cepit ex armis Ptolemæi quæ ante sibi fuerant commissa, & intulit se noctu in tentorium Ptolemæi, ut solus eum occideret atque hoc *pacto* bellum dissolveret.

b *Gr. expletur. rum insidias.*

4 Sed abducto eo Dositheus *filius* Drimyli dictus (qui genere quidē erat Jehudæus, postea verò mutaverat *c* cultum legitimum, & se à majorum placitis alienaverat) fecit ut ignobilis quidam recumberet in tentorio ejus, quem reportare contigit supplicium ejus.

c *Gr. legitima.*

5 Deinde vero quum prælium vehemens committeretur, & res valentiores essent ab Antiocho admodum, obambulans Arsinoē hortata est copias cum miseranda specie & lacrymis, *d* capillis passis, ut & seipsos & liberos suos uxoresque audacter adjuvarent, promittens se victoribus daturam cuique duas auri minas:

d *Græ. capillos soluta.*

6 Itaq; evenit ut adversarii *e* cominus pugnando perderentur, & multi quoque captivi comprehenderentur.

e *Græ. in manuum pugnis.*

7 Quū autem [3] insidias illas superasset, judicavit sibi in propinquas civitates eūdum esse ut adhortaretur eas: quod postquam fecisset, donariaque de ubris distribuisset, *f* effecit ut subditi sui bono essent animo.

[3] i. prelium illud q̄ sublato ex insidiis Philopatore, putabat Antiochus nō posse à se non feliciter cōmitti, ut in exemplo Judithæ legimus evenisse.

f *Græ. bene audentes subditos constituit.*

8 Jehudæis vero mittentibus ad ipsum ex Senatu & Senioribus qui salutarent ipsum, & munera apportantes de iis quæ evenerāt gratularentur ipsi, accidit ut eo esset paratiore animo ad eos quàm citissimè adeundos.

9 Sed ubi perlatus Jeruschalaima sacrificavit Deo maximo, & gratias egit, & aliquid eorum quæ ex ordine *fieri solent* in loco fecit;

10 Quū jam venisset ad locum ipsum, accuratione & decore obstupefactus, optimūq; miratus ordinem loci sancti, in animum induxit consilium ingrediendi templum.

11 Illis autem dicētibus non convenire ut fiat istud, quia ne illis quidē qui ex gente sunt liceat ingredi, neque omnibus Sacerdotibus; sed soli Sacerdoti summo qui anteit omnes, idque per annum semel; hic nequaquam fuit persuasus:

12 Sed quamvis lex apud ipsum legeretur, non destitit seipsum inferre, dicens oportere ut ingrederetur: quod si illi (*inquit*) honore isto privati sunt, me non oportet; rogavitque quam ob causam ingrediētem se in totum fanum nemo ex præsentibus prohibuerit:

[4] sic distinguenda esse verba & accipiēdum locum res ipsa arguit; statuit enim Ptolemæus sibi tam licere in penetrale ingredi quam in atrium sanctum; hoc autem cūm illi nō prohibuerint (q̄ ex lege debuerāt) non posse illud prohiberi. Hic vero respondetur neque fuisse hoc ferēdum, (per imprudentiam enim Sacerdotes lapsos esse) neq; illud concedendum esse.

13 Et dicente quodam, [4] imprudenter *factum*, hoc ipsi malè portendere; si hoc, inquit, factum est, quam ob causam nō essem omnino, velint nolint, ingressurus?

14 Sacerdotibus itaque cum toto vestitu procidentibus, orantibusque Deū maximum ut instanti necessitati succurreret, & in petum illius nefariè invadentis averteret, & clamore cum lacrymis complentibus templum; qui in civitate relicti erant, exsiliverunt perturbati, aliquid incerti statuentes fuisse factum

15 Et inclusæ in thalamis virgines cum genetrici-

netricibus eruperunt, imponentesque pulverem crinibus passis, gemitu lamētisq; plateas impleverunt.

16 Et aliæ quoque [5] recens emissæ, cum eos qui ad *g* eundum obviam fuerant dispositi, tum convenientem *sibi* pudorem relinquentes; cursum confusum in civitate faciebant;

17 Prætereaq; recens genitos liberos tum matres, tum nutrices *h* hic illic relinquentes aliæ per domos, aliæ per plateas *i* irrevocabili concursatione in templum supremum cōgregabantur.

18 Itaque varia erat hominū qui *k* in unū collecti erāt oratio de iis quæ illegitimè ab illo tentabantur.

19 His *aderant* quoque è civibus qui audaciam adhibentes non ferebant illum plane insistentem, & suum illud consilium explere cogitantem; sed exclamātes impetu capienda arma, & audacter pro lege patria moriendum, magnam eo in loco exasperationem *l* concitabant:

20 Qui ægre à *m* Senatoribus Senioribusque aversi, ad *n* idem orationis officium accesserunt.

21 Itaq; populares quidem, ut ante, simul orantes conversabantur; Seniores verò, qui circumstabant Regem, multifariam tentabant superbam ejus mentē à concepto apud se consilio dimovere.

22 At ille audaciam assumens, omnibus omissis, jamque aditum comparabat, *o* se illud ad finem perducturum censens quod ante dixerat;

23 Quamobrem illi etiam qui circumstabant Regem videntes ista, se ad invocandum cum nostris eum qui omnem potentiam habet contulerunt, ut res præsentes defenderet neq; dissimularet illegitimū istud superbumq; factum.

24 Ex cōcurrente autem densissima & laboriosa turbarum exclamatione incomparabilis quidam *p* assurgebat clamor:

25 Videbantur enim non homines solum sed parietes quoq; ipsi & solum totum personare, tamquam si jam tum mortem *& ruinam* subiissent pro contaminatione loci.

[5] i. quæ ornatæ & comtæ elegantissimé ordine processerant cum virorum ordinibus ad excipiendū Philopatora.
g *Græ. obviam itionem.*
h *Græ. alibi & alibi, vel aliter aliterque.*
i *Græ. irrevocabiliter.*
k *Græ. in idem ut ℣. 21.*
l *Græ faciebat.*
m *Gr. senibus, ex more Laconum. sic accipio ex ver. 8.*
n *Græ. eundem orandi statum.*
o *Græ finem impositurum ei censens quod.*
p *Græ. erat.*

CAPUT II.

1 [1] ITaq; [2] Schimhon Sacerdos summus genibus contra sanctuarium flexis, & convenienter protentis manibus in cælum orationem hanc habuit, & vno animo dixerunt omnes,

2 Domine Jehova rex cęlorum, & dominator omnis creaturæ, inter sanctos sanctissime, monarche omnipotēs, attende ad nos, qui ab impio ac prophano homine, ex audacia viribusq; fremebundo opprimimur.

3 Tu enim qui creasti omnia, & qui ea universa obtines dynasta justus es, ac propterea qui ex contumelia superbiaq; aliquid faciunt tu eos iudicas:

4 Tu eos qui antehac injustitiā *a* exercuerant, inter quos etiam gigātes erant robori & audaciæ confidētes, ‖ perdidisti, inducta super eos aqua immensa:

5 Tu occupatos in operibus superbiæ ‖ Sodomitas *b* quum manifesto infinitæ malitiæ tenerentur concremasti, exemplum prębens post venturis *ætatibus*:

6 ‖ Tu audacem illum Parhionem, qui sanctum populum tuum Jisraelem servituti mancipaverat, variis ac multis suppliciis probans, notam fecisti majestatem tuam;

7 Post quæ *supplicia* notam fecisti magnam potentiam tuam; ‖ quum *regem* quidē qui persequebatur eum cum curribus & *c* turbis multis inundasti profundo mari, eos vero qui tibi omnis creaturæ imperium obtinenti incumbebant fide salvos trāsvexisti, qui etiam agnoscentes apud se opera manus tuæ, te omnipotentem laudaverunt:

8 Tu, ò Rex, qui creaveras [3] infinitam illam & immensam terram, elegisti civitatem hanc & sanctificasti locum hunc pro nomine *d* tuo, qui tamen nullius rei omnino indiges; & apparitione glorificavisti magnifica, faciēs commendationem illius ad gloriam magni & honorandi nominis tui:

9 Et diligens domum Jisraelis promisisti, si quando *e* nos aversos à te occuparet angustia & venientes in hunc locum oraremus, te exauditurum orationem nostram.

10 Jam verò [4] fidelis es & verax, quandoquidem sæpe dum affligerentur majores nostri succurristi ipsis in abjectione sua, & liberasti ipsos è malis maximis:

11 Ecce autem nunc o Rex sancte, propter multa & magna peccata nostra opprimimur subjecti inimicis nostris; & dimittimur in *f* imbecillitate summa.

12 Atque in hoc casu nostro audax & prophanus iste studet injuria afficere locum sanctum quē in terra hac designasti nomini glorioso tuo:

13 Nam habitatio quidē tua cælum *g* summum, inaccessa est hominibus: sed quandoquidem placuit tibi gloriam tuam in populo tuo Jisraele *statuere* & locum hunc sanctificavisti.

14 Ne ulciscaris de nobis *h* per immundos istos neque per prophanos punias nos, ut non glorientur iniqui cum animo suo, neq; exsultent *i* superba lingua sua dicentes, nos proculcavimus domum illam sanctificationis [5] sicut proculcantur domus abominationum.

15 Dele peccata nostra, & dissipa errores nostros; & misericordiam tuam ostende hoc tempore: cito præoccupent miserationes tuæ & inde laudes in os eorū qui prociderunt contriti animis, confecta nobis pace.

16 Hic ille inspector omnium & sanctus supra omnia Deus, in sancto loco legitimam hanc orationem exaudiens, illum contumelia audaciaque elatum maxime [6] flagellavit hinc & inde, percellens eum ut arundinem *agitatam* a vento; adeo ut prostratus humi, non valens amplius agere quicquā, sed solutus membris, ne vocem quidē posset edere justo judicio implicatus.

17 Quamobrem cum amici tum custodes ejus *k* acrem videtes castigationem quæ *l* invaserat ipsum, metuentesque ne vita etiam ipsum deficeret, cito extraxerunt ipsum, perculsi metu *m* maximo.

18 *n* Postea vero quum seipsum recollegisset, minime ad resipiscentiam venit correptus; sed amarulentis interminationibus usus abiit.

19 Quum autem delatus in Ægyptū augesceret malitiâ *ope* adjutorum atque sociorum

[1] Hic versus quibusdam in libris integer est, in plerisq; mutilus. Sed utrumq; mēbrum optime cōvenit: nam & sacerdos sūmus omisso Rege supr. 1.23. ad orationē cōversus præivit verba Ecclesiæ, & Ecclesia conspirantib. animis verba illius sequuta est.
[2] non ille Justus, de quo Eccles. 50. sed filius Oniæ illi cujus habetur hist. apud Josephum Antiquit. lib. 12. c. 4. & pater altrius Oniæ qui feduscum Romanis & Spartanis fecit, 1. Macb. 12.20.
a *Gr. fecerant.* ‖ *Gen. 7.* ‖ *Gen. 19.* b *Gr. manifestos malitiis factos.*
‖ *Exo. 7. & seq.*
‖ *Exod. 14.*
c *Græ. turbarū multitudine inundasti profunditate maris.*
[3] dictum κατὰ π. nempe si cum Jehudea cōparabitur, & hyperbolice.
d *Græc. tibi.*
e *Græ. fieret aversio nostri & nos comprehenderet angu.*
[4] i constans factis, & verax promissionibus.
f *Græ. imbecillitatibus.*
g *Græ. cæli.*
h *Græc. immūditia istorum: neq; punias nos prophanatione hypallage.*
i *Gr. superbia lingua.*
[5] sicut Judæi isti tē pla Deorum, quæ abominationes vocant, sunt soliti proculcare.
[6] sic 2. Mac. 3. 26.
k *Gr. acutam.*
l *Gr. comprehenderat.*
m *Gr. excedēte.*
n *Gr. tempore vero post.*

ab omni justo *o* abhorrētium quos ante indicavimus, non solum innumeris se libidinibus explevit; sed etiā eò processit audaciæ, ut maledicta singulis locis *in populum* conferret; & multi amicorum ad propositum Regis attendentes ii quoque sequerentur voluntatem ejus.

20 Proposuerat enim *sibi* ut *p* gentem hāc publicè vituperio exponeret, erectaq; ad [7] turrim aulę junctam columna scripturam insculpserat, ne quis eorum qui non sacrificant veniret in templa ipsorum; sed [8] ut omnes Jehudæi in populi censum aut servilem statum cogerentur; qui verò contradicerent, vi abrepti privarentur vita;

21 Eos autem qui in censum referrentur, adhibito etiam igne obsignari insigni Bacchi folio hederæ in corpus impresso, ac deinde separari ad utendam quæ prius [9] contracta fuerit libertatem.

22 Ut autem non videretur omnibus inimicari, subjecit scripturæ; Quod si qui ex illis voluerint certo consilio inter illos versari qui sacris sunt initiati; eos æquo jure cives [10] cum Alexandrinis fore.

23 Quidā igitur in civitate habentes odio istos *q* gradus pietati [11] civitatis hujus imperatos, facilè seipsos dediderunt, velut cum magna aliqua communicaturi gloria ex conversatione futura cum Rege:

24 Verumtamen plurimi in generoso animo confirmati non destiterunt à pietate; sed pecunias pro vita commutātes intrepidè, conabantur seipsos à recēsionibus liberare, quippe freti bona spe se defensionem consequuturos esse:

25 Præterea qui discedebant à se eos abominabātur, & tamquam hostes gentis suæ judicabant, privabantque communi conversatione & commodo.

CAPUT III.

1 HÆc autem impius ille percipiens adeò iratus est, ut nō solum Alexandriæ *manentibus* irasceretur, sed etiam iis qui in regione *erant* adversaretur gravius, mandaretq; festinanter omneis congregari *a* unà, & pessima nece è vita tolli.

2 Quæ dum administrabantur, evulgatus est dirus contra gentem sermo conspirantibus ad maleficium hominibus; quibus dabatur ad *b* institutum istud occasio, tamquam si *Jehudæi* ipsos à suis legibus prohibituri essent.

3 Ac Jehudæi quidem benevolentiam fidemq; *c* constantem in reges observabant; sed quia colebant Deum & lege ejus regebantur, [1] separationem instituebant in quosdā & conversiones (quam ob causam quibusdam esse inimici videbantur) & bonis rerum justarum factis ornantes conversationem suam, omnibus hominibus *d* erant probatissimi.

4 Itaque vitam quidem bene actam quæ apud omnes de gente pervulgabatur isti alienigenæ minime enumerabant; sed de adorationibus & cibis differentiam pervulgabant; dicentes neque regi neq; potestatibus homines istos consentire, sed diros esse & magnopere negotiis adversari: denique non vulgari perstringebant vituperatione.

5 Græci verò qui per civitatem erant nulla affecti injuria, tumultum inopinatum contra hos homines spectantes & improvisas cōcursationes fieri, succurrere quidem nō poterant (nam tyranni regis erat constitutio)

6 Sed ferentes graviter consolabantur, & futurum præcipientes *animo* ut non starent ista: non enim [2] ab eo qui nihil ignorat, talem constitutionem rerum ita despectum iri.

7 Jam verò etiam vicini quidam, & amici, & qui commercium habebant cum ipsis, clàm *e* excipiētes quosdam dabant fidem se defensionem communem adhibituros, & *f* contentissimè ad auxilium adventuros.

8 Ille igitur præsente prosperitate elatus, ac in Dei maximi potentiam non respiciens; sed statuens se perpetuò in eodē consilio permansurum, contra eos rescripsit has literas:

9 Rex Ptolemæus Philopater ducib. militibusque per Ægyptum & *quemq;* locum *residentibus g* salutem & valetudinem. valeo ego ipse quoque & negotia mea.

10 Postquam militaris nostra in Asiam expeditio (quam novistis ipsi quoque) inoffenso Deorum auxilio ad finem ex animo perducta est; non vi *h* armorum, sed equitate & humanitate multa duximus gentes lactandas esse quæ Cœlen Syriam, Phœniciamque habitant, & beneficiis ultrò prosequendas.

11 Quumq; templis quę per civitates sunt reditus multos attribuissemus, advenimus etiam Jeruschalaima, quo ascēderamus ut templum istorum sceleratorum & nunquam ab amentia sua desinentium honoraremus.

12 Et illi sermone quidem adventum nostrum *gratè*, at re ipsa falsò accipientes, quum esset nobis animus ingrediendi in templum ipsorum, & decentissimis atque pulcherrimis donariis honorandi, *i* antiquissima *sua* acti superbia ab ingressu nos prohibuerunt.

13 Ita non experti sunt robur nostrū propter eam humanitatē quā in omnes homines utimur; sed suam contra nos dititatem effecerunt manifestam, ut qui omnino soli ex gentibus cervices in reges & *k* bene de se meritos attollentes nihil *l* æquum perferre volunt.

14 Ac nos quidem quod istorum amentiæ *m* concessimus, & cum victoria reversi in Ægyptum omnibus etiam gentibus humanitatem exhibuimus, prout decebat confecimus:

15 *n* Intereà vero quum apud tribules istorum omnibus significavimus oblivionem *tanti* mali; atque tum societate, tum mille rebus quas eis primùm simplicissimè volueramus cōcreditas eos ausi ad mutationem provocare, eos & cōsortes perpetuorum Sacerdotum voluimus constituere & dignari eos Alexandrinorum civitate;

16 Isti contra accipientes, ingenitaque malitia depellentes quod bonum est & perpetuò in malum *o* inclinantes nō solum aversati sunt hoc jus civitatis inæstimabile, verumetiā paucos è suis qui optimè erga nos affecti sunt abominantur sermone atque silentio, maximè suspicantes nos ob illud vivendi infame institutum citò ea quæ correximus eversuros.

17 Quapropter etiā optimè persuasi signis istos modis omnibus à nobis dissentire, atque providētes ne si forte repentinus in posterum [3] tumultus instaret, impios istos à tergo proditores & barbaros hostes haberemus,

18 Mandavimus simul ac hæ literæ ad vos perve-

[a] *Græ. in idem.*
[b] *Gr. dispositionem istam.*
[c] *Græ. indivertibilem: ut ita loquamur.*
[1] i. excōmunicatione sive abstentione utebantur in eos qui parebant tyranno deficientes à Deo, & resipiscentib. prædicabāt gratiam Dei absolutionemque à peccatis ipsorum, ut de integro adunarentur Ecclesiæ. Sic accipimus vocē καταστροφῆς: nā ut in Comœdiis protasin epitasinq; turbulentas sequitur catastrophe, qua res in suū ordinem revocantur; ita etiam videtur fieri in misera defectorū vita quum ad officium revertūtur, & se restituunt Ecclesiæ Dei, postquam plus satis vitam suam pro re ludicra habuerunt, ut dicitur Sap. 15. 12. vide sup. 2. 25.
[d] *Græc. constituti erant.*

[7] Alexandriæ in palatio regis.
[8] i. ut quicūque Jehudæi in civitate erant, aut probata religione & impresso in cuté signo libertati asseretentur, aut in servitutem traherentur.
[9] sive comparata, per veri Dei abnegationem & superstitionū Ægyptiarū comprobationē: etsi non pro civib. Alexādrinis, sed pro accensis habebantur.
[10] qui & immunes erāt, & communibus cū rege sacris utebantur, ✓. seq.
[9] *Græc. gradus pietatis civitatis hujus.*
[11] puta Jeruschalaimorū, i. quū animad verterēt prout germanis Jehudæis inerant pietatis grad⁹, ita gradus ad illam obruendā & labefactandā fuisse à Rege constitutos, à quib. gradib. infirma ipsorū caro metuebat; ad impios vitæ, libertatis, honorūque grad⁹ sese contulerunt.

[2] i. à Deo: periphrasis.
[e] *Græc. attrahentes.*
[f] *Græc. omnino contentè.*
[g] *Græc. salvere & valere.*
[h] *Græc. hasta.*
[i] *Gr. antiquioribus typhus, ut Arnobius loquitur.*
[k] *Græ. benefactores.*
[l] *Græc. germanum.*
[m] *Gr. una delati sumus.*
[n] *Græ. in istis.*
[o] *Græ. annuentes.*
[3] nempe ab Antiocho magno, qui etiā brevi recuperavit Syriam.

p Græ. accideri nt.

p pervenerint, ut istos qui his literis indicantur cum uxoribus liberisq; eâdem hora exceptos contumelia & divexationibus mittatis ad nos undiq; vinculis ferreis inclusos, *q* ut immedicabili & ignominiosa nece (quemadmodum homines diros decet) auferantur.

q Græc. ad immedicabilem & ignominiosam necem.

19 His enim supplicio simul affectis, percepimus nobis in tẽpus reliquũ negotia perfectè conveniente statu optimáq; dispositione constitutum iri.

20 Quisquis autem Jehudæorum aliquem *r* sive senem, sive puerum, sive lactentem etiã protexerit, turpissimis tormentis cruciabitur distenta familia tota:

r Gr. à sene usqúe ad infantem usqué ad eum qui mammæ subicitur.

21 Et qui indicare *illud* voluerit, præterquã quòd substantiam ejus qui reus peractus fuerit accipiet, ac bis mille drachmas ex pecunia regis; etiam [4] libertate coronabitur.

[4] puta si servus fuerit.

22 Omnis verò locus ubi omnino tectus Jehudæus deprehẽdetur, *s* inhabitabilis efficitor & cremator igne, ut toti naturæ mortali planè appareat inutilis in sempiternum tẽpus. Atque sic quidem *t* habebat literarum forma.

s Græc. inaccessus.

t Græc. scripta erat.

CAPUT IIII.

1 QUocumq; autem mandatũ illud *a* pervenit, populare constitutum est à gentibus [1] conviviũ cum acclamationibus & gaudio, velut audacter jam demonstrante se inimicitia quæ ipsis olim cogitatione callum indurata contraxerat.

a Græ. accidit. ut sup. 3. 18.

[1] Nempe idò lis eucharisti cum epulum, ut infrà ỳ. 13.

2 Jehudæis verò perpetuus erat luctus, & planè lamentabilis clamor cum lacrymis gemitibúsque, inflammato undiq; ipsorum corde, quum improvisam perniciem repẽtè contra se decretam deplorarent.

3 Quæ præfectura, aut civitas, aut quis in universum locus habitabilis, aut quæ viæ plãctu ejulatibúsque de illis non implebantur?

4 Ita enim acerbo & immiti animo à ducibus qui per civitatem erant unanimiter ejiciebantur, ut de insolentibus suppliciis etiam ex inimicis quidam capientes ante oculos cõmunem illam misericordiã & incertã hujus vitæ commutationem reputãtes deplorarent *b* infelicissimam eorum dejectionem.

b Græc. ter infelicem.

5 Nam præibat senum multitudo variorũ canitie, quorum *c* incurvis pedibus tardísque à senio sine pudore ullo ad profectionẽ *d* celerem abutebantur violentæ [2] adversionis impetu:

c Græc. tarditate pedum incurvorum ex senio.

d Gr. acutam, ut 2. Mac. 9. 7.

[2] qua duces Ægyptii à domestica & sedentaria quiete senũ eos ad laboriosũ cursum retrahebant.

6 Quæ verò ad communionẽ vitæ nuptialem modò thorum subierant adolescentulæ, pro delectatione suscipientes ejulatus, & unguento delibutam comam cõspersæ pulvere, ac sine velo abductæ, lamentationem pro hymenæis incipiebant unanimiter, ut vexationibus alienigenis laceratæ, quum vinctæ publicè vi usque ad *e* locum ubi conscendebatur navis traherentur.

e Græc. immissionem in navem.

7 Et harum conjuges laqueis coronarum loco cervicibus implexi in florente ætate adolescentiæ, pro convivio juvenilibúsque deliciis reliquos nuptiarum dies degebant in lamẽtationibus, cernentes jamq; sepulcrum ad pedes positum.

8 Agebantur autem bestiarum modo tracti vinculorum ferreorum *f* vi, alii collo suffixi clavis ad navium transtra, alii pedes firmis constricti pedicis, idque etiam tabulato quod supernè erat frequente imposito, ut undequaque obtenebratis oculis ductum insidiatorũ in tota navigatione *g* paterentur.

f Græ. necessitatibus.

g Græ. acciperent.

9 His ergo in navigium illud quod dixim[3] actis & finita navigatione prout sancitum fuerat à Rege, mandavit ut illi in [3] suburbano hippodromo metarentur (cujùs erat ingens ambitus, & quàm opportunissimus *h* ad traducendum *miseros* cùm apud eos qui in civitatẽ veniebãt, tum apud eos qui inde in regionem proficiscebantur *i* peregrè) ut neq; cum illius copiis communicarẽt, neq; universè *k* in muros reciperentur.

[3] cui Lagium fuit nomen, impositũ de conditoris nomine Ptolemæi Lagi, qui primus ab Alexandro Macedone in Ægypto regnavit. Auctor Epiphanius lib. de mensuris & ponderibus.

h Gr. ad paradigmatismum.

i Græc. in peregrinationem.

k Græc. dignarentur muris.

10 Hoc autẽ confecto, ut audivit *Rex* gentiles Jehudæorum è civitate clàm frequentiùs exeũtes lugere ignominiosam fratrum miseriam, iratus mãdavit ut his simul accuratè eodem modo ac illis fieret, *l* neque ullo pacto à supplicio illorum immunes essent; & totam gentem nominatim describi:

l Gr. non defectu supplicio.

11 Non enim se laboriosum illud operum ministerium quod paulo antè [4] significaverat exacturum esse, sed cruciatos tormentis [5] quæ denunciaverat tãdem unius diei tempore deleturum.

[4] sup. 2. 20.

[5] sup. 3. 18.

12 Fiebat igitur horum descriptio *m* vehemente studio ambitiosaque assiduitate ab ortu Solis ad occasum, etsi perfectum finem minimè consequuta diebus quadraginta:

m Græ. amaro, sive acerbo.

13 Rex verò multùm ac perpetuò impletus gaudio, conviviaque ad omnia idola faciens, mente à veritate procul aberrante & profano ore muta quidem & quæ non poterant ipsos alloqui aut adjuvare laudabat; in Deum verò maximum res quæ non conveniebant loquebatur.

14 Post illud autem intervallum temporis quod modò dicebamus, retulerunt scribæ Regi se non ampliùs posse Jehudæorum descriptionem facere propter immẽsam eorũ multitudinem; quum essent adhuc per regionem plures, alii quidem adhuc in domibus consistentes, alii verò alio loco: tamquam si fieri nõ potuisset illud ab omnibus ducibus qui præerant Ægypto.

15 Quúmque interminaretur Rex eis duriùs quasi fuissent corrupti donis ad machinationẽ fugæ, accidit ut de re illa manifestò persuaderetur, dicentibus illis ac demõstrantibus & chartam jámq; & scriptorios calamos quibus utebantur defecisse.

16 Hæc autem fuit efficacitas invictæ providentiæ illius qui Jehudæis è cælo succurrebat.

CAPUT V.

1 TUnc advocato Chermone qui præerat elephantorum procurationi *Rex* gravi cõpletus ira, & ab indignatione omnino immotus jussit in diem posterum [1] largos thuris manipulos cum vino copioso mero omnibus elephantis potandos dari, qui erant numero quingẽti, & efferatos profusa potus illius subministratione *a* contra Jehudæos immitti ad necem illorum:

[1] thus enim teste Dioscoride lib. 1. ca. 70. potũ largè maniã excitat, largius affert mortẽ: sic voluit rex bestias ad feritatem & sævitatẽ accendi præbito thure ex vino; quòd indicatur infrà ỳ. 30.

a Græ. immitti ad occursum necis Jehudæorum.

2 Ac ille quidem quũ mandasset ista, congregatis amicis summis & ducibus *b* qui infensi in Jehudæos erant, ad convivium se convertit: magister verò elephantorum Chermon quod imperatum fuerat aptè consummavit.

b Græ inimicè in Jehudæos habentibus.

3 Prætereà etiam administri vespere exeuntes vinciebant miserorum manus, & reliquas contra eos *c* cautiones moliebantur totam noctem, existimantes gẽtem illam simul

c Græc. securitatem.

internecionis terminum percepturam.

4 Jehudæi verò qui gentibus ab omni protectione deserti esse videbãtur propter necessitatem qua cum vinculis undequaq; circumcludebantur; omnipotentem Dominum ac omnis potestatis habentem imperium, Deum suum patrémq; misericordem omnes indesinente clamore cum lacrymis invocabãt, orantes ut impium illud cõsilium contra se *captum* mutaret, magnificáq; apparitione ipsos à nece quæ ad pedes *erat* parata, liberaret.

5 Horum ergo intentè supplicatio in cælũ ascendebat: Chermon verò quum immisericordes illos elephantos potu perfudisset, plenos multa illa vini subministratione & saturatos thure, *d* manè ad aulam adfuit ut res istas nunciaret Regi.

6 Verùm *Deus* partẽ somni (quę res creata indè à *e* temporibus seculi bona est de nocte) etiam interdiu injectam ab eo qui gratiosè tribuit omnibus quibuscumq; ipse voluerit, immisit Regi:

7 Itaque detentus suavissimo & profundo *somno* efficacitate Domini, à nefario quidem proposito plurimùm excidit, sed ab immutabili [2] consilio fraudatus magnificè.

8 Jehudæi verò quum horam quæ antè significata fuerat effugissent, Deum suum laudaverunt sanctũ, iterúmq; rogarunt ut optimè conciliatus cum ipsis potentissimæ manus suæ robur superbis gentibus ostenderet.

9 Media autem jam fermè decima *f* vocator frequentes invitatos videns, accessit, pepulit Regem, eúmq; vix excitans ostẽdit tempus convivii jam *g* præter fluere, sermonémq; [3] de illis habuit: quem reputans Rex & ad convivium versus, jussit eos qui ad convivium venerant [4] ex adverso sui accumbere:

10 Eóq; facto adhortatus est, ut se in cõvivio occupantes [5] præsentem convivii partẽ eo plus honorarent *eam* in lætitia consumendo.

11 Quum autem diutiùs processisset confabulatio, Chermonem accersitum Rex cum minis acerbis interrogavit quam ob causam sinerentur Jehudæi in diem præsentem supervivere.

12 Qui ubi ostendit se nocte quod fuerat imperatum ad finem perduxisse, & attestati sunt amici ejus, *ille* pejorem quàm Phalaridis crudelitatem habens dixit, habeãt illi gratiam hodierno diei somno.

13 Tu verò sine cunctatione in diem crastinum similiter elephantos comparato ad scelestorum Jehudæorum istorum deletionem.

14 Hæc ubi dixisset Rex, alacriter omnes qui aderant cum gaudio simul collaudarũt, & in suam quisque domum reversus est: ubi non tam ad somnum tempore noctis abusi sunt, quàm ut omnia fabricarentur ludibria in eos qui miseri esse videbantur.

15 Simulac autem gallus manè cecinerat, bestias armatas in peristylio magno [6] commovebat, & turbę quæ per civitatem *erant* cõgregabantur ad spectaculum inprimis miserabile diluculum studiosè exspectantes.

16 Jehudæi verò *h* continenter animã trahentes, supplicatione multis lacrymis cõjuncta canticísq; miserabilibus, manibus ad cælũ protensis orabant Deum maximum, ut brevi iterum ipsis succurreret.

17 Nondum radii Solis dispergebãtur, Rege amicos excipiente, quũ accedens Chermon accersivit *i* ut prodiret, indicans illud quod anteà Rex in animo habuerat paratum esse:

18 Quod quum ille acciperet & de iniquo illo exitu obstupesceret, ignoratione planè occupatus quæsivit quamobrem illud studiosè ab eo effectum esset: erat autem istud ab efficacitate Dei dominantis omnibus, qui oblivionem rerum quas ille priùs machinatus fuerat menti illius indiderat.

19 Indicavit Chermon & amici omnes, *dicendo*, bestiæ copiæq; istæ, ò Rex, paratæ *sunt* ex proposito consilio vehemente tuo.

20 Ille verò his dictis gravi ira plenus, eo quòd tota ipsius cogitatio de his rebus providentia Dei dissipata esset, minaciter intuens dixit,

21 [7] Quotquot parentes advenerint aut filiorum nati, hi largam escam bestiis feris paraverint, inculpatorum Jehudæorum loco, qui mihi meísq; majoribus integram stabilémque fidem eximiè demonstrarunt: quamquam nisi animo erga te propenso essem propter communem educationem & ministerium tuum pro illis privareris vita.

22 Sic Chermon inopinatã ac periculosam sustinens comminationem & aspectu & vultu *k* cohorruit: amicorum verò quisque paulatim diffluxit tristis, qui congregatos dimiserunt quemque ad occupationem suam.

23 Jehudæi autem Regis sermonibus auditis illustrem Deum, Dominum, regem regum laudaverunt, ut qui ab ipso auxilium hoc consequuti essent.

24 Deinde quum Rex constituto de integro consilio hortaretur convivas ut se ad lætitiam conferrent, secundùm leges illas Chermonem accersens cum interminatione dixit *ei*, quoties oportet tibi de iisdem rebus mandata dari, ò infelicissime? etiam nunc tandem elephantos arma in diem crastinum ad deletionem Jehudæorum.

25 Cognati autem simul accumbentes instabilem hanc mentem admirati protulerunt ista, ò Rex, quousq; verò nos ut expertes rationis pertẽtaturus es, jam tertiò imperãs deleri illos, & rursum in ipso facto dissoluẽs mutato consilio ea quæ placuerunt tibi?

26 Quorum gratiâ hæc civitas exspectatione turbatur, & multos conventus experta, jam etiam periclitatur ut diripiatur sępe.

27 Rex itaq; *alter* omnino Phalaris impletus studio rationi adversante, & mutationes animi quæ ad *l* procurationem Jehudæorum in ipso fuerant effectæ nihili faciens,

28 Postquam impurissimum juramentum firmè statuisset se cùm istos sine cunctatione genibus pedibúsq; bestiarum sauciatos ad inferos transmissurum, tum castris contra Jehudęam ductis *eam* celeriter ęquatam solo flammę & ferro traditurum, & ‖ templum illorum, quod nobis (*inquit*) inaccessum fuit, ubi consummant sacrificia, citò prostratum igne in omne tempus effecturum:

29 Tunc læti discesserunt amici & cognati cum fiducia, & disposuerunt copias ad custodiam per opportunissima civitatis loca.

30 Magister verò elephantorum ut bestias ad furiosam (ut ita dicam) ferè constitutionem odoratis poculis è vino condito thure, *m* formidabili ornatas apparatu adduxerat; sub auroram, quum jámq; civitas innumerabilibus turbis hippodromũ versus repleta esset, ingressus

[4] *Græ. matutinus: sic inf. vet. 15.*

[5] *Græc. seculo temporis: hypallage.*

[2] puta Dei.

[6] *Græc. qui ad vocationes erat institutus confortim vocatos videns.*

[3] *Græ. præter-currere.*

[3] qui mãdato regis ad conviviũ vocati aderant.

[4] pro Ægyptiorum more, ut Gen. 43. 33.

[5] Sic modestè Rex loquitur, excusans quòd pars tẽporis in convivio agitando cõsumenda periisset, hortansq; ut festivitate & convictu liberiore jacturam temporis resarcirent.

[6] præbito potu, & áliis rebus ad sævitiã eos accensuris, furorémq; provocans.

[h] *Græ. per indivisum tempus, id est, perpetuũ & continens: ut infr. 6. 26.*

[i] *Gr. ad exitũ.*

[7] sensus est, & quisquam me hoc nomine ad Jehudæorum ruinam compellaverit, quisquis tandem ille sit cùm ipse tum necessarii ipsius pœnam perferto Jehudæis irrogatam.

[k] *Græ. contractus est.*

[l] *Græ. inspectionem seu visitationem.*

‖ *Sup. 1. 10.*

[m] *Græc. formidabiliter.*

ingressus aulam ad rem præsentem incitavit Regem.

31 Qui ira gravi impiã mentem complens,[8] omni mole erupit cum bestiis, volens immiti animo & pupillis oculorum siccis molestum illum & miserabilem eorum de quibus antè diximus spectare exitum.

[8] i. comitatu maximo, copiisq; prosequentibus, de quibus ℣. seq.

32 Itaq; exeuntium elephantorum ad portam armatis copiis simul prosequentibus, pergentisq; multitudinis pulverem videtes Jehudæi & horrisonum tumultum audiētes, quum illud sibi ultimum vitæ momentum esse arbitrarentur,

33 *Sub* finem miserrimæ illius exspectationis ad commiserationem & ejulatus versi osculabantur alii alios complectentes cognati, & in colla ruētes filiorum patres & puellarum matres:

34 Aliæ verò infantes uberibus admotos habentes, qui lac sugerent ultimum.

35 Verumtamen quum hi è cōverso etiam considerarent defensiones ipsorum quæ antè fuerant è cælo factæ, pronos unanimiter se ipsos prosternentes, & infantes ab uberibus seponentes inclamaverunt voce magna universitatis *n* principem:

[n] *Græc. dynastam.*

36 Supplicantes ut apparitione illustri facta miseraretur ipsos jamq; ad portas sepulcri constitutos.

CAPUT VI.

1 ELhazar autem quidam vir insignis de Sacerdotibus *qui erant* è regione illa, in senũ numero jam ætatem consequutus, & omni virtute ornatus quæ ad vitã hanc *pertinet*, senes qui circumstabant ipsum contrahens *ad* invocandum Deum sanctum, oravit *a* his verbis;

[a] *Græ. hæc.*

2 Rex *b* magnifice, altissime, omnipotens Deus, qui rem creatã omnem semper gubernas misericorditer, respice ad semen Abrahami, ad liberos sanctificati Jahakobi, *ad* populũ partis quæ sanctificata est tibi, exterum in terra extera injustè pereuntem, o pater.

[b] *Græ. magnipotens.*

3 ‖ Tu Parhonem olim abundantem curribus, Ægypti istius principem, elatum immiti audacia & lingua magniloqua, cum superbo exercitu mari perfusos perdidisti, luce misericordiæ perlustrans genus Jisraelis:

‖ *Exod. 14.*

4 ‖ Tu Sancheribum gravem Assyriorum regem innumerabilibus copiis exsultantem, qui *c* gladio terram totam subjectam sibi jam occupaverat, & qui efferebatur cōtra sanctam civitatem tuam res graves fastu audaciáq; proloquēs, tu *inquam* Domine fregisti, manifestã gentibus multis potentiam tuam ostendens:

‖ *2. Reg. 19.*

[c] *Græ. hasta.*

5 ‖ Tu socios treis versantes in Babylonia, qui animam suam ultrò igni tradiderant ne *rebus* vanis servirent, ignitum caminum perfundēs rore liberasti, *d* adeò ut ne capillo quidem tenus damnum perpessi sint, flammámque omnibus adversariis immisisti:

‖ *Dan. 3.*

[d] *Gr. usque ad capillum impassos.*

6 ‖ Tu Danijelem, qui invidentiæ calumniis leonibus sub terram fuerat projectus *ut* esca bestiis *esset*, incolumem in lucem revocasti; & ‖ Jonam prolixè in ventre marini cete liquescentem, illæsum omnibus domesticis ostendisti, pater.

‖ *Dan. 6.*

‖ *Jona 2. & 3.*

7 Nunc ergo, *o Deus*, osor injuriæ, plurimũ misericors, universitatis protector, citò appare istis qui de genere *sunt* Jisraelis, & ab iniquis gentibus abominandisque injuriam patiuntur.

8 Quòd si impietatibus in peregrinatione hac cōstricta fuit vita nostra, libera nos ab inimicorum manu, & tu Domine prout volueris nos nece perde.

9 Ne isti *e* qui nihil nisi vanitatem sapiunt, rebus vanis benedicant perditionis in dilectos tuos eventuræ nomine, dicentes, ne Deus quidem ipsorum liberavit istos:

[e] *Græ vanã sapientes.*

10 Sed tu, o æterne, qui omnes vires ac universam potestatem obtines, jam respice.

11 Miserere nostri, qui per iniquorum injuriam rationi adversam vita destituimur insidiatorum modo:

12 Gentes verò stupescentes admirentur hodie invictam potentiam tuam, o gloriose *Deus* potentiáq; prædite, de salute generis Jahakobi.

13 Tibi supplicat tota infantium istorum multitudo, & hi parentes istorum cum lacrymis: demonstretur omnibus gentibus te nobiscum esse Domine, neque avertisse faciem tuam à nobis.

14 ‖ Sed quemadmodum dixisti te ne tum quidem quum in terra inimicorũ suorum versantur despexisse eos, ita perfice Domine.

‖ *Levit. 27. 40.*
‖ *Deut. 30.*

15 Quum autem Elhazar ab oratione modò desineret, Rex cum bestiis ac toto copiarũ horrore secundùm hippodromum prætervehebatur.

16 Quod contemplati Jehudæi magnum clamorem in cælum extulerunt, adeò ut adjacentes convalles ipsæ unà personantes castris totis *f* necessarium fletum excuterent.

[f] *Græ. incoercibilem fletum facerent.*

17 Tunc gloriosissimus, omnipotēs, & verax Deus ostendēs sanctam faciem suam aperuit portas cæli, è quibus gloria instructi duo formidabilésq; aspectu Angeli omnibus manifesti [1] præter Jehudæos descenderunt,

[1] nã Jehudæi quoq; videbant illos.

18 Et resistentes impleverunt adversariorũ copias perturbatione & metu, immotísque ligarũt pedicis, adeò ut ipsum regis corpus horresceret, & oblivio audaciam ipsius quæ tam graviter inflammata fuerat occuparet.

19 Bestiæ verò conversæ in copias armatas quæ subsequebantur, proculcabant & profligabant *g* illas.

[g] *Græc. illos. nempe copiarũ viros.*

20 Tunc Regis ira in misericordiam & lacrymas conversa est, propter eas res quas ante fuerat machinatus.

21 Nam quum audisset [2] clamorem illum, & consideraret pronos omneis ad perditionē *comparatos*, cum ira lacrymans interminatus est amicis dicens,

[2] Jehudæorũ, de quo ℣. 16.

22 [3] Regno abutimini, qui tyrãnos crudelitate superavistis, & me ipsum in vos beneficũ jam aggredimini cùm à principatu, tum etiam à vita amovere, clàm machinantes ea quæ non essent regno profutura.

[3] i. auctoritate Regia, ut exponitur capite seq.

23 Quis [4] eos *homines* qui munitiones regionis nostræ *h* fideliter tenuerunt, è domiciliis suis exportatos singulos præter rationem huc coacervavit?

[4] Jehudæos.
[h] *Græ. in fide.*

24 Quis eos qui omnino inde à principio benevolentia erga nos gentes omnes antecellunt, & qui pessima persæpe ab hominib. pericula susceperũt, ita nefariis implicuit suppliciis?

25 Solvite, dissolvite injusta vincula, *i* in proprias sedes cum pace remittite, ea quæ antè fuerũt gesta deprecati. Absolvite filios omnipotentis, cælestis Dei vivētis, qui à nostris *k* adhuc maioribus expeditam cōstitutionem cum gloria præbet nostris negotiis.

[i] *Græc. in propria: sic inf. ℣. 33.*
[k] *Græc. usque nunc.*

26 Atq; hæc quidem dicebat iste: illi verò *l* momento soluti, sancto servatori suo benedicebant, quòd modò effugissent mortem.

27 Posteà Rex in civitatem reversus accersito eo qui reditibus præerat jussit vina cęterá-que ad convivium necessaria in septiduum Jehudæis suppeditari, statuens eos quo in loco se subituros exitium putaverant, ibidem [5] Soteria cum omni lætitia celebrare.

28 Tunc illi qui antè probrosi fuerant & sepulcro proximi, ac potiùs in illud jámq; descen derãt, loco acerbę necis & luctuosissimę [6] poculum salutare inter se statuentes; eum locum qua ad ruinam ipsis & sepulcrum paratus fuerat, pleni gaudio in accubitus diviserunt.

29 Et finem flebili lamẽtationis cantui facientes, receperunt majorum cantica, Deum servatorem laudantes atq; mirificum; fletúque omni & ejulatu abjecto choreas cõstituerunt *ad* lætitiæ pace conjunctæ signum.

30 Similiter autem rex quoq; de his rebus quum amplissimum convivarum numerum congregasset, indesinenter in cælum *respiciens* vicissim celebrabat Deum magnificè, propter salutem quæ ipsi præter opinionem acciderat,

31 Qui verò antè statuerant illos in exitiũ *raptos* avium futuros escam, & cum gaudio descripserant; *hi* contrà gemuerunt, quòd pudore apud animum suum amicti essent, & quòd audaciam suam, quę ignem spiraverat merum, inglorię exstinctam cognoscerẽt.

32 At Jehudæi constituta, ut antè diximus, chorea *m* illa cum cõvivio, tempus in celebrationibus hilaribus & Psalmis transegerunt:

33 Et communem de his rebus ferentes legem in toto incolatu suo generationib. omnibus dies prędictos statuerunt hilareis celebrari, non compotationis aut comessationis causâ; sed propter salutem quam ipsis Deus effecerat.

34 Deinde accesserũt regem, se ad suos dimitti postulantes.

35 ‖ Cæterùm descripserant illos *administri Regis* à vicesimo quinto die [7] Pachonis ad quartum [8] ‖ Epiphi diebus quadraginta: cõstituerant verò perditionem illorum à quinto Epiphi ad septimum diebus tribus, quum etiã magnificè illustrans misericordiam suam universitatis princeps incolumes eos liberavit.

36 Unanimiter autem convivati sunt *n* omnibus suppeditatis à Rege, ad diem usq; decimum quartum.

37 Quo etiam die quum *o* interpellassent Regem pro dimissione sui, collaudans eos Rex magno animo scripsit eorum gratia sequentes literas ad duces *p* nnicuiq; civitati præpositos *q* in hanc sententiam.

Caput VII.

1 Rex Ptolemæus Philopator ducibus qui *sunt* per Ægyptum & omnibus qui præfecti sunt rebus *gerendis* salutem & incolumitatem: valemus quoque ipsi & liberi nostri.

2 Amici quidã, quum Deus maximus nobis ut volumus negotia dirigeret, improbo more crebriùs apud nos insistentes nobis persuaserunt ut coacervato cœtu Jehudæos qui sub regno sunt *nostro* afficeremus insolentibus defectorum suppliciis:

3 Prętextum hunc afferẽtes nunquam fore ut bene constituantur negotia nostra propter diritatem *a* qua isti sunt in omneis gentes, donec istud fuerit consummatum.

4 Qui etiam quum eos vinctos *b* & vexatos tamquam mancipia ac potiùs tamquã insidiatores adduxissent, sine ulla disquisitione & percunctatione ipsos sunt aggressi tollere, ferociore *c* nexi crudelitate quàm legis Scytharum sit.

5 Nos autem propterea interminati durissimè, quum pro ea æquitate quam hominibus omnibus exhibemus, ægrè vitam essemus istis gratificati; Deum verò cęlestem agnovissemus certò Jehudæos protegere velut patrem semper filios propugnantem, atq; reputavissemus constantem illam quã habent erga nos & majores nostros *d* amicam benevolentiam, *hos* justè ab omni crimine qualicumque ratione *intenso* absolvimus:

6 Et unicuique præcepimus ut ad res suas quisq; quocumq; loco *sit* revertatur, neminem eos omnino lædere, neq; res istas quę præter rationem confectæ sunt *ipsis* exprobrare.

7 Scitote enim si quas improbas technas in eos cuderimus, aut eos ullo pacto tristitia affecerimus, nos non hominem, sed Deum altissimum, qui potestati omni dominatur, adversarium nobis in omni re ad ultionem factorum istorum *e* inevitabilem semper habituros. Valete.

8 *Jehudæi* verò quum has literas accepissent, non dederunt operam ut statim abscederent, sed prætereà à rege postulaverunt, ut qui ex gente Jehudæorum voluntariè Deum sanctum & Dei legem omisissent, ii ab ipsis pœnã debitam reportarent;

9 Adducẽtes eos qui ventris causa præceptiones divinas omiserint, ne in præcepta quidem Regis bono animo futuros unquam.

10 Atque hic ut percepit eos verum dicere, collaudans facultatem eis dedit *f* ad omnia; ut eos qui essent transgressi legem Dei liberè in omni loco regni sui sine ulla [1] regia potestate aut cognitione profligarent.

11 Tunc bene precantes ei, ut decebat, illorum sacerdotes cum turba tota, & acclamantes Halelu-jah, cum gaudio discesserunt.

12 Itaq; *g* pollutum ex gente sua quemque prout incidebat in itinere puniebant, *h* variisque modis traductum *è medio* tollebant.

13 Sustulerunt autem die illo ampliùs trecentos viros, agitarúntq; lętitiam cum gaudio, postquàm prophanos illos sustulissent.

14 Illi verò qui ad mortem usq; Deo adhęserant, integro salutis fructu accepto, jungentes è civitate abierunt, omnigenis floribus odoratissimis coronati, cum lętitia & acclamatione; gratias laudibus & hymnis omnimodis agentes Deo majorum suorum, sancto servatori Jisraelis.

15 Sed quum pervenissent Ptolemaida quę [2] Rhodophoros à proprietate loci nominatur, ubi de communi sententia ipsorum classis dies septem ipsos præstolabatur;

16 Illic fecerunt convivium [3] salutare, suppeditante Rege alacriter ipsorum cuiq; omnia quæ erant opus ut se in suas domos singuli reciperent:

17 Atq; ibidem statuerunt ut delati *ad suos* cum pace dies eosdem hilares tempore incolatus sui *i* adhibitis justis celebrationib. agitarẽt.

18 Quos ubi consecraverunt, columnáque in convivii loco *posita* confirmarunt voto; integri liberíq; summo cum gaudio discesserunt terra,

[1] Gr. indiviso tempore, ut supra 5.16.

[5] i. salutares dies, festos dies salutis suæ.

[6] sic interpretamur cum Phavorino κώθωνα, propoculo ex quo milites victoria parta læti inter se propinabant: quę propinãdi ratio in conviviis & eucharisticis epulis fuit observata: vide Psal. 116. 13.

[m] Gr. prædicta.

‖ Sup. 2. & 3.

[7] Ægyptia mẽsis appellatio Aprili nostro ex parte respondentis.

[8] mẽsis Junio nostro similiter ex parte respondẽtis, quo celebrabãtur Apidis festa sive Epaphi, unde nomen habuit: vide Eusebiũ de præparatione Euangelica.

‖ Sup. 5.

[n] Græc. omnia suppeditati.

[o] Græ. interpellationem fecissent.

[p] Græ. percivitatem,

[q] Græc. hunc tenorem habentes

[a] Græc. quam isti habent.

[b] Gr. cum vexationibus.

[c] Gra. insibulati.

[d] Gr. amicitiæ.

[e] Gr. inevitabiliter.

[f] Gr. omnium

[1] i. magistratu à Rege dato, ut cognitione juridica.

[g] Gr. incidentẽ pollutorum

[h] Gr. & cum traductionib.

[2] i. rosarũ ferax: hæc Ptolemais est in Arsenoite Nomo imposita Nilo quã Ptolemęus in Geographicis ὅρμον i. stationẽ, vocat; ut ab altera Ptolemaide Mercurii distinguatur, quæ metropolis est in Thinite Nomo.

[3] i. eucharisticũ, ut suprà 6.28. de salutari poculo diximus.

[i] Gr. injustis.

terra, & mari fluvioq; in suas *domos*, conservati pręcepto regis, & majorem habentes quam antè in inimicos potestatem gloria & metu conjunctam.

19 Deniq; nullius opera à suis facultatibus cōcussi sunt; sed singuli res suas omneis ex descriptione receperunt, adeò ut qui habebant aliquid *de iis* maximo cum timore ipsis restituerent: ita Deus maximus res magnificentissimas perfectè faciebat ad salutem ipsorum.

20 Benedictus *sit* liberator Jisraelis in sempiterna tempora. Amen.

MACBÆORUM
LIBER I.

PRIOR *Macbæorum liber singulares populi Dei clades, victoriasq;, mutationes varias, & mirificam Dei administrationem in Ecclesia vetere describit, prout à Prophetis fuerant prænunciatæ: inprimis verò ea quæ à Macbæorum sive Chasmannæorum familia ad Dei gloriam & populi salutem gesta sunt, Antiocho Epiphane & Eupatore, Demetrio Sotere, Alexandro Epiphane, Demetrio Nicanore, & Antiocho Sedete regibus. Estq; historia annorum fermè quadraginta.*

CAPUT I.

1 [a] FUit autem, postquam cæcidisset Alexander Philippi filius Macedo, qui procedebat è terra [2] Cittæorum, cæcidisset, *inquam*, Darium regem Persarum Medorumque; ut regnaret loco ejus, *quum* priùs in Græcia *regnasset*.

2 Constituit enim prælia multa, expugnavitque munitiones, & jugulavit reges terræ,

3 Pervadensque ad extremas usque terras accepit spolia multarum gentium, & tranquilla fuit terra coram ipso.

4 Ita exaltatus est ac elatus animus illius,

5 Quòd coactis copiis potētibus valdè imperaret regionibus, gētibus, & regnis, essentque ea sibi tributaria.

6 Posteà verò decidens in lectum, quum agnosceret se in morte esse,

7 Accersivit *a* administros suos gloriosos qui unà cum ipso fuerant educati à pueritia, & divisit illis [3] regnum suum quum adhuc viveret.

8 Quum itaque regnavisset Alexander annis [4] duodecim, & mortuus esset,

9 Obtinuerūt dominatum administri ejus quisque in loco suo:

10 Et imposuerunt omnes *sibi* diademata post mortem illius, & filii eorum post eos annis multis; & multiplicata sunt mala in terra.

11 Prodiit autem ex eis radix peccatrix Antiochus [5] Illustris, filius [6] Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses; regnavitque anno centesimo trigesimo septimo regni [7] Græcorum.

12 ‖ Temporibus illis prodierunt ex Jisraele *b* [8] homines iniqui, & persuaserunt multis, dicentes; eamus & disponamus fedus cum gentibus circumstantibus nos: nam ex quo separati sumus ab illis; *c* obvenerunt nobis mala multa.

13 Qui sermo quum bonus visus esset in oculis illorum,

14 Comparati animo quidam è populo profecti sunt ad regem, qui dedit illis potestatem faciendi *d* statuta gentium.

15 Ædificaverunt itaque [9] gymnasium Jeruschalaimis secundùm leges gentium:

16 Et [10] facientes sibi ipsis præputia abscesserunt à federe sancto, & conjuncti gentibus venditi fuerunt ad faciendum malum.

17 ‖ Comparato autem regno coram Antiocho, præcepit quoque animo regnum Ægypti, ut regnarent super duo regna.

18 Et ingressus Ægytum cum turba numerosa, curribus, elephantisque, & equitibus, & magna classe,

19 Constituit prelium contra [11] Ptolemeū regem Ægypti, in quo aversus Ptolemæus à conspectu illius fugit, ceciderunteque confossi multi:

20 Posteà occuparunt civitates munitas in terra Ægypti, accepitque Antiochus spolia Ægypti.

21 Inde revertens Antiochus, postquam percussisset Ægyptum, anno centesimo quadragesimo tertio:

22 Ascendit contra Jisraelem & Jeruschalaima cum turba numerosa:

[a] De hujus libri auctore non potest equè constare, ac de libri secūdi scriptoribus; etsi ex historiarum que in utroq; libro habentur, comparatione manifestissimum est auctores diversos esse, quum non tantùm aliter scribant, sed etiam alia ab hoc atque ab illo conscribantur. Quāobrem ut diversos fuisse credamus faciūt tum stili varietas, tum historiæ differentia; De auctoritate quid patres senserint, omnibus perspectum est: apud nos verò qua auctoritate sint, paucis explicabimus. Utrumque humanum scriptum est, & res non paucas præter historiarum veritatem, & justitiæ legem complectitur: sed hunc tamen omnibus numeris libro secundo anteponimus, quia scriptor aut concinnator illius, quisquis tandem fuerit; sibi non constat ipse, & res inter se pugnantes tradit. Dicti sunt autem Macbæorum libri, quia historiam principum quorumdam Jehudæorum exponunt, qui populares suos à tyrannide vindicantes, insigne suum aut militare vexillum quatuor literis inscripserunt, M. C. B. I. (ut olim Romani facere sunt soliti) Quibus literis significatum est Hebraicè dictum illud Moschis Exodi 15. 11 quis est par tibi inter Deos Jehovah? Ex qua inscriptione vexilli, & à popularibus, & ab exteris omnibus, Macbæi una voce fuerunt appellati; aut vocabulo corrupto Maccabæi. [2] id est, Cilicum, ut explicavimus Genes. 10 4. Veteres autem Macedonas ab Hebræis fuisse dictos Citthæos, falsò crediderunt; quod non satis assequerentur Bilhami mentem in ea prophetia, quæ habetur Num. 24. 24. [3] *Gr. pueros.* [3] id est, administrationem regni. Nam alioqui duos habebat hæredes filios, Alexandrum & Herculem ex Roxana & Arsine uxoribus.

[4] rotundato numero; regnavit enim præterea mensibus octo.

[5] sive appellatione Græca Ἐπιφανὴς ad quam alludens vulgus, Polyb. teste, eum vocavit Epimanem, id est, furiosum; qui propterea quòd despectus erat neque ad ipsum ex jure regnū fuerat perventurum (ut ait Danijel 11. 21) voluit glorioso nomine maculā suam eluere.

[6] illius nepos qui Magnus dictus est.

[7] id est Seleucidarum, qui à morte Alexandri Magni regnum suū stabiliverunt in Syria.

‖ 2 *Mac.* 4. 7.

[b] *Gr. filii.*

[8] quorū principes nominat Josephus Antiq. Jud. li. 12. ca 6. & 2. Mac. 4.

[c] *Gra. invenerunt nos.*

[d] *Gr. justifi. ationes.*

[9] vide 1. Mac. 4. 12.

[10] i. non alētes circumcisionem, sed præputium reducentes arte, ut ibidem Josephus exponit.

‖ 2. *Mac.* 5.

[11] Philometora.

23 Et ingressus sanctuarium *e* superbè cepit altare aureum, & lychnuchum lucentem cum omnibus instrumentis ejus, & mensam propositionis, & crateras, phialasque, & pelves aureos, & velum, & coronas, & ornatum aureum qui erat in cōspectu templi, *f* aurúmque detraxit omnibus.

24 Similiter accepit argentum & aurum, & instrumenta desiderabilia; accepitque thesauros absconditos, quos invenit, & captis omnibus abiit in terram suam.

25 Et fecit cædem hominum, loquens superbia magna.

26 Quamobrem fuit luctus magnus apud Jisraelem in omni loco eorum.

27 Nam ingemuerunt principes, senioresque, virgines, & adolescentes infirmati sunt, & pulcritudo mulierum immutata est:

28 Omnis sponsus assumsit lamentum, quæ sedebat in thalamo fuit in luctu:

29 Et mota est terra propter habitatores suos, totaque domus Jaakobi induerunt *g* pudoris indumenta.

30 Post duos annos *h* integros misit rex [12] præfectum tributo in civitates Jehudæ, qui venit Jeruschalaima cum numerosa turba:

31 Qui alloquenti ipsos sermonibus pacificis dolosè, crediderunt cives.

32 Ita irruit in civitatem repentè, & cæcidit eam plaga magna, perdens populum multum ex Jisraele:

33 Et accipiens spolia civitatis incendit eā igne, diruitque domos ejus, & muros ejus in circuitu:

34 Abduxeruntq; captivas mulieres, liberosque, & jumenta possederunt.

35 Posteà ædificaverunt *i* in civitate Davidis murum magnum, munitumque turribus munitis, qui fuit ipsis pro arce:

36 Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, qui confirmarunt se in ea:

37 ‖ Et comportarunt arma atq. commeatum, congregantesque spolia Jeruschalaimorum deposuerunt illic, fuerunque loco laquei maximi.

38 Nam fuit pro insidiis in locum sanctum, & pro diabolo infesto in Jisraelem semper:

39 Unde effundebant sanguinem innocētem in circuitu sanctuarii, & contaminabant sanctuarium.

40 Itaque fugerunt habitatores Jeruschalaimorum propter istos, & fuit *urbs* habitatio exterorum, fuitque extera natis suis, liberis ipsius derelinquentibus ipsam.

41 Sanctuarium ejus desolatum est ut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbatha ejus in opprobrium, honor ejus in nihilum.

42 Secundùm gloriam ejus fuit ignominia ejus, celsitudine ejus conversa in luctum.

43 Quum autem rescripsisset rex toti regno suo, ut *k* coalescerent omnes in populum unum, & derelinquerent unusquisque ritus suos:

44 Acceperunt omnes gentes secundùm sermones regis.

45 Et multi quoque ex Jisraele consenserunt cultui ejus, & sacrificantes idolis coinquinauerunt sabbathum.

46 Misit enim rex libellos *l* per legatos Jeruschalaima, & ad civitates Jehudæ, denuncians sequendos esse ritus alienos terræ;

47 Et holocausta, sacrificiumque, & libamen è sanctuario tollenda interdicto:

48 Et profananda sabbatha, diesq; festos:

49 Et coinquinandum sanctuariū, & sanctos:

50 Aedificandas aras, & lucos, idolorumq; delubra, & sacrificandas suillas, & *m* immundas pecudes:

51 Dimittendosq; filios ipsorum incircumcisos, efficiendas animas ipsorum abominabiles re omni immunda, & inquinamento, ita ut obliviscerentur legis, & immutarent omnia statuta Dei.

52 Qui autem non fecerit secundùm verbum regis, *hunc* moriturum esse.

53 *n* In sententiam hanc omnino rescripsit toti regno suo, & præfecit inspectores toti populo,

54 Civitatibusq; Jehudæ mandavit ut sacrificarent in *o* civitate quaque.

55 Congregati sunt itaq; ex populo ad eos multi, quisquis dereliquit legem, & perfecerunt mala in terra,

56 Facientes ut Jisrael lateret in abditis locis, in omni perfugio ipsorum.

57 Die autē decimo quinto mensis [13] Cislevi, anno centesimo quadragesimo quinto, exstruxerunt [14] abominationem desolationis super altare, & in civitatibus Jehudæ circumquaque exstruxerunt aras;

58 Et in foribus domorum, & in plateis fecerunt suffitum;

59 Et libros legis, quos invenerunt conscindentes usserunt igne:

60 Et ubicunq; inveniebatur apud aliquem liber federis, aut si quis acquiescebat legi, edicto regis afficiebatur morte.

61 Freti robore suo faciebant ita Jisraeli, iis qui deprehendebantur *p* unoquoque mense in civitatibus.

62 Et vigesimo quinto mensis sacrificantes in ara quæ erat super altare,

63 Mulieres quæ circumciderant liberos suos, morte afficiebant ex præstituto:

64 ‖ Et suspendebant infantes de collo earum; & familias earum, & eos qui circumciderant illos, *trucidabant*.

65 Sed multi in Jisraele confirmati sunt, & roborati cū animis suis, ne res impuras comederent:

66 Susceperuntq; consilium moriendi, ut non polluerentur cibis illis, neque sanctum fedus inquinarent, ac mortui sunt.

67 Unde [15] effecta est ira magna contra Jisraelem valdè.

Caput II.

1 Temporibus illis surrexit Matthithja filius Jochananis, filii Schimlionis, sacerdos è posteris [1] Jojaribi Jeruschalaimis, & cōsedit [2] Moddinis.

e Gr. in superbia.
f Gr. & desquamavit omnia.
g Gr. pudorem.
h Gr. dierum.
[12] Apolloniū, ut nominatur 2. Mac. 5. 24.
i Gr. civitatem Davidis muro magno.
‖ 2 Mac. 6.
k Græc. essent.
l Gr. manu legatorum.
m Gr. communes: sic deinceps
n Gr. secundū omnes sermones istos.
o Gr. civitate & civitate.
[13] qui Novēbri nostro ex parte respondet, inf. 4. 52.
[14] i. arā abominandam, qua cult⁹ Dei jacebat desolatus. Sic. n. appellatur inf. ver. 62. & impositā fuisse altari Josephus ibidem docet cap. 7.
p Gr. omni mēse & mense.
‖ 2. Mac. 6. 10.
[15] i. ampliùs exarsit in irā Antiochus.
a Gr. diebus.
[1] Qui primus recensetur in Sacerdotum albo, 1. Chrō. 24. 7. ex familia (ut credibile est) Elhazaris, tum quia primus eo loco nominatur, tum quia Matthithja Pinchasum patrem vocat, infr. 54.
[2] Hieronymus montem vocat, Josephus vicum, Auctor ciuitatem, vſ. 15. & seq. Sed hæc postrema duo facile inter se convenire possunt. Montis aureum vocabulum eo quod in desertis Jehudę montanisq; partibus sita esset civitas, in Hieronymi contextum infarctum puto. Nos ex locorum comparatione appellamus Moddin, quia videtur dici à depulsorum bonorum perfugio, Hebræa appellatione.

2 Huic autem *erant* filii quinq;, Jochanan, qui nominabatur [3] Gaddesch;

3 Schimlïon, qui vocabatur [4] Taschi;

4 Jehuda, qui vocabatur [5] Macbæus;

5 Ellïazar, qui vocabatur [6] Habaran; & Jonathan, qui vocabatur [7] Aphusch.

6 Videns autem blasphemias, quæ efficiebantur in Jehuda & Jeruschalaimis,

7 Dixit, Hei mihi, quare jam natus sum ad videndum contritionem populi mei, & contritionem civitatis sanctæ, & sedendum illic, quando tradita est in manus inimicorum?

8 Sanctuarium in manu extraneorum *est*, factus est *b* Deus in templo ejus habitãs ut vir inglorius.

9 Instrumenta gloriæ in captivitatem exportata sunt, interfecti sunt infantes ejus in plateis ejus, & juvenes ejus gladio inimici.

10 Quę gens nõ accepit sortem *c* ex regno, & non obtinuit spolia ejus?

11 Omnis mundus ejus ablatus est, pro libera facta est *d* ancilla.

12 Ecce enim *e* sanctuarium nostrum, & pulcritudo nostra, & gloria nostra desolata est, & coinquinarunt ea gentes.

13 Quorsum nobis ampliùs vivere?

14 Et discindens Matthithja filiiq; ipsius vestimenta sua induerunt cilicia, & luxerunt valdè.

15 Quam autem venerũt administri regis, qui impellebant in apostasiam, in civitatem Moddina, ut sacrificarent *incolæ*;

16 Multi quidem ex Jisraele ad ipsos accesserunt; Matthithja verò, & filii ejus simul [8] adducti sunt;

17 Quibus respondentes administri regis alloquuti sunt Matthithjam dicẽtes; princeps & gloriosus & magnus es in civitate hac, firmatusq; filiis & fratribus:

18 Nunc accede primus, & fac mandatum regis, ut fecerunt omnes gentes, & viri Jehudæ, & qui relicti sunt Jeruschalaimis: ita eris tu & familia tua inter amicos regis, & tu ac filii tui honorabimini argento & auro, muneribusq; multis.

19 Respondens verò Matthithja dixit voce magna, [9] si omnes gentes regni, & quæ in domo regis sunt, auscultent ipsi, deficientes quisque à cultu majorum suorum, & consenserint mandatis ejus;

20 Ego verò & filii mei ac fratres mei ambulabimus in federe majorum nostrorum.

21 Propitius nobis *sit Deus*, ne derelinquamus legem & statuta ejus.

22 Sermoni regis non auscultabimus, ut transgrediamur cultum nostrum, ad dexterã aut sinistram *deflectentes*.

23 Quumq; desivisset proloqui sermones istos, accessit *f* quidam Jehudæus in oculis omnium sacrificaturus in ara Moddinis secundùm præceptum regis.

24 Quod videns Matthithja, zelo affectus est, & contremiscentibus renibus suis, extulit animum suum secundùm judicium *legis*, incurrensq; jugulavit illum super aram ipsam:

25 Hominem quoque regis cogentem sacrificare occidit momento illo, & aram destruxit:

‖ Num. 25. 26 Et zelo affectus legis, ut fecerat ‖ Pinchas Zimri filius Schallu.

27 Exclamavit Matthithja in civitate voce magna; quisquis zelotypus est legis, & præstat fedus, *g* prosequatur me.

28 Fugeruntq; ipse, & filii ejus in mõtana, & dereliquerunt quæcumque habebant in civitate illa.

29 Tunc descenderunt multi, qui requirebant justitiam & jus, in [10] desertum illud,

30 Ut illic cõsiderent ipsi cum filiis suis, & uxoribus suis jumentisq; suis, quia multiplicata erant super ipsos mala.

31 Quũ autem renunciatũ esset viris à rege missis, & copiis quæ erant Jeruschalaimis in civitate Davidis, descendisse homines qui dissipaverant mandatum regis, in latebras quæ sunt in deserto illo, & fugisse multos post eos:

32 Statim occupantes eos castra fecerunt contra eos, & constituerunt in eos prælium die *h* sabbathi, quum edixissent eis;

33 [11] Quousque tandem? nũc egressi facite secundùm sermonem regis & vivetis.

34 Qui dixerũt, nõ egrediemur, neq; faciemus sermonem regis, polluẽdo diẽ sabbathi.

35 Itaque acceleraunt in eos prælium.

36 Sed non responderunt eis, neque lapidẽ miserunt in eos, neque obsepiverunt latebras suas, dicentes,

37 Moriamur omnes in simplicitate nostra, testificabitur pro nobis cælum & terra, quòd nullo judicio habito perditis nos.

38 Ita insurgentibus illis contra hos in prælium sabbatho, mortui sunt hi cum suis uxoribus & liberis suis, ac jumentis suis ad mille animas humanas.

39 Quod cognoscens Matthithja, & amici ejus, luxerunt super eis admodum:

40 Et dixit *i* alter alteri, si omnes fecerimus ut fratres nostri fecerunt, ac nõ pugnabimus cõtra gẽtes istas pro vita nostra & statutis nostris, jam celerrimè nos profligabunt è terra.

41 Itaq; consilium iniverunt die illo dicentes, quisquis homo fuerit qui veniet cõtra nos in prælium die sabbathi, pugnabimus contra eum, ne moriamur omnes quemadmodum mortui sunt fratres nostri in suis latebris.

42 Tunc congregati sunt ad eos *k* congregatione sua [12] Aschidæi valentes robore è Jisraelitis, quicumque voluntariè adhærebant legi:

43 Et quicumq; fugiebãt ab improbis, adjuncti illis, erant illis confirmationi.

44 Tum cõstitutis copiis cæciderunt peccatores in ira sua, viros iniquos in indignatione sua; & cæteri fugerunt ad nationes *alias* ut servarentur.

45 *l* Obiens enim Matthithja & amici ejus regionem, destruxerunt aras illorum;

46 Et circumciderunt pueros incircumcisos, quoscunq; invenerunt in terminis Jisraelis, *m* fortiter:

47 Et persequuti sunt omnes illos *n* superbissimos, prosperè succedente hoc opere in manu illorum.

48 Ita asseruerunt legem è manu gentiũ, & è manu ipsorum regum, ac ne [13] illi quidem peccatori *o* vires concesserunt.

49 Appropinquãtibus autem diebus Matthithjæ, ut moreretur, dixit filiis suis; nunc firmata fuit superbia, & castigatio, & tempus indignationis, & æstus indignationis:

50 Jam verò, filii, zelotypi estote legis, & exponite animas vestras pro federe majorum vestrorum.

51 Memẽtote patrum nostrorũ quæ opera

[3] hoc nomen, ut sequentia fere omnia, nomẽ est officii; non autẽ (ut putavit vulgus) cognomen Jochananis. Est autẽ Gaddes præfectus rebus coacervatis atque cõparatis, ut si quæstorem dicas ærarii: quod officiũ fuisse Jochananis, ut res comparatas curaret atque conservaret, docet historia infr. 9. 36. quamobrem etiam idem adpellatur Joseph 2. Mac. 8 22. & 10. 19.

[4] id est, (ut ita loquamur) secretari[9], secretorum & fidelium cõsiliorum auctor: quo nomine cõmendatur à parẽte infrà ℣. 65.

[5] vide supr. 11.

[6] id est, pervadens, à strenuitate & fortitudine, cujus exemplũ est infrà 6. 43.

[7] id est, auctarium sive vir amplus. Nam utroq; modo non incommodè accipi potest; ut intelligatur hũc amplificantẽ potentiam Jehudæorum & nomen fuisse rebus gestis amplissimũ, quod historia confirmatur: quamobrem etiam idem appellatur Zaccai 2 Mac. 8. 22 & 10. 19.

[b] *Gr. templũ ejus metonymia.*

[c] *Gr. regnum.*

[d] *Gr. in servũ.*

[e] *Græ. sancta.*

[8] ut qui nollẽt sacrificia impia accedere.

[9] His vocibus nõ dubitam[9] inesse synchysin potius librariorũ culpa, quàm auctoris ipsius. Sensus enim est Matthithjam neq; exẽplo servorũ regis, neque gentiũ omnium, à vero Dei cultu abductum iri.

[f] *Græc. vir.*

[g] *Gr. exito post me.*

[10] de quo suprà in vers. 1.

[h] *Gr. sabbathorũ, sic deinceps.*

[11] huic item loco vitium non dubitamus fuisse factum, pro eo quod est, ἕως πότε; τοῦ ἐξελθόντες, &c.

[i] *Græ. vir proximo suo.*

[k] *Græ. congregatio Aschidæorum.*

[12] hoc nomẽ non est ullius gẽtis; sed propriè eos denotat profugos, qui religionis ergò huc illuc fuerunt diffusi, ne tyrannide regis ad scelus ullum cogerentur. Aschid enim diffusum sonat: sic infrà passim, & 2. Mac. 14. 6.

[l] *Græ. circumdans.*

[m] *Gr. in fortitudine.*

[n] *Gr. filios superbiæ.*

[13] nempe Antiocho Epiphani sive Illustri, de quo suprà 1. 11.

[o] *Gr. dederunt cornu.*

fecerint suis temporibus; & accipieris gloriam magnam, & nomen æternum.

52 Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis? & imputatum est ei ad justitiam.

53 Joseph tempore angustiæ suę observavit mandatum, & dominus Ægypti factus est.

54 Pinchas pater noster quum zelo afficeretur legis, accepit fedus æterni sacerdotii.

55 Jehoschuali complendo sermonem, factus est in Jisraele judex.

56 Caleb testimoniis confirmãdo in Ecclesia *sermonem suum*, percepit hæreditatẽ terrę.

57 David in misericordia sua hæreditario jure habuit thronum æterni regni.

58 Elija zelo affectus legis assumtus est in cælum usque.

59 Chananja, Hazarja, & Mischael credẽtes servati sunt è flamma.

60 Danijel in simplicitate sua liberatus est ex ore leonum.

p Gr. *generationem generationum.*

61 Sic igitur cogitate in *p* generationem quamque; quicumq; spem habent in illo, eos non infirmatum iri.

‖ *Eccles.* 10. 11 & 12.

62 ‖ Et à sermonibus viri peccatoris ne timeatis, quia gloria ejus in stercora & in vermes *abitura est*.

63 Ut hodie extollatur, cras minimè reperietur: nam reversus fuerit in pulverem suum, & ratiocinatio ejus perierit.

64 Vos itaq; filii confirmamini, & viros vos præbete in lege: nam ea gloriã adipiscemini.

65 Ecce autem Schimlionem fratrem vestrum, scio virum consilio velentem esse; ipsi

q Gr. *omnibus diebus.*

auscultate *q* omni tempore, ipse vobis futurus est pater.

66 Jehuda verò Macbæus, qui valet potentia à juventute sua, is vobis futurus est dux ex-

r Gr. *populorũ.*

ercitus, ut geratis bellum *r* in populos:

67 Ita vos adducetis ad vos eos omnes qui observãt legẽ, & *facietis* ultionẽ populi vestri.

68 Retribuite retributionem gentibus, & attendite ad præcepta legis.

69 Tum benedixit eis, deinde appositus est suis majoribus.

70 Quumq; mortuus esset cẽtesimo quadragesimo sexto anno, sepeliverũt eum filii ipsius in sepulcris majorũ ipsius Moddinis, & luxerunt eum omnes Jisraelitæ luctu magno.

CAPUT III.

‖ 1. *Macb.* 8. 1.

1 ‖ SUrrexit itaque Jehuda, qui vocatus est Macbai, filius ejus pro eo:

2 Cui auxiliantes omnes fratres ipsius, & quicumque adhæserant patri ipsius, gesserunt bellum Jisraelis cum lætitia.

3 Et amplificavit gloriam populo suo: nam induens thoracem ut Gigas, & accingens arma bellica sua, prælia constituit protegens castra sua gladio:

4 Et similis effectus leoni in operibus suis, & tamquã juvenis leo rugiens in venationem,

5 Persequutus est iniquos perscrutans eos, & turbantes populum suum incendit;

6 Adeò ut contraherentur iniqui ex metu

a Gr. *in manu ejus.*

ejus, & omnes operam dantes iniquitati conturbarentur, prosperè succedente salute *a* per administrationem ejus.

1 i. dynastas, principes & primores viros, qui reges quoq; in scriptura appelantur, ut Jecha. 10. 8.

7 Sic exacerbans [1] reges multos lætificavit Jahakobum operibus suis, ita ut in seculum usque memoria ejus *sit* benedictioni.

8 Et pervadens per civitates Judææ profligavit impios ex ea, avertitq; iram à Jisraele,

9 Factusq; celebris ad extremitatem usquẽ terræ, congregavit pereuntes.

10 Quamobrem congregavit Apollonius gentes, & ex Schomrone copias multas, ut bellaret contra Jisraelem:

11 Quod cognoscens Jehuda processit ei *b* obviam, & percutiens eum occidit, cadentibus confossis multis, & reliquis fugientibus:

b Gr. *in occursum ejus, ut* ỳ. 16. & 17.

12 Quorum spolia accipiens, gladium Apollonii assumsit Jehuda, eoq; bellum gessit diebus omnibus.

13 Audiens verò Seron princeps copiarum Syrię collegisse Jehudam cœtum ecclesiamq; fideliũ secum & procedentium in bellũ, dixit,

14 Cõparabo mihi nomen, & glorificabor in regno, debellans Jehudam & socios ejus, & istos nihili facientes sermonem regis.

15 Et applicavit se ad illud, ascenderuntque cum eo castra impiorum fortia ad juvandum eum, & exsequẽdum ultionẽ in filios Jisraelis.

16 Quum autem appropinquasset ad ascẽsum Beth-choronis usque, egressus est Jehuda obviam ei paucis comitibus:

17 Qui ut viderunt venientem exercitum obviam sibi, dixerũt Jehudæ, quid poterimus, qui pauci sumus, efficere prełiando contra tãtam multitudinem *ac* fortem, cùm nos solutis viribus simus ex inedia hodierna?

18 Sed dixit Jehuda, facile est cõcludi multos in paucorum manibus, neq; est differẽtia corã *c* Deo cæli ut servet, multisne an paucis:

c Gr. *cælo: synecdochicè, ut infra* ỳ. 60.

19 Non enim multitudine copiarum est victoria belli, sed è cælo fortitudo est.

20 Isti veniunt contra nos cum *d* plurima injuria, & iniquitate ad tollendũ nos, & uxores nostras, liberosque nostros, ad spoliandũ nos.

d Gr. *cum multitudine injuria.*

21 At nos pugnamus pro animis nostris, & legibus nostris.

22 Quamobrem ille conteret istos in conspectu nostro: vos itaque ne metuatis ab illis.

23 Quumq; desiisset loqui, invectus est in eos repentè, adeò ut cõtereretur Seron & castra ipsius coram eo.

24 Et persequuti sunt eos in descẽsu Beth-choronis ad campum usq;, ceciderunt q; ex eis quasi octingenti viri, reliqui verò fugerunt in terram Pelischthæorum.

25 Ita cœpit metus Jehudæ fratrumq; ipsius, & consternatio irruere in gentes circumstantes ipsos:

26 Et *e* perlatum est ad regem usque nomẽ ipsius; denique de prælijs Jehudæ enarrabant omnes gentes.

e Gr. *appropinquavit.*

27 Ut autẽ rex Antiochus audivit sermones istos, *f* exarsit indignatione, & mittens cõgregavit copias omnes regni sui, castra potẽtia valdè:

f Gr. *iratus est.*

28 Aperiensq; ærarium suum dedit stipendia copiis suis in annum, & mandavit eis ut in annum comparatæ essent ad omnem usum.

29 Sed quum videret deficere argentum è thesauris, & collectores tributorum regionis paucos esse propter [2] seditionem & plagam quam effecerat in terra, tollendo leges quæ fuerant à diebus primis.

30 Veritusq; ut nõ haberet quod semel aut bis satis esset ad sumtus & donaria, quæ dederat anteà liberali manu; ut abundaverat suprà reges priores *g* liberalitate donorum:

31 Incertus cũ animo suo valdè, cepit cõsilium

2 i. divisiones & intestinos motus obortentes in singulis gentib. propterea q. offenderetur ipsarũ superstitio insolẽte edicto Regis Antiochi, de quo suprà 1. 43. nam semper vulgatũ fuit in superstitiosis gentibus illud Hesiodi, νόμος ἀρχαῖος ἄριστος.

g Gr. *liberali manu.*

[3] vide infrà 6.1.

lium proficiscendi [3] in Persida; & accipiendi tributa regionum illarum, ac congregandi pecuniam multam.

32 Itaq; reliquit Lysiam hominem gloriosum, & è regali genere, prefectũ negotiis regis à fluvio Euphrate usque ad terminos Ægypti,

33 Qui educaret Antiochum filium ipsius donec reverteretur ipse:

34 Et tradidit ei dimidium copiarum atq; elephantos, addens mãdata ei de rebus omnibus quas volebat, & de habitatoribus Jehudęæ, ac Jeruschalaimorum,

35 Ut mitteret in eos exercitum ad atterẽdum & tollẽdum robur Jisraelis, & reliquias Jeruschalaimorum, auferendumq;, è loco illo memoriam eorum;

36 Et collocandum viros alienigenas in omnibus terminis eorum, & sorte tradendum terram eorum.

37 Rex verò ipse accipiens dimidium copiarum quod remanserat, profectus est [4] Antiochia è civitate regni sui, anno centesimo quadragesimo septimo, & trajecto Euphrate fluvio regiones superiores peragravit.

[4] ea quæ fluvio Daphnæ adjacet, vnde nomen habet

‖ 2. Mach. 8.

38 ‖ Elegit autem Lysias Ptolemæum filiũ Dorymenis, & Nicanorem, & Gorgiam viros potentes ex amicis regis;

39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septies mille equitatum, ut venientes in terram Jehudæ devastarent eam secundùm sermonem regis.

40 Atque hi profecti cum omni exercitu suo venerunt, & castra posuerunt prope Emmauntem in regione campestri:

[h] Gr. nomen.

41 Quorum *h* famam audiẽtes mercatores regionis assumserunt argentum & aurũ multum valdè, atque administros, & venerunt in castra, ad accipiendum Jisraelitas in servitium sibi, quibuscum adjunxerunt se copiæ Syriæ, & regionis alienigenarum.

42 Videns itaq; Jehuda & fratres ejus multiplicata esse mala, & copias castra metari in terminis suis; ut cognoverunt sermones regis quos mandaverat fieri populo ad perditionẽ & consummationem, dixerunt *i* quisque alter alteri:

[i] Gr. quisq; ad proximum suũ

43 Restituamus populum nostrum ex dejectione hac, ut pugnemus pro populo nostro, ac sanctuario.

44 Et congregatus est conventus, ut parati essent ad bellum, utq; orantes peterent misericordiam, & miserationes *à Deo*.

45 (Nam Jeruschalaimorum urbs erat vacua habitatoribus ut desertum; non erat qui [5] ingrederetur, aut egrederetur inter natos ejus; & sanctuarium erat conculcatum, & viri alienigenæ in arce *erant*, diversorium *erat* pro gentibus; deniq; sublata erat delectatio ex Jahakobo; tibiaq; & cithara defecerat.)

[5] i. populi administrationem in se publicè recipere ut Num. 27.17.

46 Congregatiq; venerũt [6] Mitzpam è regione Jeruschalaimorum, quia locus orationis fuerat Mitzpæ anteà Jisraeli.

[6] in finibus Binjaminitarum, de qua 1. Schem. 7.5. & 16.

47 Et jejunaverunt die illo, induentes cilicia, & cinerem imponentes capitibus suis, & disruperunt vestimenta sua:

48 Expanderuntq; libros legis, de quibus accuratè scrutabantur gentes, ut inscriberent eis figuras idolorum suorum:

[7] votivos puta ex lege, Numer. 6. nã vota ad exorandam à Deo misericordiã pertinebãt, ut Lament. 4. 7.

49 Et afferẽtes vestimenta sacerdotii, primitiasq;, & decimas, excitaverunt [7] Neziræos, qui expleverant dies suos.

50 Inclamaveruntq; voce in cælum sublata dicentes, quid faciemus istis, & quónam istos abducemus?

51 Et sanctuarium tuum conculcatum est atq; inquinatum, & sacerdotes tui *versantur* in luctu & abjectione:

52 Et ecce gentes istæ congregatæ sunt cõtra nos ad tollendum nos. Tu nosti quas rationes ineant contra nos.

53 Quomodo poterimus subsistere in faciem istorum, nisi tu adjuveris nos?

54 Clanxeruntq; tubis, & clamaverunt voce magna.

55 Posteà verò constituit Jehuda duces populi, chiliarchos, & centuriones, & præfectos quinquagenis, & decuriones:

56 Dixeruntq; iis qui ædificabant domos, & desponsaverant uxores sibi, & conseverant vineas, timidisq;, ut reverteretur quisque domum secundùm legem.

57 ‖ Ita profecta sunt castra, & metati sunt ad Emmauntem [8] meridiem versus.

‖ Deut. 20.

[8] i. qua parte spectat Jeruschalaima, quum hostes ab altera parte Emmauntis essent, sup. ℣. 40.

58 Et dixit Jehuda, accingimini, & estote *k* strenui, ac estote parati *l* manè ad pugnandũ contra gentes istas quæ congregatæ sunt adversum nos, ad tollẽdum nos & sanctuarium nostrum:

[k] Gr. in viros potentes.

[l] Gr. in mane.

59 Nam melius *est* nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctuarii.

60 Prout autem fuerit voluntas *Dei* in cęlo, ita faciat.

CAPUT IIII.

1 [1] ASsumsit autem Gorgias quinquies mille viros, & mille equites electos; & [2] castra ista profecta sunt noctu,

[1] Sensus est, Gorgias volens contra Jehudæos infesto agmine procedere cũ sex hominũ millib. duces adhibuit itineris, quibus auctorib. Jehudæos, numeropaucos, inermes, & inopinantes aggressus opprimeret, nihil necessaratus, ut tota castra ad istud consilium efficiendũ moverentur; ut apparet ex vers. 6.

2 Ut irruentes in castra Jehudæorum cederent eos repentè: erantq; ipsi *a* incolæ [3] montis duces itineris illi.

[2] id est, hi sex mille viri duce Gorgia.

[a] Gr. filii summitatis; sive promontorii.

[3] id est, arcis in civitate Davidis prœsidiarii de quibus infrà vers. 41.

3 Quod audiens Jehuda profectus est ipse ac [4] potentes illi ad percutiendum copias regis quæ erant Emmaunte.

[4] qui ad Jehudam fuerant cõgregati, suprà 3.44.

4 Atque adhuc quidem illius copiæ erant dispersæ à castris,

5 Quum veniens Gorgias in castra Jehudæ noctu, nemine invento, quæsivit eos in montibus; nam dicebat, fugiunt isti à nobis:

6 Simulac autem illuxit dies, visus est Jehuda in campo ipso cum tribus virorum millibus: verumtamen tegumenta gladiosque non habebant pro voluntate sua.

7 Quum itaque aspicerent castra gentium fortia loricatis hominibus, & equitatum circumstantem ea, qui quidem periti erant *b* rei militaris,

[b] Gr. belli.

8 Dixit Jehuda viris qui erant cum ipso, ne timeatis multitudinem istorum, & impetum istorum ne formidetis:

9 Mementote ut servati sunt majores nostri in mari rubro, quando persequebatur eos Parhõ instructus copiis.

10 Nunc ergo inclamemus *c* Deum cæli, si miserebitur nostri; & recordatus federis majorum conteret castra ista hodie in conspectu nostro:

[c] Gr. cælum: synecdoche: sic deinceps.

11 Ut cognoscant omnes gentes, esse, qui liberet & servet Jisraelem.

12 Attollentes autem alienigenæ oculos suos quum vidissent illos ex adverso venientes,

13 Exiverunt è castris in prælium; & clanxerunt qui *erant* à Jehuda.

14 Quumq; fuissent congressi, gentes illæ contritæ sunt, diffugeruntq; in campum:

15 Extremi verò omnes ceciderunt gladio;

quos persequuti sunt ad [5] Schedemothas usque, & usq; ad cãpos Edomææ; Aschdodumque & Jamniam; ceciderunt q; ex eis quasi ter mille viri.

16 Reversus autem Jehuda & copię ejus à [d] persequutione illorum,

17 Edixit populo, ne concupiscatis spolia; [e] hostes enim *sunt* ex adverso nostri,

18 Gorgias, inquam, & copiæ ejus in mõte isto *sunt* prope nos; sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate illos; post ea verò liberè spolia illorum capite.

19 Absolvente adhuc Jehuda ista *eloqui*, apparuit pars quædam prospiciens è monte:

20 Quæ vidit in fugam versos fuisse *suos*, & *Jehudæos* succẽdere castra sua: nam fumus qui spectabatur demonstrabat factum.

21 Illi autem videntes ista timore perculsi sunt valdè; & simul videntes Jehudæ castra in campo parata ad prælium,

22 Fugerunt omnes in regionem alienigenarum.

23 Itaq; Jehuda reverso ad spolia castrorũ, acceperunt aurum multum & argentum, & [f] hyacinthinas vestes, & infectas purpura marina, & divitias magnas:

24 Deinde reversi laudarunt & benedixerunt Deo cæli, eò quòd bonus sit, quod in seculum misericordia ejus:

25 Effectaq; est salus magna Jisraeli die illo.

26 Quicumq; autem alienigenarum conservati sunt, advenientes renunciarunt Lysiæ omnia quæ acciderant:

27 Et ille audiens confusus est, & abjecit animum, quòd ea non essent facta Jisraeli quæ voluerat, neq; evenissent ea quæ rex ipsi mandaverat.

28 Sequente autem anno collegit virorum lectissimorum sexaginta millia & quinquies mille virorum equitatum, ut expugnaret eos:

29 Venientesq; in Edomæam castra fecerunt [6] Beth-tzuræ, quib. occurrit Jehuda cum decies mille viris,

30 Et videns castra illorum fortia, oravit dicẽs, benedictus est servator Jisraelis, qui cõtrivisti impetũ potentis per *g* servum tuũ Davidẽ, & tradidisti castra alienigenarũ in manus Jonathanis filii Schaulis, & armigeri ipsius.

31 Conclude castra ista in manu populi tui Jisraelis, & confundantur in copiis & equitatu suo:

32 Inde illis metum, & liquefac *h* audax robur illorum, commoveanturq; contritione ipsorum:

33 Dejice ipsos gladio amantium te; & laudent te omnes qui cognoscunt nomen tuum, hymnis.

34 Tũ congressi sunt inter se, ceciderunt q; ex castris Lysiæ ad quinquies mille viros, ceciderunt inquam ex adverso istorum.

35 Videns autem Lysias fugã quæ fuerat sui exercitus, & factum audax Jehudæ, atq; ut parati sunt vivere aut mori generosè, profectus in Antiochiã exteros collegit; multiplicatoq; exercitu qui fuerat confectus, cogitavit oportere ut instauratus rediret in Jehudæam.

36 [7] Dixit autem Jehuda & fratres ejus, ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus ad purificãdum locum sanctum, & instaurandũ denuò:

37 Congregatisq; castris totis ascenderunt in montem Tzijonis:

38 Ubi quũ viderũt sanctuarium desolatũ, & altare contaminatum, portasq; exustas, & in vestibulis plantas enatas tamquã in arboreto, aut in aliquo montium, *i* cellasq; dirutas:

39 Diffregerunt indumenta sua plangẽtes planctu magno, imposueruntq; cinerem capiti suo,

40 Et procidentes super faciem in terram clanxerunt [8] tubis *k* hoc significantibus, & inclamaverunt Deum cæli.

41 Tunc mãdavit Jehuda viris ut oppugnarent eos qui erant [9] in arce, donec purificaret locum sanctum:

42 Et elegit sacerdotes inculpatos studiosos legis,

43 Qui purificarũt locum sanctum, & sustulerunt lapides contaminationis *exportantes* in locum immundum.

44 Quum autem consilium inirent de altari holocausti contaminato, quid eo facturi essent.

45 Accidit eis consilium optimum destruendi illud, ne fortè esset ipsis probro, quia gẽtes contaminaverant illud: & destruxerunt altare,

46 Reposueruntq; lapides illos in monte domus ipsius commodo loco *servandos*, donec Propheta adventaret ad [10] respondendũ de illis:

47 ‖ Et acceptis lapidibus integris secũdùm legem, ædificaverunt altare novum ad *formam ejus* quod fuerat priùs.

48 Posteà ædificatis locis sanctis interioribusque domus partibus, atria ipsa sanctificaverunt,

49 Et factis novis instrumẽtis sanctis intulerunt lychnuchum, & altare holocaustorũ, ac thymiamatum, mensamque in templum.

50 Ita suffitum fecerunt in altari, & accenderunt lucernas impositas lychnucho, ut lucerent in templo:

51 Imposueruntq; mensæ panes, & extenderunt aulęa, perfeceruntq; omnia opera quæ curaverant.

52 Tum surgentes manè vigesimo quinto die mensis noni (is est mensis Cislev) anno centesimo quadragesimo octavo,

53 Obtulerunt sacrificium secundùm legẽ in altari holocaustorum novo quod fecerant pro tempore.

54 Quo die contaminaverant illud gentes, eodem fuit denuò instauratum cum canticis & citharis, cinyrisque & cymbalis:

55 Et procidentes omnes populares in faciem adoraverunt benedixeruntq; Deo cæli, qui prosperum successum tribuerat ipsis.

56 Celebraveruntq; hanc instaurationem altaris diebus octo, offerentes holocausta cũ lætitia, & sacrificantes sacrificium [11] salutis & laudis.

57 Nam ornarunt *l* partem anteriorem tẽpli coronis aureis, & scutulis, renovaruntque portas, & cellas, quum januas apposuissent eis.

58 Quum itaq; fuisset lætitia magna in populo valdè, & aversum opprobrium gentiũ:

59 Statuit Jehuda cũ fratribus suis, & tota ecclesia Jisraelis, ut agerẽtur dies instaurationis altaris temporibus suis *m* quotannis, diebus octo, incipientibus à vigesimoquinto mẽsis Cislevi, cum lætitia & gaudio:

60 Et ædificarũt eodem tempore *n in* mõte Tzijonis circumquaq; muros altos, & turres

[5] fructiferos agros Moabitarum, quos celebres fuisse testatur Jeschah. 16.17. vox autẽ Hebraica postea invaluit, & in nomen quasi propriũ abiit; ex quo etiam montes Alsadami apud Ptolemæum in Geographicis fuerũt appellati. Est autem hic otiẽtis tractus, ut ex sequentib. patet. Edomæa termin' meridianus est, Aschdodum verò, id est, Azotus, &c. ab occidente sunt.

[d] *Gr. persequẽdo post eos.*

[e] *Græ. bellum; metonymia.*

[f] *Græ. hyacinthũ, & purpuram marinã.*

[6] termino Jehudæ, cujus mentio est Jehosch. 15.58. & infrà v. 61.

[g] *Græ. manum servi.*

[h] *Gr. audaciam roboris.*

[7] Nempe quũ primùm se vidit ab hostibus quiescere.

[8] id est, iis instrumentis, eaque forma, quæ imperatur lege, Num. 10

[i] *Gr. pastophèria.*

[k] *Gr. significationum.*

[9] id est, tertia parte opidi quę ἀκρα nomen deinde habuit Græca appellatione; de qua suprà 1.35. & 3.45. & infrà 12.36

[10] id est, docẽdum quid illic fieri oporteret. Simile est Her. 2. 63.

‖ *Exod. 20.25.*

[11] id est gratiarum actionis, quod pacificorũ sacrificium vulgò appellarunt. Sic accipiendũ esse evincit argumentum, itemque Propheta Psa. 116.13.

[l] *Gr. quod est in facie templi.*

[m] *Græ. annum secũdum annũ.*

[n] *Gr. montem.*

res præpotentes, ne quando advenientes gẽtes proculcarent ea, ut fecerant priùs:

61 Mandaveruntq; exercitum qui [12] illic erat custodiis incumbere, postquã munivisset illud: & servare Beth-tzuram, ut haberet populus munitionem, ex adverso Edomææ.

[12] nẽpe Beth-tzurę Edomęam versus, ut sup. ver. 29.

CAPUT V.

1 ‖ FUit autẽ, quũ audissent gẽtes in circuitu ædificatũ esse altare, instauratumque denuò sanctuariũ, ut priùs, ut irascerẽtur valdè:

2 Ineuntesq; cõsilium de tollendo genere Jahakobi, eos qui erãt in medio sui inciperẽt morte afficere, & tollere aliquos è populo.

3 Quamobrem expugnavit Jehuda, bellũ gerẽs in *a* posteros Hesaui in Edomæa, regionem [1] Hakrabbatenam, quia circumsedebant Jisraelitas, & percussit eos plaga magna, eosq; in arctum compellens cepit spolia eorum,

4 Deinde recordatus malitiæ [2] filiorũ Hakanis, qui fuerant populo *b* laqueus & offendiculum, struendo eis insidias per itinera;

5 Postquam inclusi fuissent ab eo in turres castra metante contra illos, internecioni devovit illos, & incendit turres illius *regionis* igne, cum omnibus quæ erant in eis.

6 Inde transmeavit in Hammonitas, ubi invenit manum fortem, populumque multũ cum Timotheo duce ipsorum.

7 Eo autẽ cũ illis congresso præliis multis, contriti sunt à cõspectu ejus, ita percussit eos.

8 Quumque cepisset priùs [3] Jazerũ & pagos illius, reversus est in Jehudæam.

9 Congregatæ sunt autem gentes quæ *erãt* in regione Gilhadis contra Jisraelitas, qui erãt in finibus ipsorum, ad tollendum ipsos.

10 Quamobrem fugerunt in munitionem [4] Dathema, miseruntque literas ad Jehudam & fratres ejus, dicentes,

11 Congregatæ sunt contra nos gentes quę circumstant nos ad tollendum nos, atque se comparant ut venientes occupent munitionem in quam confugimus; & Timotheus dux est exercitus ipsarum.

12 Nunc igitur veniens eripe nos è manu ipsarum: nam *c* ceciderunt è nobis multi:

13 Et omnes fratres nostri qui erant in partibus [5] Tobi, morte affecti sunt, & captivas abduxerunt uxores ipsorum, liberosq; eorum & ipsam supellectilem, postquam peremissent illic ad mille viros.

14 Quum adhuc literæ istæ legerentur, ecce nuncii alii advenerunt ex Galilæa disruptis vestibus renunciantes in hanc sententiam,

15 Dicentesque cõvenisse cõtra se ex [6] Ptolemaide, Tyroq;, & Tzidone, & Galilæam totam [7] repletam esse alienigenis, ut consumant nos, *inquiebant illi.*

16 Quum autem Jehuda populusque audivisset sermones istos, cõgregata est ecclesia magna ad consulendum quid facturi essent fratribus suis, qui erãt in afflictione, & oppugnabantur ab illis:

17 Dixitq; Jehuda Schimhoni fratri suo, elige tibi viros, & profectus libera fratres tuos qui *sunt* in Galilæa: ego verò & Jonathan frater meus proficiscemur in regionẽ Gilhadis.

18 Ita reliquit Josephum filium Zecarję & Hazarjam, duces populi, cum reliquis copiis in Jehudæa ad custodiam:

19 Quibus mandavit dicens, præeste huic populo, ac ne committite prælium in gentes, donec reversi fuerimus.

20 Quũ ergo distributi essent Schimhoni viri ter mille, qui proficiscerentur in Galilæã; Jehudæ verò viri octies mille *profecturi* in regionem Gilhadis:

21 Profectus Schimhon in Galilęam cõmisit prælia multa contra gentes, & contritis gẽtibus à conspectu suo persequutus est eos ad portas usque Ptolemaidis;

22 Adeò ut caderent ex gentibus ad viros ter mille: ceperuntque spolia earum.

23 Et assumentes alios è Galilæa, etiam qui in [8] Harbathis *erant*, cum uxoribus liberisq;, & quæcumque erant ipsis, abduxerunt ea in Jehudæam cum lætitia magna.

24 Jehuda verò Macbæus, & Jonathan frater ejus quum trajecissent Jardenem, profecti sunt itinere trium dierum in deserto:

25 Ubi occurrerunt Nabathæis, qui obviam veniẽtes illis pacificè enarraverunt illis omnia quæ acciderant fratribus ipsorum, in regione Gilhadis,

26 Et multos ex eis comprehensos esse [9] Botzræ, & Betzeri, [10] Mallæ, Cheschbone, [11] Mahacathæ, & Karnajimis, quæ omnes civitates munitæ sunt & magnæ.

27 In cæteris quoque civitatibus Gilhadis comprehensos esse; ac postridie statuere irruptione facta contra munitiones eas occupare, deinde verò tollere omnes illos die uno.

28 Quamobrem convertit Jehuda cum castris suis viam ad desertum in Botzram repentè, & capiens civitatem occidit omnem masculum *d* acie gladii, & acceptis omnibus spoliis eorum incendit eam igne.

29 Inde verò movens nocte profectus est tamquam in munitionem *iturus esset.*

30 Sed quum illuxisset, sublatis oculis ipsorum, ecce populus multus atque innumerus attollebant scalas & machinas ad capiendum munitionem, & bello petebant eos.

31 Videns autem Jehuda inceptũ esse prælium, clamore civitatis ascendente in cælũ usque tubis & voce magna, dixit viris copiarum,

32 Pugnate hodie pro fratribus vestris:

33 Et procedentes tribus ordinibus à tergo illorum clanxerũt tubis, & inclamaverũt oratione.

34 Agnoscentia verò castra Timothei Macbæum esse, fugerunt à conspectu ejus, & percussit eos plaga magna, adeò ut ceciderint ex eis die illo ad octies mille viros.

35 Posteà declinans Mitzpam oppugnavit eam, & occupavit eam, occidit omnem marẽ ejus, acceptisq; spoliis ejus incẽdit eam igne.

36 Inde movens occupavit Cheschbonem, Mahacatham, Betzerũ, & reliquas civitates regionis Gilhadis.

37 *e* His autem rebus gestis cõgregavit Timotheus castra altera, & castra metatus est ex adverso [13] Rephanis trans torrentem;

38 Jehuda verò misit qui explorarẽt castra. hi renunciarunt ei dicentes, congregatæ sunt ad eos omnes gentes quæ circumstant nos, copiæ multæ admodum:

39 Arabas etiam conduxit ad auxilium suũ, & castra habent trans torrentem, parati venire ad pugnandum contra te. Profectus est itaque Jehuda obviam eis.

40 Dixit verò Timotheus principibus copiarũ suarum, quũ appropinquaret Jehuda &

1 2. *Mach.* 12.

a *Græc. filios.*

1 i. regionem populorũ qui Hakrabbæi dicebãtur Jehudææ conterminam, ut constat ex Num. 34. 4. Jehosch. 15. 3 & Judic. 1 36 hunc locum ita legendum esse, res ipsa loquitur: nã Beanis, sive (ut apud Josephũ legitur) Bavanis, scriptura nusquã meminit: sed librariorum imperitia duas voces in unam contraxit, qui pro Benehakan scripserunt Bavan. Fuit autem Hakan Etzeri filius, Gen. 36. 27. qui idem Jahakan 1. Chr. 1. 42. Unde filii Jahakanis dicti sunt populi Edomęę. Num 33. 31 & 32. Et Deut. 10. 6.

b *Gr. in laqueum & offendiculum.*

3 legitur quidem in contextu Græco Gazer, quem sequutus est Hieronym[7]; sed Gezer sive Gazer ab hoc tractu situ est longissimè, ut apparet ex Jehosch 16 3. & 10. & Judic. 1. 29. & alibi passim. Quãobrem locũ hunc ex Josepho Græco confirmamus hoc modo legendum esse. De hoc autẽ opido vide Num. 21. 32. & 32. 1.

4 i. meo judicio, Rithma. cujus meminit Moscho Nu. 33. 18. & 19. Nam *d* in *r* apud Hebræos commutari non est insolens, ut Dodanim, Rodanim Gen. 10. 4. & 1. Chr. 7.

c *Gr. cecidit è nobis multitudo.*

5 sic restituimus locũ ex Judic. 11. 3. & 5. & 2 Schem. 10. 6 & 10. Nã hæc regio dicitur Tob, & Syriæ attribuitur in Scriptura sacra, atque inde Tubiani Jehudæi, 1. Macb. 12. 17 6 quæ Hebræis dicitur Haco, ut legitur Judic 1. 31. 7 vocem hanc ex Hieronymo supplere non erubiravimus, ut omnino necessariam.

8 propriè dicẽdum fuisset Harabothis, ut infrà 9. 2. f. locis campestribus: campum magnũ appellat infrà 12. 49. Quo nomine Hebræi planities, quibus impendent mõtes, soliti suũ designare.

9 hęc nomina cùm ex Josepho, tum ex historiæ sequentis cõparatione, inprimis verò scripturæ sacræ sic restituimus. Est autem Botzra Edomæorum metropolis, Josc. 63. 1 Betzer verò vel Botzra quoq; Moabitarum opidũ, olim ad Reubenitas pertinens; Meraritis assignatũ. vide Jirm. 48. 24.

10 sic legimus ex Josepho. Est autẽ Malle propriè munitio, quam Jureconsulti clausurã vel clusurã vocãt; eademq; vocat Mitapa Moabitarũ, 1. Schem. 22. 3. ut confirmatur infr. vers. 35.

11 i. opidum Mahacathæi, habitantis in finibus Gilhadis, de quo populo Deut. 3. 14 Jehosc. 12. 5. & alibi passim. Chesch bonis verò nomen pervulgatum est. Karnajima Mosche nominavit Gen. 14. ℣. 5.

d *Græ. ore: sic deinceps.*

e *Gr. post hæc autem verba.*

12 vel Raphonis, quam civitatẽ Remphanem vocat Stephanus Act 7. 43.

castra ejus ad torrentem aquæ; si trajecerit ad nos prior, non poterimus sustinere eum; sed omnino potentior erit nobis:

41 Sin autem formidaverit, & castra fecerit trans fluvium, trajiciemus ad eum, erimusque potentiores eo.

42 Sed ubi appropinquavit Jehuda ad torrentem aquæ, stitit populi scribas ad torrentem, & mandavit eis dicens, ne sinatis ullum hominem castra ponere; sed veniant omnes in prælium.

43 Ita trajecit in illos prior, totusq; populus ipsius post ipsum, & cõtritę sunt in conspectu ejus omnes gentes, quæ abjicientes arma sua fugerunt in [13] fanum, quod est Karnajimis.

44 Occupantes autem civitatem, fanum ipsum incenderunt igne cum omnibus quæ erant in eo. Sic eversa est urbs Karnajimorum, quum non potuissent ampliùs sustinere in conspectu Jehudæ.

45 Tunc abduxit Jehuda omnes Jisraelitas qui *erant* in regione Gilhadis, tam parvum quàm magnum, & uxores eorum, liberosque eorum & supellectilem, castra magna admodum, ut venirent in terram Jehudæ.

46 Quum autem venissent [14] Hephronem usque (quæ cvitas est magna in ipso ingressu, munita valde, non poterat declinari ab ea dextrorsum aut sinistrorsum: sed per mediũ ejus eundum erat)

47 Exclusérunt eos cives,

48 Et obstruxerunt portas lapidibus.

49 Misit verò ad eos Jehuda verbis pacificis, dicens,

50 Transibo per terram tuam, ut abeamus in terram nostram: nemo autem malè faciet vobis; tantummodò pedibus transibimus: sed noluerunt aperire ei.

51 Quamobrem mandavit Jehuda, ut pronunciaretur in castris irrumpendum esse cuique ab eo quo erat loco: & irruperunt viri copiarum, oppugnaveruntque civitatem toto die illo & tota nocte, donec tradita est civitas in manus ipsorum:

52 Et perdidit omnẽ masculum acie gladii, funditúsque eversa illa accepit spolia ejus, & pervasit per civitatem super eos qui occisi erant. Inde trajecerunt Jardenem in campum magnum, qui ex adverso [15] Beth-schanis *est*.

53 Jehuda verò *i* agens extremam aciem, adhortabatur populum in tota via, donec venisset in terram Jehudæ.

54 Tunc ascenderunt in mõtem Tzijonis cum lætitia & gaudio, obtuleruntq; holocausta, eò quòd nõ cecidisset ex ipsis ullus, donec reversi essent cum pace.

55 Diebus autẽ illis, quibus erat Jehuda cũ Jonathane in regione Gilhadis, & Schimhon frater ejus in Galilęa ex adverso Ptolemaidos;

56 Audiẽs Joseph filius Zecarję & Hazarja principes copiarum reliquarum strenua facinora & res bellicas, quas effecerant, dixerunt,

57 *k* Comparemus nos quoque nobis ipsis nomen, & proficiscamur ad oppugnandum gentes, quæ circumstant nos:

58 Pręceptoq; dato viris copiarũ quę *erant* cum ipsis, profecti sunt contra Jamniam.

59 Egressus verò Gorgias è civitate est, & viri ipsius obviam eis in prælium.

60 Ita versus in fugam Josephus & Hazarja persequentibus illis propulsati sunt ad terminos usq; Jehudæę, ceciderunt que die illo è populo Jisraelis ad bis mille viros: adeò fuit fuga magna in populo Jisraelis;

61 Eò quòd non audivissent Jehudę & fratribus ejus, existimantes se facturos facinus.

62 Isti autem non erãt de semine virorum illorum, quorum operâ salus data est Jisraeli.

63 Itaque vir ille Jehuda & fratres ejus gloriam consequuti sunt valdè corã toto Jisraele, gentibusque omnibus, ubi audiebatur nomẽ ipsorum:

64 Adeò ut congregatæ eos accederent acclamantes fausta.

65 Deinde procedens Jehuda & fratres ejus, ut oppugnarent Edomæos qui erant [16] in regione Meridiana, percussit Chebronem, & *l* villas illius,

66 Et sublata munitione illius, postquam turres illius incendit circumquaque, castra movit profecturus in terram alienigenarum, transivitque [17] Schafarajima:

67 Quo tempore ceciderunt sacerdotes civitatum sine consilio, volente ipso facinus strenuũ efficere quum processisset in pręliũ.

68 Declinavitque Jehuda in Aschdodum *in* terram alienigenarum, quorum altaria destruxit, & sculptiles Deos cõbussit igne: quumque cepisset spolia civitatum, reversus est in terram Jehudæ.

Caput VI.

1 Rex autem Antiochus pervadens [1] superiores regiones quum audisset esse in [2] Elymaide quæ est in Perside, [3] civitatem nobilem divitiis, argento & auro;

2 Et [4] templum quod erat in ea, esse opulentum valdè, ibique esse tegumenta aurea, & thoraces, & arma, quæ reliquerat ibi Alexander filius Philippi rex Macedo, qui regnaverat primus *a* Græcorum illic:

3 Venit quęrens occupare civitatem, & deprædari eam; sed non potuit, quia innotuerat hic sermo civibus.

4 Quamobrem insurgentes in eum *b* prælio infestarunt eum, & fugiens movit inde cũ tristitia magna, reversurus Babylonem.

5 Venit autem quidam in Persida, qui nũciavit ei, in fugam versa esse castra quæ profecta erant in terram Jehudæ;

6 Et profectum Lysiam cum copiis potentibus inprimis fuisse in fugam versum à conspectu eorum, eosq; invaluisse armis & copiis, & spoliis multis, quæ ex illis castris ceperant quum Jehudæi concidissent ea,

7 Et diruisse abominationem quam ædificaverant in altari, quod erat Jeruschalaimis, & sanctuarium sicut illud quod antè fuerat circumdedisse muris altis, & Bethtzuram civitatem suam.

8 Fuit verò quum audivisset rex sermones istos, ut consternaretur & commoveretur valdè, adeò ut decumbens lecto incideret in infirmitatem ex tristitia, quòd factum non fuisset ipsi sicut cogitaverat.

9 Itaq; fuit illic diebus multis, eò quòd renovata esset in ipso tristitia magna.

10 Et arbitratus se jamjam moriturum, advocavit omnes amicos suos, & dixit eis; abscessit somnus ab oculis meis, & concidi animo ex solicitudine,

11 Dicẽs cũ animo meo, quousq; afflictionis deveni, & fluct[9] magni quo nũc jactat[9] sũ

12 Nam

[13] Atergatiũ, ut appellatur 2. Mac. 12. 26

[14] civitas est (ut docet ratio itineris) ad Midjanitas pertinens, dicta (opinor) ab Hepheto Madjanis filio, Gen. 25. 4. & 1. Chron. 1. 33.

[15] civitatis ad Menaschen pertinentis, quæ postea à Scythis Asiam obtinentibus appellata fuit Scythopolis: vide Jehosch. 17. 11. & Judic. 1. 27.

i Græ. colligens extremos; Hebraismus, ut Num 10. 25.

k Gr. faciam[9].

[16] i. in parte Jehudæę quę Meridiẽ spectat ab Edomęis occupata.

l Græ. filius.

[17] Græcè quidem legitur Samariã: sed absurdum est planè Samariã constitui in tractu Meridiano Jehudę. Quamobrem nos hãc vocem reposuimus ex Jehosch. 15. 36. hic, & 2. Mac. 12. 36.

[1] 2. Mac. 9.

[1] Ex cõsilio cępto sup. 3. 31.

[2] regio est, quam Eulęus amnis à Susiane disterminat, & Oroatis à reliqua Persidis parte: quæ regio tota palustris, quia ab Historicis ferè extra Persidem collocatur, quum tamen sit pars illi[9], propterea auctori visũ est eã hoc pacto circumscribere.

[3] Persepolin, ut appellatur 2. Macb. 9.

[4] Dianæ, ut Josepho placet. quę Nanęa dicitur 2. Macb. 1. 13.

a Gr. in Græcũ.

b Gr. in prałiũ.

12 Nam [5] utinam bonus & dilectus fuissem in *c* regno meo. Nunc autem recordor malorum quæ feci Jeruschalaimis, accipiēs omnia instrumēta aurea & argentea quæ in eis erant, & mittens qui tollerent habitatores Jehudæ sine causa.

[5] i. utinam me ita gessissem in meos subditos, ut illis benefaciens amorem ōmnium mihi cōciliavissem.
[c] *Gr. potestate.*

13 Agnosco, propter ista obvenire mihi mala hæc: nam ecce pereo tristitia magna in regione aliena.

14 Tunc advocans Philippum unum ex amicis suis præfecit eum toti regno suo:

15 Et tradidit ei diadema, & stolam suam, & annulum, ut agens Antiochum filium ipsius educaret eum ad regnandum.

16 Ita mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono:

17 ‖ Et cognoscēs Lysias mortuum esse regem, instituit Antiochum filium illius qui regnaret pro eo, quem educavit juvenem, & imposuit ei nomen Eupatoris.

‖ 2. *Macb.* 10. 11.

18 [6] Qui autem ex arce erant, concludebāt Jisraelitas circa sanctum locum, & procurantes *populo* huic mala semper & firmamentum gentibus.

[6] i. præsidiarii milites Antiochi, qui Acrā tertiam Jeruschalaimorū partem obtinebant, & ex ea impetum contra Jehudæos faciebant, & deprehendebāt multos ad civitatem sanctam venientes.

19 Quapropter rationem iniens Jehuda tollendi eos, congregavit universum populū, ut circumsideret eos.

20 Qui congregati simul, obsidionem instituerunt in eos anno centesimo quinquagesimo, fecitq; cōtra eos Jehuda [7] stationes pro ballistariis & machinas.

[7] i. vineas ornatas cervis, pluteis, aliisq; veterum instrumentis, quibus ballistarii ab hostiū telis defendebantur, ut infr. ℣. 51.

21 Prodeuntes autem ex ipsis è clausura sua quidam impii ex Jisraele qui adhæserant ipsis, & profecti ad regem dixerunt,

22 Quousque non exercebis judicium, aut ulciscēris fratres nostros?

23 Nobis placuit servire patri tuo, & ambulare in viis quę indicebātur ab ipso, & obsequi præceptis ejus, quamvis ii qui ad istū populū pertinent hujus rei causa à nobis alienarētur:

24 Quin etiam quicunq; inveniebantur ex nobis morte afficiebantur, & possessiones nostræ diripiebantur:

25 Neq; in nos solùm injiciebant manum, sed etiam in omnes terminos suos.

26 Ecce autem castra fecerunt hodie cōtra arcem Jeruschalaimorum ut capiant illam; & locum sanctum, itemq; Bethtzuram muniverunt.

27 ‖ Quòd si nō anticipaveris eos celeriter, majora istis facient, neq; poteris cōtinere eos.

‖ 1. *Macb.* 11.

28 Tunc iratus rex quum audivisset, cōgregavit omnes amicos suos principes copiarum suarum, & *d* magistros equitum:

[d] *Gr. qui præsunt habenis.*

29 Et à regibus aliis atque ab insulis maris venerunt ad eum mercenariorum copiæ,

30 Adeò ut esset numerus copiarum ejus centies mille peditum, & vicies mille equitū, elephantorumque triginta duorum, peritorū *e* rei bellicæ.

[e] *Græ. belli.*

‖ 2. *Macb.* 13.

31 ‖ Tū veniētes per Edomæam castra fecerunt cōtra Bethtzurā, quā oppugnaverūt diebus multis, factis machinis; sed egressi opidani incēderūt eas igne, & pugnaverūt viriliter.

32 Movens itaq; Jehuda ab arce, posuit castra ad [8] Bethzecarjā è regione castrorū regis:

[8] nomen loci est, q̄ alibi nō legitur, dissitum ab hostibus stadiis septuaginta, teste Josepho lib. 12. c. 14. inter Bethzuram & Jeruschalaima.

33 Rex verò manè surgens movit castra impetu contra viam Bethzecarjæ, ubi distributæ copiæ ad prælium clanxerunt tubis.

34 Quumq; elephantibus ostēdissent sanguinem uvæ & mororum, ut instituerent eos ad prælium;

35 Diviserunt bestias in phalangas, & cōstituerunt cuiq; elephanti mille viros loricatos annulis ferreis, cum galeis æneis in capitibus ipsorum: & quingenti equites ordinati sunt ad unamquamque bestiam lectissimi.

36 Hi opportunissimè ubicumq; erat bestia aderant; & quocumq; proficiscebatur, proficiscebantur simul; non discedebant ab ea.

37 Turres quoq; ligneæ super eas firmę, & obtegentes unamquamque bestiam erant accinctæ super ea machinis; & in unaquaq; viri triginta duo pugnātes ab eis, [9] cum Indo *magistro* bestiæ.

[9] i. magistro bestiæ (ut Hieronymus vertit) qui ex India cum elephanto vnoquoq; ad Antiochum venerat, ut imperium exerceret in belluam: nam Indicos elephātos supra Æthiopicos plurimum commendari testis est Livius: quorum magistri dicebantur Indi.

38 Reliquum verò exercitum hinc & inde statuerunt in duabus partibus duces *f* agentes *eum*, & circumsepti phalangibus;

[f] *Gra. commoventes.*

39 Adeò ut sole super aureos clypeos fulgente, fulgerent montes ab eis, & resplenderent ut lampades ignis.

40 Fuit autem extēsa pars quædam castrorum regis ad excelsa montium, & quædam ad humilia loca; ita procedebāt securè atq; ordinatè;

41 Cōmovebanturq; omnes qui audiebāt sonum multitudinis eorum & incessum multitudinis, & collisionem armorū; erant enim castra magna admodum atque valentia.

42 Appropinquante autē Jehuda & castris ejus in aciem, ceciderunt ex castris regis sexcenti viri.

43 Videns verò Elhazar [10] Habaran unam ex bestiis loricatam loricis regiis, quæ erat superior omnibus aliis bestiis; eò quòd videbatur ipsi in ea esse rex,

[10] vide supr. 2. 2.

44 Exposuit se ipsum ut servaret populum suum, & compararet sibi nomen æternum;

45 Incurrēsq; in eā audacter per mediū phalangis quū morte affecisset à dextera sinistraque, adeò ut discinderētur ab eo hinc & inde,

46 Subiit sub elephantum illum, & supponens se ei occidit eum, ceciditq; in terram super ipsum & illic [11] mortuus est.

[11] Elhazar cū elephāte prostrato super ipsum.

47 Quumq; vidissent potentiam regis & impetum copiarum, [12] declinaverunt ab eis.

[12] subducētes se Jeruschalaima, ut colligitur ex ℣. seq.

48 Qui autem ad castra regis pertinebant ascenderunt adversus eos Jeruschalaima, ut castra poneret rex in Jehudęam & in montem Tzijonis;

49 Postquam facta pace cum Bethtzuranis exiissent è civitate (nam nō erat ibi commeatus ipsis ut conclusi manerent in ea, quia sabbathum erat terræ)

50 Et accepisset rex Bethzuram, & instituisset illic præsidium ad servandum eam.

51 Posuit ergo castra in locum sanctum diebus multis, & statuit illic stationes pro ballistariis, machinasq;, & igni & lapidibus mittēdis tormenta accommoda, & scorpiones ad injicienda tela, & fundas.

52 Fecerunt autem illi quoq; machinas adversus machinas eorum, & præliati sunt diebus multis.

53 Cibaria verò non erant in vasis, quia septimus erat annus, & qui servati se receperant in Jehudæam à gentibus; comederant residuum *g* quod fuerat repositum.

[g] *Gr. repositiones.*

54 Ita reliqui erāt in locis sanctis viri pauci, quia prævalebat eis fames, & dispersi erant quisque in locum suum.

55 Sed quū audiret Lysias Philippum, quē constituerat Rex Antiochus quum adhuc viveret educare Antiochum filium suum;

56 Revertisse à Perside & Media ut regnaret ipse, & copias regis quę profectæ erant cũ eo, & quęrere ut cum negotiis *regnum* acciperet.

57 Festinaverunt & exstimulati sunt ut ex arce abirent; & dixerũt regi ducibusq; copiarum & viris, deficimus in dies, & alimenta nobis sunt pauca; locus verò quem obsidemus munitus *est*, & incũbunt nobis negotia regni:

58 Nunc itaque jungamus dexteras viris istis, & faciamus cum eis pacem, & cum tota gente ipsorum;

59 Et constituamus eis ut ambulent ex lege sua sicut anteà. Nam propter legalia statuta sua quæ expulimus, irati sunt, feceruntq; hæc omnia.

60 Placuit hic sermo coram rege & principibus; qui misit ad eos faciendę pacis nomine, & acceperunt illi:

61 Quumq; juramento cõfirmasset eos rex & principes de illis, abierunt à munitione.

62 Rex autem ingressus in montem Tzijonis quum vidisset munitionem loci, abjecit juramentum quod fecerat, datoque mandato evertit murum circumquaque.

63 Deinde movens diligenter reversus est ad Antiochiam, ubi invenit Philippum dominantem civitati, & oppugnans eum vi civitatem occupavit.

Caput VII.

1 ANno cẽtesimo quinquagesimo primo, egressus [1] Demetrius Seleuci filius Roma, ascendit cum viris paucis in [2] civitatem maritimam, & regnavit illic.

[1] Ab historicis cognominatus Soter.

[2] nempe Tripolin Syriæ, ut à Josepho narratur, & 2. Macb. 14. sed illud caput est huic adversissimum.

3 Fuit autem quum venisset in domum regalem majorum suorum, comprehendentibus copiis ipsius Antiochum & Lysiam, quos ad ipsum adducerent,

3 Ut cognita re ab ipso diceret, ne mihi ostendatis facies eorum.

4 Ita quum occidissent eos copiæ, insedit Demetrius throno regni sui.

5 Veniẽtes autem ad ipsum viri omnes iniqui & impii ex Jisraele, quorum dux erat Alcimus qui volebat sacerdotio fungi:

6 Accusaverunt populũ apud regem dicentes, perdidit Jehuda cum fratribus suis omnes inimicos tuos, & nos disperserũt è terra nostra.

7 Nunc itaq; mitte *a* aliquem cui habeas fidẽ, ut profectus videat perditionẽ totam quã effecit nobis, & regioni regis; puniatq; eos, & omnes qui ad hanc rem sunt adjumento ipsis.

[a] Gr. virum.

8 Eligens itaq; rex Bacchidem amicum suũ dominantem in regione transfluviali, & magnum in regno, fidumq; regi, emisit eum;

9 Et Alcimum illum impium, cui instituit sacerdotium; mandavitq; illi ut efficeret vindictam in filios Jisraelis.

10 Profecti autem ubi venerunt cũ copiis multis in terram Jehudæ, misit legatos ad Jehudam & fratres ejus dolosè verbis pacis:

11 Sed non attenderunt sermonib. eorum; noverant enim venisse illos cum multis copiis.

12 Congregati verò sunt ad Alcimũ & Bacchidem *b* scribæ cõgregatione magna, requisituri quæ justa videbantur,

[b] Gr. congregatio scribarum.

13 (Hi enim [3] Aschidæi primi fuerant in filiis Jisraelis) & requisiverunt ab eis pacem.

[3] vide sup. 2. 42.

14 Dicebant enim, quidam sacerdos è semine Aharonis venit cum copiis istis, neque injuriam faciet nobis.

15 Et ille eos alloquutus est verbis pacis, juravitque eis dicens, non procurabimus vobis mala, & [4] amicis nostris.

[4] i. eis qui se nobis adjunxerint.

16 Sed postquã credidissent ipsi, comprehenderunt ex eis viros sexaginta; & occidit eos die uno, secundùm sermones illos, quos scripsit *Psaltes*:

17 ‖ Carnes sanctorum tuorum & sanguinem eorum effuderũt circum Jeruschalaima, nec fuit eis qui sepeliret ipsos.

‖ Psal. 79.

18 Quamobrẽ accidit illorũ metus & terror in totũ populum; dicebant enim, non inest veritas & jus istis: transgressi sunt enim pactum constitutum, & jusjurandum quod juraverãt.

19 Movens itaq; Bacchides Jeruschalaimis castra posuit [5] Bethzethæ, & mittens comprehendit multos ex hominibus transfugis qui erant cum ipso, & populares quosdam, quos mactavit projecitque in magnam *c* foveam.

[5] vox Syriaca potius quàm Hebræa, locũ olearum sonans. Videtur autem hic locus prope Mitzpã fuisse situs, de qua sup. cap. 3. Nam ad eum locum erat fovea magna, cujus meminit Jirm. 41. 7. & 9. eaq; ad custodiã primùm exstructa instar turris, ut receptaculũ à pdonibus esset ac hostib. involantibus: vide 2. Macb. 13. 4.

[c] Gr. puteum.

20 Deinde committẽs regionem Alcimo, dimisit cum eo copias auxilio futuras ei, & abiit Bacchides ad regem.

21 Contendebat autem Alcimus de principatu sacerdotii:

22 Et congregati ad ipsum omnes qui turbabant populũ suum, obtinuerunt terrã Jehudæ, & plaga magna affecerunt Jeruschalaima.

23 Quamobrem vidẽs Jehuda omne malum quo afficiebat Alcimus & qui erant cum eo filios Jisraelis, suprà quàm gentes,

24 Egressus in omnes terminos Jehudææ circumquaque fecit ultionem de viris illis qui transfugerant, & contracti sunt ne in regionẽ ampliùs proficiscerentur.

25 Ut autẽ vidẽs Alcimus prævalere Jehudã & comites ejus agnovit se nõ posse sustinere eos, reversus ad regẽ accusavit eos *d* pessimè.

[d] Gr. malorũ.

26 Quapropter misit rex Nicanorẽ unum nobilium suorum principum, odio habentem & infestum Jisraeli, dans in mandatis ei ut tolleret populum.

27 Et veniens Nicanor Jeruschalaima *instructus* copiis multis, misit ad Jehudam & fratres ipsius dolosè verbis pacis, dicens,

28 Ne esto bellũ inter me & vos; veniã cum viris paucis, ut videã vos in faciem cum pace.

29 Ita venit ad Jehudam, & salutarũt alter alterum pacificè: sed hostes erant parati ut abriperent Jehudam:

30 Quę res quum innotuisset Jehudę, eum dolosè venisse ad ipsum; deterritus est *e* ne ampliùs congrederetur cum eo, nec voluit ampliùs videre faciem ejus.

[e] Gr. ab eo.

31 Agnoscens itaq; Nicanor retectum esse consilium suum, processit obviam Jehudę juxta [6] Cephar-salma.

[6] pagum in Samaritano agro.

32 Ceciderunt q; eorum qui erant à Nicanore quasi quingenti viri; ita fugerunt in civitatem Davidis.

33 His autem rebus gestis, & ascendente Nicanore ad montem Tzijonis; processerunt è loco sancto quidam è Sacerdotibus & è Senioribus populi, salutaturi ipsum cum pace, & demonstraturi ei holocaustum quod offerebatur pro rege.

34 Verùm subsannans eos ludificatus est eos, & polluit eos loquutus superbè,

35 Juravitq; cum furore dicens, nisi tradatur Jehuda cum castris ipsius in manus meas nunc, erit quum rediero in pace, ut incendam domum istam; exivitque actus furore magno.

36 Ingressi verò sacerdotes steterũt *f* ante altare

[f] Gr. in conspectu.

altare & templum, fleveruntque dicentes:

37 Tu elegisti domum hanc, ut vocetur de nomine tuo, ut sit domus orationis & obsecrationis populo tuo.

38 Facultionē de homine isto, & de castris istius, corruantq; gladio, memento blasphemiarum istorum, ac *g* ne finito eos consistere.

39 Egressus autem Nicanor Jeruschalaimis castra posuit in Beth-chorone, ubi occurrerūt ei copiæ Syriæ:

40 ‖ Jehuda verò castra fecit [7] Hadasis cum tribus virorum millibus, & orabat Jehuda dicens,

41 ‖ Quum legati à rege missi blasphemarunt, procedens angelus tuus percussit ex eis centum octoginta quinque millia:

42 Ita contere castra ista coram nobis hodie, & agnoscant reliqui istos malè obloquutos esse loco sancto tuo; & judica istum secundùm malitiam ipsius.

43 Congressis itaq; castris in prælium decimo tertio Adaris mensis, contrita sunt castra Nicanoris, & ipse primus in prælio concidit.

44 Quum autē viderūt castra ejus mortuū esse Nicanorem, abjectis armis suis fugerunt:

45 Eosque persequuti sunt *Jehudæi* itinere diei unius Hadasis usque quò venitur [8] Gezerum, ubi clanxerunt tubis *h* adsignificantibus post ipsos.

46 Egressi autē ex omnibus vicis Jehudææ *incolæ* circumquaque, [9] feriebāt illos; adeò ut [10] revertentes hi ad illos caderent omnes gladio, nec reliquus fieret ex eis, vel unus.

47 Ita acceperūt spolia prædamque; caput verò Nicanoris amoventes & dexteram ejus quam extenderat superbè, detulerunt, & suspenderunt ad Jeruschalaima.

48 Unde lætatus populus valdè, agitaverūt diem illum diem lætitiæ magnæ:

49 Instituerunt q; celebrari quotannis diē illum decimo tertio Adaris.

50 Et quievit terra Jehudæ diebus paucis.

g Gr. ne dato eis mansionem. ‖ 2. *Mac.* 15.

7 hanc vocem ex locorum comparatione eamdem esse cum Hatroth Adaris, conjicimus, qui locus sit [9] est inter Jeruschalaima & Gezerum in tribu extrema Ephrajimi, Jehosch. 16. 9. & 18. 13. quamobrem Hieronymus Adaria legit, non autem Adasa, q̄ vox appellatione Syrica respondet alteri Hebraicæ: nam Hadasim Hebræis sunt myrti: quibus videntur Hatroth Adaris abundasse, & ex eo nomen habuisse q; myrtuosi essent.

‖ 2. *Reg.* 19.

8 vide sup. in 5. 8.

h Gr. significationum, ut suprà 4. 40.

9 metaphora sumta à cornupetis animantibus.

10 i. quum eos qui primi occurrebant fugerent Demetriani, & putarent sibi consulendū fuga, conferebant se in aliorum manus.

CAPUT VIII.

1 AUdiens verò Jehuda nomen Romanorum, eos valere robore, & eos placido animo acquiescere iis omnibus quæ proponebantur ipsis, & quicumq; ad ipsos veniunt cōstituere cum eis amicitiam, denique valentes esse robore.

2 ([1] *a* Narratum enim fuerat ei de bellis ipsorum & rebus strenuis quas gerebant apud Galatas, eos vi superasse, & effecisse sibi *b* tributarios,

3 Et quæcumque fecerant in regione Hispaniæ, ad obtinendum *c* fodinas metallicas auri & argenti, quæ in eà sunt;

4 Ut superaverant locū illum totū consilio suo & tolerantia, quāvis locus ille procul abesset ab ipsis valdè, & reges qui invaserant ipsos ab extremitate terræ, donec cōtrivissent eos, postquàm percussissent eos plaga magna, utq; reliqui darent ipsis tributum quotannis:

5 Philippum quoque & Perseum Macedonum regem, & qui extulerant se in ipsos, ut eos contrivissent bello, & superavissent eos:

6 Itemq; Antiochū magnum, regem Asiæ, qui profectus erat in eos ad bellū habens centum viginti elephantes, & equitatū, & currus, copiasque multas valdè, & attritus est ab ipsis:

7 Ut eum ceperint vivum, statuerintq; ut ipsis daret cùm ille, tum qui reges futuri erant post illum, tributum magnū, datis obsidibus & [2] divisione instituta,

8 Quæ [3] regionem Iliacam, Mysiam, Lydiamq; & alias ex optimis regionibus illius acceptas ab illo dederant Eumeni regi:

9 Et quia Græci consilium inierant invadendi & tollendi ipsos, cognito sermone hoc ab ipsis.

10 Miserint in eos ducem unum, belloque afflixerint eos, adeò ut ceciderint ex eis confossi multi, multos verò captivos abduxerint, uxores eorum, liberosq; eorum; & deprædatis illis obtinuerint terram eorum, eversisque munitionibus eorum, ac deprædatis illis, servos effecerint eos in diem hunc usque,

11 Item ut reliqua regna & insulas, quæcūque obstiterunt ipsis, perdiderunt, & in servitutem compulerunt:

12 Cum amicis autem suis, & iis qui acquiescunt ipsis, *cum* iis conservare amicitiam, & obtinere regna propinqua & longinqua; & quicumque audiverunt nomen ipsorum, metuere sibi ab ipsis; quoscumque autem volunt adjuvare & tenere regnum, eos regnare;

13 Contrà verò quos voluerint, destituere: denique exaltatos esse valdè:

14 Atq; propter hæc omnia, nō imposuisse quemquam eorū diadema sibi, neq; induisse purpuram ut ea se magnificè gerat;

15 Sed senatum fecisse sibi, & quotidie cōsilium esse trecentorū viginti, consilia ineuntium semper de *d* republica, ut exornent eam:

16 Tantùm credere uni homini, qui dominetur ipsis in annum, & imperium habeat totius terræ ipsorū, & omnes ita auscultare uni ut non sit invidia, neq; æmulatio inter ipsos)

17 Elegit ergo Jehuda Eupolemum filium Jochananis, filii Hakkotzi & Jasonem filium Elhazaris, quos misit Romam ad constituendum cum ipsis amicitiam & societatem,

18 Et tollendum jugum suum à se; quia videbant regnum [4] Græcorum opprimere Jisraelem servitute.

19 Itaq; profecti Romam (erat autem iter multum admodum) & ingressi in senatū proloquuti sunt dicentes,

20 Jehuda Macbai & fratres ipsius, & respublica Jehudæorum nos miserunt ad vos, ut constituamus vobiscum societatem & pacem, & nos inscribamur sociis & amicis vestris:

21 Qui sermo placuit coram ipsis.

22 Atq; hoc exemplum *est* illius epistolæ, quam rescripsit *Senatus* in tabulis æreis, *&* misit Jeruschalaima, ut esset apud eos illic monimentum pacis & societatis.

23 Quod faustum felixque sit Romanis, & genti Jehudæorum mari terraq; in seculum, gladiusque & hostis procul sit ab eis.

24 Quòd si exstiterit bellum in Romā priùs, aut in ullum sociorum ipsorum in tota ditione ipsorum;

25 Auxilium latura est gens Jehudæorum, prout tempus *e* præbebit ipsis, animo optimo:

26 Neq; dabūt, neq; subministrabūt hostibus oppugnātibus ipsos commeatū, arma, argentū, naves, ut visum fuerit Romanis; & custodient mandata eorum, [5] nihil accipientes.

27 Similiter verò si genti Jehudæorum evenerit priùs bellum, auxilium ferent Romani ex animo, ut ipsis oportunitas præbebitur:

28 Et oppugnātibus nō dabitur cōmeatus,

[1] Ab hoc vers. ad 17. usque continuū est hyperbaton, q; nos ppter eà parentheseos notis inclusimus.

a Gr. narraverant.

b Gr. sub tributum.

c Gr. metalla.

2 divisionem illam intelligit quæ apud Livium & Appianum Alexandrinum in Syrio legitur; ut discederet Antiochus ab Europa omni, & Asia, quæ citra Taurum montē sunt, ut habēt verba Publii, & Romanorum rescriptum, q; apud Appianū legimus; & sequens versus exponit.

3 has voces in libris omnib. invenimus depravatissimas: sed confidimus ex veritate restitutas esse, si ita legeris: Nam Attalus Rex ab Antiocho infestatus populum Rom. hæredem dixit; fratrem verò Eumenē aliqua hæreditatis parte aspersit: ita res illius plurimæ ad Romanos, quædam ad Eumenem fratrē ipsius translatæ sunt.

d Gr. multitudine; ut ℣. 20.

4 i. Seleucidarum, ut suprà 1. 11.

e Gr. circumscriptum fuerit, sic ℣. 27.

5 i. optima fide, & ab omni munere & corruptione libera; ut mēbrū antithetōn accipi hæc verba oportere docet, inf. ℣. 28.

arma, argentũ, naves, ut visum fuerit Romanis: sed custodiẽt mãdata hæc, idq; *f* bona fide:

29 In hanc sententiam statuerunt Romani cum populo Jehudæorum *fedus*.

30 Quòd si in posterum consilia inierint hi aut illi, addendi aut adimendi, facient *g* prout placuerit ipsis; & quicquid addiderint, ademerintve, id ratum futurum est.

31 De malis autem quę rex Demetrius perficit in eos, scripsimus ei dicentes, Quamobrẽ *h* grave jugum imponis amicis nostris sociisq; Jehudæis?

32 Si ergo ampliùs interpellaverint nos *pro auxilio* contra te, faciemus eis jus, & te mari terraque oppugnabimus.

f Græ. non cum dolo.

g Gr. ex placito ipsorum.

h Gr. gravas jugum tuum in amicos.

CAPUT IX.

1 AUdiens verò Demetrius[1] fecisse Nicanorem & copias ejus bellum, perrexit Bacchidem & Alcimum secundò mittere in terram Jehudæ, & [2] cornu dexterum cum eis.

2 Profecti itaq; via Gilgalem versus castra metati sunt contra [3] Cesulothas quæ *sunt* in [4] Harbathis: quam quum occupassent, perdiderunt animas humanas multas.

3 Mense autem primo anni cẽtesimi quinquagesimi secundi, castra metati sunt contra Jeruschalaima.

4 Moventes autem profecti sunt [5] Bethzetham cum viginti millibus virorum peditũ, & bis mille virorum equitatu;

5 Quum Jehuda castra posuisset [6] Hadasis, habens ter mille viros electos secum:

6 Qui videntes multitudinem copiarũ, hostes multos esse, metuerunt valdè, & diffluxerunt multi è castris; non sunt facti ex eis reliqui, nisi octingenti viri.

7 Videns itaq; Jehuda diffluxisse castra sua, quum prælium istud affligeret ipsum, adeoq; animo attritus esset (quia non habebat tẽpus congregandi eos) ut dissolveretur,

8 Dixit iis qui erant reliqui, surgamus, & ascendamus in adversarios nostros, si fortè poterimus debellare eos.

9 Avertebant autem illum dicẽtes, nequaquam poterimus: sed servemus nostras ipsorũ animas modò; revertere; nam fratres nostri diffluxerunt, & nos debellaremus istos? qui sumus tam pauci.

10 Sed dixit Jehuda, absit à me ut faciam facinus istud, & fugiam ab istis: nam si propè est tempus nostrum, moriamur viriliter propter fratres nostros, ac ne relinquamus quicquam quod gloriæ nostræ crimini verti possit.

11 Tunc moverũt copiæ è suis castris, ut sisterent se obviam illis, diviso equitatu in duas partes, & funditoribus sagittariisq; procedentibus ante copias, qui primi bellatores erant potentes omnes.

12 Bacchides autem erat in cornu dextero quum appropinquante phalange à duabus illis partibus clangor tubis factus est.

13 Clanxerũt quoq; milites Jehudę ipsi tubis, & cõmota est terra à sonitu castrorũ; fuitq; prælium commissum à mane usq; ad vesperã.

14 Vidit verò Jehuda Bacchidem & firmamentum castrorũ ad dexterã esse: quapropter convenerunt ad ipsum omnes animosi.

15 Ita cõtritum est dexterum cornu ab illis, & persequuti sunt à tergo eos usq; ad [7] Aznothas montem.

16 Qui autem erant in cornu sinistro, videntes cornu dexterum attritum esse, reversi sunt secundùm vestigia Jehudæ & comitum ejus à posterioribus partibus;

17 Ita ingravescente prælio ceciderunt cõfossi multi ex his & ex illis:

18 Jehuda verò cecidit, & fugerunt reliqui:

19 Unde tollentes Jonathan & Schimhon Jehudam fratrem suum, sepeliverunt eum in monumento majorum suorum Moddinis:

20 Et deflentes eũ planxerunt de eo omnes Jisraelitæ planctu magno; lugentesq; diebus multis dixerunt,

21 Quomodo cecidit potens, qui servabat Jisraelem?

22 Reliquæ verò res Jehudæ, & bella, & strenua facta quæ fecit, & magnitudo ejus nõ sunt descriptæ: nam multæ erant admodum.

23 Fuit autem post mortem Jehudæ, ut emergerent iniqui in omnibus terminis Jisraelis, & exorirentur omnes operarii injustitiæ.

24 Diebus illis fuit fames magna valdè: quapropter [8] descivit regio ipsa cum illis.

25 Eligens *verò* Bacchides impios istos viros, eos instituit dominos regionis.

26 Qui exquirentes perscrutantesq; amicos Jehudæ, adducebant eos ad Bacchidẽ, qui ultionem sumebat de eis, illudens eis.

27 Ita fuit afflictio magna in Jisraelitis, cujusmodi non fuerat, ex quo die non est visus propheta ipsis.

28 Quamobrem congregati omnes amici Jehudæ dixerunt Jonathani,

29 Ex quo frater tuus Jehuda mortuus est, non fuit vir par ei ad procedendum cõtra inimicos & Bacchidem, & invadendum adversarios gentis nostræ:

30 Nunc itaq; eligimus te hodie, ut sis locò illius *a* princeps noster, & dux ad gerendum bella nostra.

31 Accepitq; Jonathan momẽto illo principatum, & surrexit in locum Jehudæ fratris sui:

32 Quod resciscens Bacchides quæsivit eum occidere:

33 Sed cognoscens Jonathan, & Schimhon frater ipsius, ac omnes qui erant cum ipso, fugerunt in desertum [9] Thekoitæ, & castra posuerunt ad aquas lacus [10] Aspharis.

34 Quod ubi cognovit Bacchides, die Sabbathi venit ipse cum toto exercitu suo [11] secundùm Jardenem.

35 Miserat autem [12] fratrem suum ducem multitudinis, ut rogaret Nabathæos amicos suos ut apud ipsos deponerent impedimenta sua, quę multa erant.

36 Sed exeuntes [13] filii Amri [14] Medeba comprehenderunt Jochananem & quæcumque habebat; quæ habentes abierunt.

37 *b* Posteà verò renunciatum est Jonathani, & Schimhoni fratri ipsius filios Amri celebrare nuptias magnas, & deducere sponsam Medeba, filiam cujusdam è magnatibus summis Cenaanis, cum pompa maxima.

38 Recordati itaque Jochananis fratris sui, ascenderunt & abdiderunt se sub quadam montis unius specu.

39 Quumq; sublatis oculis suis vidissent, quòd ecce turba & apparatus multus, procedente sponso cum amicis suis & fratribus suis obviam illis cum tympanis, instrumentisque musicis, & armis multis;

40 Exsur-

[1] Ac non ampliùs facere sublatũ morte, Noëma, cujusmodi est apud Latinos, vixit, pro eo quod est, decessit de vita, non vivit ampliùs.

[2] i. eos milites qui in superiore prelio regi ministrave rãt. sup. 6. 33. & sequẽtibus.

[3] opidũ in finibus Issacaris, de quo Jehosch 19. 18.

[4] vide suprà 5. 23. Sic enim legendũ esse, ratio ipsa docet.

[5] sic legimus ex Josepho, ut suprà 7. 19.

[6] vide sup. 7. 40.

[7] extremitatẽ Thaboris, Jehosch. 19. 34.

[8] i. tota se cõmisit Bacchidi, ut cõmodius à fame levari posset.

a Gr. in principem & ducem.

[9] in extremis finibus Jehudę ad Asphaltitem lacum versus Moabitidem. vide Jirm. 6. 1.

[10] i. Asphaltitis, cujus bitumen Syris Asphar sive Aspharta dicitur, eòquòd bitumen flagrantis ignis rejectamentũ est: unde etiã Asphalt corruptà voce appellatur Græcis, & Asphaltites lacus.

[11] sic interpretamur Græcũ πέρα ex vers. 43. infrà, ut accipitur in scriptura passim.

[12] Jochananẽ, ut deinceps nominatur.

[13] Moabitę civis Medebani, ac fortassè ex nefario illo genere Amri, cujus est mẽtio 1. Reg. 16.

[14] opido Moabitarũ, cujus mentio est Num. 21. 30 & Jehosch. 13 9. Jesch. 16. 2. & alibi.

b Græ. post sermones istos renunciaverunt.

40 Exsurrexerũt in eos ex insidiis, & interfecerunt eos, adeò ut caderent cõfossi multi, & reliqui fugerent ad mõtana, ceperuntque omnia spolia illorum.

41 Ita conversæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorũ instrumentorum ipsorum in lamentum.

42 Illi autem facta ultione sanguinis fratris sui reversi sunt ad terminum Jardenis.

43 [15] Audiens ergo Bacchides venit die sabbathi ad ripas usq; Jardenis cũ copiis multis.

44 Dixit autem Jonathan suis, surgamus jam, & pugnemus pro *c* nobis ipsis: non enim est hodierno die, ut *d* antehac:

45 Nam ecce bellum imminet ex adverso nostri, & à tergo nostro; aqua verò Jardenis hinc & inde, palusque, & saltus; non est declinandi locus.

46 Nunc ergo inclamate Deum cæli, ut servemini à manu inimicorum.

47 Tunc commissum est prælium, & extẽdit Jonathan manum suam ad percutiendum Bacchidem; sed declinavit ab eo retrorsum.

48 [16] Posteà insiliit Jonathan & qui erant cum eo in Jardenem, & transnaverunt in ulteriorem ripam: illi verò non trajecerunt Jardenem insequentes eos.

49 Ceciderunt autem ex castris Bacchidis quasi viri mille, die illo.

50 Reversus autẽ Jeruschalaima ędificavit civitates munitas in Jehudæa, & munitionẽ quę est Jerichunte, & Beth-elẽ, & [17] Thimnatham, & [18] Pirhathonem, & [19] Thappuachum, instruentes muris altis, portisq;, & vectibus;

51 Et posuerunt præsidia in eis, ut inimicè agerent cum Jisraële.

52 Munivit quoque civitatem Beth-tzuranam, & [20] Gazara, & [21] Acram; ponens in eis copias & apothecas commeatuum:

53 Acceptisq; filiis eorum qui duces regionis erãt obsidib[9], posuit eos in arce Jeruschalaimis in custodia.

54 Anno autem cẽtesimo quinquagesimo tertio, secundo mẽse, præcipiente Alcimo ut destrueretur murus atrii in loco sancto extimus, & evertente opera prophetarum, quum jam cœpisset destruere;

55 Momento illo percussus est Alcimus, & impedita opera illius, obserato ore illius, & paralysi affecto corpore, adeò ut non posset ampliuse quicquam eloqui aut pręcepta dare de domo sua;

56 Et mortuus est Alcimus tempore illo cũ cruciatu magno.

57 Videns ergo Bacchides mortuũ esse Alcimum, reversus est ad regem, & quievit terra Jehudæ duobus annis.

58 Quapropter consilium iniverũt omnes iniqui dicentes, ecce Jonathan & qui cum eo sunt habitant in quiete confidẽter: nunc igitur adducamus Bacchidem, qui cõprehendat istos omnes unâ nocte:

59 Et profecti consilium communicarunt cum eo.

60 Qui movens ut veniret cũ copiis multis misit epistolas clàm omnib[9] sociis suis qui erant in Jehudæa, ut cõprehenderẽt Jonathanem & eos qui erant cum ipso; sed nõ potuerunt, quia innotuit illis consilium istorum.

61 Sed comprehenderunt ex hominibus regionis auctoribus illius sceleris quinquaginta viros, & interfecerunt eos.

62 Posteà secedens Jonathan & Schimhon & qui erant cum eo, [22] Beth-ketzitzum, quod est in [23] deserto, exstruxit res amotas ejus, & firmavit eam:

63 Quod Bacchides cognoscens congregavit totam suam multitudinem, & iis qui erant ex Jehudæa denunciavit.

64 Quumq; veniens castra posuisset cõtra Beth-ketzitzum, oppugnavit ipsum diebus multis, fecitq; machinas:

65 Jonathan verò relinquens Schimhonẽ fratrem suum in civitate processit in regionẽ, & venit *f* cum numeris.

66 Ita percussit [24] præfectum viarum insidiis cũ *g* sociis ipsius, & [25] eos qui falas observabant in tentorio ipsorum.

67 Quumque incepisset cædere, ascendẽs cum suis copiis Schimhon quoq; & qui erãt cum eo egressi è civitate, incenderunt machinas:

68 Ita pugnantibus illis contra Bacchidẽ, contritus est ab illis; & afflixerunt eum valdè, eò quòd consilium ipsius & expeditio ipsius inanis esset.

69 Quamobrẽ irati animo in viros iniquos illos qui consuluerant ipsi ut veniret in regionem, occiderũt ex eis multos: etiamq; inibat consilium invadendi terram eorum.

70 Hoc autem postquàm cognovit Jonathan, misit ad eum legatos ad componendũ cum eo pacem, & ut redderent ipsis *h* captivorum turbam:

71 Quod accipiens ille fecit secundùm sermones ejus, & juramento spopondit ei se nõ procuraturum ei malũ, ullo dierum vitę suæ:

72 Redditisq; ei captivis, quos ceperat priùs è terra Jehudę, revertẽs abiit in terram suam, ac non perrexit ampliùs invadere terminos eorum.

73 Ita sublato ex Jisraele bello habitavit Jonathan [26] Micmaschi, & quũ cepisset Jonathã judicare populum, delevit impios ex Jisraële.

CAPUT X.

1 ANno verò centesimo sexagesimo ascẽdit Alexãder filius Antiochi [1] Illustris, & occupata [2] Ptolemaide, quum accepissent eum, regnavit illic.

2 Quod audiens Demetrius rex congregavit copias multas valdè, ut procederet obviã ei in prælium.

3 Misitq; Demetrius ad Jonathanẽ literas verbis pacificis, adeò ut magnificaret eum.

4 (Dicebat enim, anticipemus pacem constituere cum istis, antequam constituerit iste pacem cum Alexandro contra nos:

5 Nam recordaturus esset omniũ malorũ quæ commisimus in ipsum, & in fratres suos, atque in gentem suam)

6 Deditq; ei potestatem congregandi copias & cõparandi arma, ut esset ille socius ipsius; & obsides qui erant in arce reddi edixit ei.

7 Veniens itaq; Jonathan Jeruschalaima, quũ legisset epistolas *a* audiente totõ populo, & iis qui erant in arce:

8 Timuerunt timore magno, quando audiverunt regem dedisse ei facultatem cõgregandi copias;

9 Tradideruntq; qui erãt in arce Jonathani obsides, quos reddidit parentibus ipsorũ.

10 Tunc habitãs Jonathan Jeruschalaimis

[15] regressio ad sermonẽ, qui interruptus fuerat inde à versu 35. quibus hyperbatis hic auctor abundat.

[c] *Græc. animis nostris.*

[d] *Græc. heri & nudiustertius.*

[16] nẽpe quàm violento impetu Bacchidem propulsasset.

[17] ex tribu Danis, Jehoschu. 19.43.

[18] Ephrajimitarum, Jud. 12.15.

[19] Jehudæ, Jehosch. 15.34.

[20] opidũ munitum in Pelischthęorum finib. Azotũ ÿsus, de quo inf. 13. & 14. & seq.

[21] id est, partem unam Jeruschalaimorum, ut antè vidimus, 4. 41.

[9] *Græc. sermonem.*

[22] i. locũ ubi fuerat Ketzitz Binjaminitarum opidum, quod à situ quoque vallis Ketzitzi appellatur, Jeho. 18.21.

[23] Jerichuntis.

[f] *Græc. numerans.*

[24] Gręcã vocẽ corruptã esse, nemo est qui nesciat; quam tamen ex Josepho; non possis restituere, quum nihil recenseat hujusmodi. Hieronymũ puto vocem Græcam pro appellatione propria accepisse; etsi odares pro odure legitur. Est autem ὁδούρος apud Græcos viarum insidiator, cujusmodi sunt in castris primæ emissariorum custodię, quas à Bacchide fuisse constitutas ex militari usu minimè dubitamus.

[g] *Græc. fratribus.*

[25] Gręca phrasis quã auctor adhibet, Syrica est, ppriè, quasi dicas filios Bitzaronis. Sunt autẽ illi apud Syros, qui φρουροὺς, turres speculatorias & falas custodiebant, atq; ex iis eminus explorabant quid circumstantibus in locis ageretur.

[h] *Græc. captivitatem.*

[i] *Græc. gladio.*

[26] in tribu Binjaminitarum: vide 1. Schem. 13. & Jehosch. 10. 28.

[1] Hanc vocem Græci libri cõstanter legunt in nominãdi casu: neq; videtur opus, ut hæc lectio corrigatur, cùm hic quoq; Illustris fuerit dictus exemplo patris, aut aliqua appellatione Belaã, teste Josepho lib. Antiquit. Jud. 13.

[2] de qua suprà 5.15.

[a] *Græc. in auribus totius populi.*

cœpit ædificare & instaurare civitatem.

11 Edicēs *b* operis, ut exstruerent muros & montem Tzijonis circumdarent lapidibus quadratis ad munitionem; & ita fecerunt.

12 Quamobrē fugerūt alienigenæ, qui erāt in munitionib⁹ quas ędificaverat Bacchides:

13 Et relinquens quisq; locum suum abiit in terram suam.

14 Tantùm Betzuræ reliqui fuerunt quidā ex iis qui legem & pręcepta reliquerant: nam hoc erat ipsis perfugium.

15 Sed audiēs Alexander rex promissa quęcumque literis significaverat Demetrius Jonathani, quum narravissent ipsi bella & strenua facta quæ fecerat ille, & fratres illius; ac labores quos sustulerant:

16 Dixit, an non possemus invenire unum aliquem virum ejusmodi? nunc ergo constituemus eum amicum sociumque nostrum.

17 Et scriptas literas misit ei, dicens *c* in hāc sententiam:

18 Rex Alexander frater Jonathani salutē.

19 Audivimus de te virum potentē robore esse, & commodum esse ut sis amicus nobis.

20 Nunc itaq; cōstituimus te hodie sacerdotem summum gentis tuæ, & amicum regis vocari. misit quoq; ei purpuram & coronam auream: *dicens*, ³ut & sentias nobiscum, & cōserves amicitiam erga nos.

21 Sic induit Jonathan sanctam vestem septimo mēse anni centesimi sexagesimi, festo tabernaculorum, & cōgregavit copias, comparavitq; arma multa.

22 Quos sermones audiens Demetrius dolore affectus est;

23 Et dixit, quidnam fecimus, quod *d* prior nobis Alexander amicitiam constituit cum Jehudæis ad firmamentum sui?

24 Scribam eis ego quoq; verba cohortationis, & amplitudinem & dona *conferam*, ut sint mecum ad auxilium *meum*.

25 Et scripsit eis in hanc sententiam; Rex Demetrius genti Jehudæorum salutem.

26 Quòd conservastis pacta nobiscū inita, & permāsistis in amicitia nostra, ac nō accessistis inimicis nostris, audientes gavisi sumus.

27 Nunc itaq; permanete adhuc ad servandum fidē erga nos, & reddemus vobis bona pro iis quibus afficitis nos:

28 Dimittemusq; vobis, *e* quę dimittenda erunt multa, & dabimus vobis dona.

29 Nunc etiam absolvo vos, remittens vobis, omnes inquam Jehudæos, à tributis & ⁴ à *f* canone salinarum, & à coronis:

30 Et pro tertia parte seminis, & pro dimidio fructuū ex arborib⁹ quod cōveniebat me percipere, dimitto ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Jehudæ, & à ⁵ tribus præfecturis ex Samaritide, Galilæaq; adjectis ei; idq; ab hodierno die in tempus æternum.

31 Urbs verò Jeruschalaimorū esto sancta, & libera cum terminis suis & à decimis, & à vectigalibus.

32 Dimitto etiam potestatem arcis quę est Jeruschalaimis, quā trado sacerdoti summo, ut constituat in ea viros quoscumq; elegerit ipse ad custodiendum eam.

33 Omnem quoq; ⁶ animam Jehudæorum, quæ captiva abducta fuerit è terra Jehudæ in totum regnum meū, dimitto liberam gratis.

34 Item ⁷ omnes dimittunto tributa eorū, & jumētorum ad eos pertinētium; & omnes dies festi, sabbathaq;, & novilunia, dies q; stati, & terni dies ante festum, terniq; dies post festum, sunto omnes dies isti dies immunitatis & remissionis omnibus Jehudæis qui sunt in regno meo;

35 Ut non habiturus sit potestatem quisquam vendendi aut turbādi quemquam eorum de negotio ullo.

36 Prætereà inscribūtor Jehudæorū in copias regis ad triginta millia virorum, quibus dabuntur munera, vt convenit omnibus copiis regis:

37 Et constituetur *pars* ex eis in munitionibus regis magnis, & pars ex eis cōstituetur in curandis negotiis regni *g* fiduciariis; quorum præfecti & magistrat⁹ sunto ex ipsis, & incedunto legibus ipsorum, quemadmodum etiā præcepit rex in terra Jehudæ.

38 Quod autē ad tres præfecturas illas adjectas Jehudęę è regione Samarię; hoc adjicitor Jehudæę, ut recēseantur subjectę uni; nec obediāt alteri potestati, nisi sacerdotis summi.

39 ⁸ Ptolemaida verò & regionem adhærētē ei dono do sanctuario quod est Jeruschalaimis, ad convenientem sumtum sanctuarii.

40 Item ego in annum do quindena millia Siclorum argenti è rationibus regis ex locis ad ipsum pertinentibus;

41 Etiamq; quod abūdat, quod nō reddiderūt ex negotiorū administratione ut antecedētib⁹ annis, deinceps dāto in opera domus:

42 Quibus addita quinq; millia Siclorum argēti, quos accipiebāt de negotiis sanctuarii (ut annis pręcedentibus) ex rationibus quotannis, ea quoq; remittuntur, quia pertinent ipsa ad sacerdotes qui funguntur ministerio.

43 Et quicumq; fugerint in templum quod est Jeruschalaimis, & quicumq; in omnibus terminis ejus debitores sunt regalium pēsitationū, aut cujuslibet operæ, absolvuntor; etiā ab omnibus quæ erant ipsis in regno meo.

44 Tū ad ædificandū & instaurandū opera loci sancti sumtus dabitur è rationibus regis;

45 Tum ad ædificandū muros Jeruschalaimorum, & muniendum circumquaq;, sumtus quoque dabitur è rationib⁹ regis, & ad ędificandum muros qui sunt in Jehudæa.

46 Quum autē Jonathan populusq; audivit sermones istos, nō crediderunt eis, neque acceperūt: recordabantur enim mali maximi quo affecerat Jisraelē, ut afflixerat eos valdè:

47 Sed acquieverunt Alexandro, eò quòd ille fuisset ipsis auctor sermonum pacis; & socii prælioruū fuerunt ei omnibus diebus.

48 Quum itaq; Alexander rex congregavisset copias magnas, & castra fecisset ex adverso Demetrii;

49 Commiserunt prælium duo isti reges: sed fugerunt castra Demetrii, & persequutus est eum Alexander, quum prævaluisset eis.

50 Quumque obfirmasset prælium valdè usq; dum occideret sol, cecidit quoq; Demetrius die illo.

51 Et misit Alexander ad ⁹ Ptolemæū regē Ægypti legatos, in *h* hanc sententiam dicens,

52 Quoniam reversus in terram regni mei insideo throno majorum meorū, obtineoq; dominatum; & conterens Demetrium obtinui regionem nostram:

53 (Nā commisi in eum prelium, quò contritus est ipse & castra ipsius à nobis, insidemusque throno regni ejus)

54 Nunc

b Gr. facientibus opera.

c Gr. secundum sermones istos.

³ ellipsis in Scripturis frequēs, ut Gen. 4.25. & 20. 11. & alibi passim.

d Gr. prævenit nos Alexander constituere.

e G.. dimissionis multas.

⁴ hanc vocem substituimus pro eo quod Græcè pretiū salis nominatur: quia in Jisraēlitarum agro ad paludem Cendeviam & aliis locis erant salinæ vectigales à regibus factæ: de quibus salinis agitur Jehosc. 13.6. & infrà 11.35. est itaque pretium salis genus pensitationis in perpetuum regioni impositum, quod Græcis & Latinis canonē appellari testis est Asconius in Divinationem: similiterq; coronarū voce alterum pensitationū genus quod fit extra ordinē, atq; imperatur: quamobrem pensitationem hanc singulari nomine Latini indictionem vocaverunt. etsi fortassè meliùs utrūque pensitationis genus extraordinarium fuisse dixeris: unū causa hospitii & sumtuum necessariorū, si quādo Rex adventaret (hæc enim à provincialibus subministrabantur) alterum muneris honorarii.

f Græ. pretio salis.

⁵ quarum idē meminit infrà vers. 38. & 11.34.

⁶ nempe quæ mei juris fuerit: nam hoc versu de mācipiis suis agit Demetrius; & de alienis, seq. vers.

⁷ nempe qui exēplo meo noluerint manumittere Jehudæos servos.

g Gr. quæ sunt in fidem.

⁸ quasi dicat, infaustā illā sedem, quam Alexander Illustris occupavit, decerno Jehudæorum esse, & ipsis addico.

⁹ Philometorem, ut antè diximus.

h Gr. secūdum sermones istos.

54 Nunc ergo statuamus inter nos amicitiam, & jam da mihi filiam tuam, ut sit mihi *i* uxor, & ego gener tibi; & dabo tibi dona illique digna te.

i Græ. in uxori.

55 Respondit verò Ptolemæus rex dicens, *k* felix dies, quo reversus es in terram majorũ tuorum, & insedisti throno regni eorum.

k Græc. bonus.

56 Jã verò facturus sum tibi quæ scripsisti; sed occurre ad Ptolemaida ut videamus alter alterũ; & socer ero tibi quemadmodũ dixisti.

57 Egressus itaq; Ptolemæus ex Ægypto, ipse & Cleopatra filia ipsius venerunt Ptolemaida, anno centesimo sexagesimo secundo.

58 Ubi quum occurrisset ei Alexãder rex, tradita est ipsi Cleopatra filia ejus; celebravitque nuptias ejus Ptolemaide, ut *faciunt* reges, cum gloria maxima.

59 Scripserat autem rex Alexander Jonathani, ut veniret *l* obviam ipsi:

l Græ. in occursum.

60 Qui profectus cum gloria Ptolemaida, obviam venit duobus illis regibus, & dedit eis argẽtum, aurumq;, & amicis eorum, ac dona multa, & *m* adeptus est gratiã in oculis eorũ.

m Græ. invenit.

61 Congregati sunt autem adversus eum viri pestilentes ex Jisraele, viri iniqui, ut accusarent eum, quibus non attendit rex;

62 Sed mandavit rex, ut exueretur Jonathã vestimentis suis, ac indueretur purpura; atq; ita fecerunt.

63 Posteà sedere jussit eum rex secum, edixitq; principibus suis, prodite cum eo in medium civitatis, & mandate ne quisquam incuset eum de ulla re, & nemo ipsum interturbet ulla de causa.

64 Fuitq; ubi viderunt accusatores gloriã ejus sicut promulgabatur, & amictum ipsum purpura, ut omnes fugerent.

65 Quũq; gloria affecisset eum rex, & cõscribẽs eum inter primos amicos disposuisset eum ducem, & participem principatus:

66 Reversus est Jonathan Jeruschalaima cum pace atque lætitia.

67 Anno antẽ cẽtesimo sexagesimo quinto, venit[10] Demetrius filius Demetrii è Creta in terram majorum suorum:

[10] Nicanor dictus, filius Demetrii Soteris, cujus mentio primùm facta est supra, 7. 1.

68 Quod audiens Alexander rex, contristatus est valde, & reversus est Antiochiam.

69 Cõstituit autem ducem Demetrius Apollonium, prefectum Cœles Syriẹ; qui congregans copias magnas castra posuit Jamniæ, misitq; ad Jonathanem sacerdotem summũ, dicens;

70 Tu unicus efferris in nos, & ego factus sum ludibrio probroq; propter te: quamobrẽ verò potentiam ostentas contra nos in[11] mõtibus istis;

[11] i. Jehudæa montosa tua, ut Exod. 15. 17. & Deut. 11. 11.

71 Nunc ergo si confidis copiis tuis, descẽde cõtra nos in campũ, ubi decertemus inter nos; nam penes me est potentia civitatum.

72 Interroga, & disce quis sim ego, & reliqui adjuvãtes nos; dicuntur enim nõ posse vestra cõsistere vestigia in cõspectu nostro, quia bis in fugã versi sunt majores tui in terra sua.

73 Nunc itaque non posset sustinere equitatum, & copias hujusmodi in eo campo, ubi neque lapis, neque saxum: neque locus effugiendi est.

74 Quum autem audivit Jonathan sermones Apollonii, commotus *n* animo elegit decem millia hominum, & processit Jeruschalaimis, occurrente ipsi Schimhone fratre ipsius ad auxilium ipsius;

n Græc. cogitatione.

75 Et castra posuit contra Joppen, postquã exclusissent eum è civitate, eò quòd præsidiũ Apollonii erat Joppes, & oppugnarunt eam.

76 Metuentes verò aperuerunt opidani, & dominatus est Jonathan Joppæ.

77 Quod audiẽs Apollonius, castra instituit ex ter mille equitibus, & copiis multis; profectusq; Aschdodũ [12] tamquã iter faceret, eadem quoq; opera processit in campũ; qui habebat multitudinẽ equitatus, cui confidebat.

78 Persequẽte verò *Jonathane* à tergo ejus Azotum versus, ut congrederentur castra à tergo ejus in prælium:

79 Reliquit Apollonius mille equites occultè post eos.

80 Cognoscente autem Jonathane esse insidias post se, [13] circuiverunt castra illius, unde [14] coniiciebant jacula in populum à matutino ad vesperam usque.

81 Populus verò consistebat, ut mandaverat Jonathan, quum[15] labore fatigati essent equites eorum.

82 Tunc trahẽs Schimhon copias suas cõgressus est cum[16] phalange, (nam equites defatigati erant) & contriti ab eo fugerunt.

83 Equitatu verò dissipato in campo [17] fugerunt Aschdodum, & ingressi sunt [18] ædem Dagonis, templum idoli sui ut servarentur.

84 Incẽdens verò Jonathan Aschdodum, & civitates circumstantes eam, accepit spolia eorum; & sacrum Dagonis, eosq; qui confugerant in illud incendit igne.

85 Ita fuerunt qui ceciderunt gladio, cũ iis qui perierunt incendio, ad octies mille viros.

86 Et inde movente Jonathane ut castra poneret contra Aschkelona, processerunt cives obviam ei cum gloria magna.

87 Posteà reversus est Jonathan Jeruschalaima, & qui erãt cũ eo, habẽtes spolia multa.

88 Fuitque ut audivit Alexander rex sermones istos, ut *o* ampliore gloria Jonathanẽ afficeret,

89 Mittẽs ei[19] fibulam auream, ut mos est dari cognatis regum, & dans ei Hekronẽ omnesq; terminos ejus *p* hæreditatis nomine.

o Græc. adderet glorificare.

p Græ. in hæreditatis donum.

[12] i. fingens se nihil aliud cupere, quàm ut Azotum cum suis castris cõtingeret, & dissimulans insidias quas disposuerat.

[13] i. castra sua ex adverso castrorum Apollonii, tãquam circũdaturi, in longum protraxerunt: Hebraismus.

[14] nempe milites Apollonii.

[15] eò quòd totum diem exspectarent in armis, ut sibi daretur aliqua Jehudæos invadendi opportunitas; qui contrà Jonathanis astu castra posuerant, & equitatui iter interceperãt, ne ad Apollonium reverti posset.

[16] i. equitatu qui fuerat in insidiis.

[17] nempe castra.

[18] vide 1. Schemuel 5. 2. & sequentibus.

[19] id erat munus honorarium necessariorum & cõjunctissimorũ regibus, ut exponunt sequentia: Romani verò milites insigni victoria parta fortissimos eo solebant munerari, teste Livio lib. 7. de bello Punico.

CAPUT XI.

1 REx autem Ægypti congregavit copias multas [1] ut est arena quæ jacet ad littus maris, & naves multas, quærẽs obtinere Alexandri regnũ dolo, & addere ipsũ regno suo.

[1] Hyperbole in scripturis frequens.

2 Eo itaq; prodeunte in Syriam verbis *a* pacis, aperientes ei cives occurrebant ei; quia mandatum erat Alexandri regis ut occurrerent ei eo quod socer ipsius esset.

a Græ. pacificis.

3 Ita civitates ingrediens [2] Ptolemæus, instituebat copias *b* præsidiarias in unaquaque civitate.

4 Quum autẽ venisset prope Azotum, demonstrantes ei templum Dagonis igni traditum, & Azotum suburbiaq; ipsius destructa, corporaq; projecta, & homines exustos, quos exusserat *Jonathan* [3] in eo bello (nam fecerant tumulos eorum in via ipsius)

5 Enarraverunt regi quæ fecerat Jonathan ad criminandum eum; & conticuit rex.

6 Occurrente verò Jonathane regi Joppẽ cum gloria, postquàm salutassent alter alterũ & pernoctassent illic,

7 Profectus Jonathan cum rege ad fluviũ usque qui dicitur [4] Eleutherus, reversus est Jeruschalaima,

[2] optimè sic legit Hieronymus, quem nos hoc loco sequuti sumus. nam quod Græcè πτολεμαῖος legitur pro πτολεμαῖος corruptũ est.

b Græ. præsidiis.

[3] cujus mẽtio facta est fine præcedentis capitis.

[4] fluvius in mare mediterraneum influens; non procul Arado in Syria.

8 Rex autem Ptolemæus dominās civitatibus maritimis Seleuciam maritimam usq;, ut inibat in Alexandrum rationes improbas,

9 Misit legatos ad Demetrium regem, dicens, age, constituamus inter nos fedus, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, regnabisq; in regno patris tui.

10 Pœnitet enim me, quòd dederim illi filiam meam, nam quæsivit interficere me.

11 Criminatus est autem eum, propterea quòd ipse concupiscebat regnum ejus:

12 Et auferēs ab eo filiam dedit ipsi Demetrio; & alienatus est ab Alexandro, ita ut manifestæ essent ipsorum inimicitiæ.

13 Et ingressus Ptolemæus Antiochiam, apposuit duo diademata capiti suo, Asiæ, & Ægypti.

14 Rex autem Alexander erat in Cilicia temporibus illis, quia deficiebant locorum illorum incolæ.

15 Sed audiens Alexander, invasit eum bello, & producens Ptolemæus *copias* occurrit ei manu valida atque in fugam vertit eum.

16 Ita fugiēte Alexandro in Arabiā, ut protegeretur illic, rex Ptolemæus exaltatus est:

17 Et tollens Zabdiel Arabs caput Alexandri misit Ptolemæo.

18 Posteà rex Ptolemę[5] obiit die tertio; & qui erant in munitionibus ejus, perierunt ab iis qui in iisdem munitionibus versabantur.

19 Ita regnavit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo.

20 Diebus illis cogēs Jonathan incolas Jehudææ ad expugnandū arcem quæ *erat* Jeruschalaimis, fecit contra eā machinas multas.

21 Profecti autem quidam osores gētis suę, viri iniqui ad Regem, quum renunciassent ei Jonathanem obsidere arcem,

22 Audiens ille iratus est, & ubi audivisset, statim jungēs venit Ptolemaida, & rescripsit Jonathani ne obsideret, sed veniret ipse obviā sibi celerrimè Ptolemaida, ut congrederētur.

23 Ut autem Jonathan audivit, obsidere jussit; & delectis senioribus Jisraelis & sacerdotibus exposuit se ipsum periculo:

24 Nam accipiens argentum & aurum, vestemq; & alia munera *c* plurima, profectus est ad regem Ptolemaida, & invenit gratiam coram eo.

25 Et quamvis accusarent eum quidā iniqui, ex eadem gente,

26 Fecit tamen ei rex, quemadmodum fecerant ei antecessores ipsius, & exaltavit eum coram omnibus amicis suis,

27 Stabiliens ei principatum sacerdotii, & quæcumque alia antè habuerat *d* ad honores pertinentia, fecitque ut ille dux primorum amicorum esset.

28 Tum rogante Jonathane regem, ut Jehudæam faceret immunem tributorū & tres [6] toparchias atq; Samaritida, promittendo ei talenta trecenta;

29 Acquiescens rex conscripsit Jonathani epistolas de iis rebus omnibus, habentes in hunc modum:

30 Rex Demetrius Jonathani fratri salutē, & genti Jehudæorum.

31 Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni cognato nostro de vobis, scripsimus etiam ad vos, ut videatis.

32 Rex Demetrius Lastheni patri salutem.

33 Genti Jehudæorum, amicis nostris, & conservantibus ea quæ ex jure sunt erga nos, judicavimus benefaciēdum esse propter benevolentiam ipsorum erga nos.

34 Cōstituim[9] ipsis & terminos Jehudęę, & tres pfecturas, [7] Aphęrema, Lyddā, & Ramathā, quę adjectę sunt Jehudææ ex Samaritide, & omnia quę adhærēt ipsis, omnibus sacrificātibus Jeruschalaimis, pro regalibus illis collectis quas percipiebat rex ab eis quotānis antè ex fructibus terræ, & fructibus arborū;

35 Et alia ad nos pervenientia, deinceps decimas, inquam, tributaq; ad nos perveniētia, & salis stagna, & perveniētes ad nos coronas, omnia concedimus eis:

36 Neq; irritum fiet quicquam horum deinceps in omne tempus.

37 Nunc itaque curate confici istorum exemplum, quod dator Jonathani, & ponitor in monte sancto, conveniente loco, & *e* celebri.

38 Videns autē Demetrius rex quietā esse terrā corā ipso, & nihil sibi obsistere, dimisit omnes copias suas unumquemq; in locū suū, pręter exteras copias quas collegerat ab insulis gentium: ita factæ sunt inimicę ipsi omnes copiæ quas à majoribus habuerat.

39 Tryphon verò qui fuerat ab Alexādro priùs, quum videret omnes copias in Demetrium murmurare, profectus est ad [8] Malcoëlem Arabem (qui alebat[9] Antiochum puerulum Alexandri)

40 Et insistens apud eum ut traderet eum sibi ut regnaret pro patre suo, renunciabat ei quęcumq; confecerat Demetrius, & inimicitias quibus prosequuntur eum copiæ ejus; manhitq; illic dies multos.

41 Scripsit autē Jonathan epistolas ad Demetrium regem, ut ejiceret eos qui in arce erant Jeruschalaimis, & qui erant in munitionibus; quia Jisraelem oppugnabant.

42 Remisit verò Demetri[9] literas ad Jonathanem dicens, non solùm hæc facturus sum tibi, & genti tuæ; sed gloria *f* ornabo te & gētem tuam, si commoditatem habuero.

43 Nunc itaq; rectè feceris, si miseris ad me viros, qui pugnent mecum; nam defecerunt omnes copiæ meæ.

44 Tūc misit Jonathan viros ter mille potentes robore ad ipsum Antiochiam; quibus adveniētibus ad regem, lætatus est rex advētu ipsorum.

45 Nam congregati fuerant cives *g* intra civitatem ad viros centies vicies mille, volētes regem è medio tollere.

46 Itaq; fugiente rege in aulam, occuparāt cives vias civitatis, & cœperāt bello infestare.

47 Advocante autem rege ad auxilium Jehudæos, quum fuissent congregati ad ipsum omnes simul, statim in ciuitate dispersi sunt:

48 Interfecerūtq; in civitate die illo ad cētum millia; & incendentes civitatem; capientesq; spolia multa die illo servaverunt regem.

49 Videntes verò cives obtineri à Jehudęis ciuitatem prout volebant, & infirmati cogitationibus suis, inclamaverunt regem cum precibus, dicentes,

50 [10] Da nobis dexteras, cessentq; Jehudæi nos & civitatem oppugnare.

51 Tum abjicientes arma fecerunt pacē, & gloriam cōsequuti sunt Jehudæi corā rege, & corā omnibus qui erāt in regno ipsius; reversiq; sunt Jeruschalaima habētes spolia multa.

52 Et sedēte Demetrio rege in throno regni sui,

[5] i. à militibus cōtubernalibus, qui Demetrii Nicanoris partes amplexati sunt, & sodales suos occiderunt, simul ac audita fuit mors Ptolemæi Philometoris.

c Græc. plura.

d Gr: honorata.

[6] de quibus & de sequētibus omnibus vide suprà 10. 38. & infrà vers. 34.

[7] Græcam vocem quā Hieronymus prętersiliit, ex cōmuni contextus Græci & Josephi Græci consensu in translatione servamus; etsi non minus foret commodū periphrastice interpretari, sublatam agri partem, id est, agrum Bethelis, qui regno Jisraëlis fuerat ademtus inde à temporibus Abijæ, ut annotavimus 2. Reg. 23. 4. Quamobrem etiam Rufinus apud Josephū sic interpretatus est; quam interpretationē imperiti librarii pessimè corruperunt. Sunt autē hæ regiones tres Samaritani agri, regno Jehudæ cōterminæ. Ramatajim Jerichūtem versus, Lydda versus mare, Bethel verò inter utrumque media regione.

e Græ. insigni.

[8] vel Amalcoëlem. Nam utrumque nomen est Arabum; Simalcoë autem in cōtextu Græco vitiosum est, facto *σι* ex *α*.

[9] qui arrogātē nomine dictus est Antiochus Theós.

f Græc. glorificabo.

g Græc. in medium civitatis.

[10] i. fac nobiscum pacem, ut antè ostendim[9] ex Jirm. 50. sic & deinceps.

sui, quievit terra coram ipso.

53 Verùm mentitus erat, quæcumq; dixerat: nam abalienatus à Jonathane nõ reddidit ei secundùm *h* benevolentię illius facta, quæ fecerat in ipsum; sed afflixit eum valdè.

54 Posteà autem reversus est Tryphon & Antiochus cum eo, puerulus *i* juvenis, qui regnavit imposito sibi diademate.

55 Et congregatę sunt ad ipsum omnes copię quas disperserat Demetrius, pugnaverũtque in eum, ita ut fugatus fugeret.

56 Tum accepit Tryphon[11] bestias, & obtinuit Antiochiam.

37 Scripsit verò Antiochus Junior Jonathani dicens, stabilio tibi principatum sacerdotii, & præficio te[12] quatuor præfecturis, & volo esse te ex amicis regis:

58 Et mittens ei instrumenta aurea ad ministerium, dedit ei potestatem bibendi ex aureis, & purpuram induendi, & habendi[13] fibulam auream.

59 Schimlionem quoq; fratrem ejus constituit ducem à tractu Tyri usq; ad terminos Ægypti,

60 Profectus itaque Jonathan quum peragrasset[14] trans fluvium, & in civitatibus singulis, & congregatæ essent ad ipsum omnes copiæ Syrię *k* auxiliares, venit Aschkelonem, ubi obviã ipsi processerunt *l* cives honorificè:

61 Et inde abiit ad Gazam, ubi occludentibus Gazanis circumsedit eam, & incendens suburbia ejus igne prædatus est ea.

62 Posteà rogantibus Gazanis Jonathanem dedit eis dexterã, & acceptos filios principũ eorum obsides, emisit eos Jeruschalaima, pervasitque regionem Damascum usque.

63 Audiens verò Jonathan advenisse principes Demetrii[15] Kadeschum quod *est* in Galilæa, cũ copiis multis, volentes ejicere ipsum regione illa,

64 Occurrit eis; fratrem verò suũ Schimlionem reliquit *in* regione sua.

65 Tum castra ponens Schimlion contra Bethtzuram, oppugnavit eam diebus multis, & conclusam observavit eam,

66 Adeò ut rogarent eum *m* sibi dexteras dari; quibus dans dexteram ejecit eos inde, & occupata civitate posuit in ea præsidium.

67 Jonathan verò & castra ipsius metata ad [16]aquam Genezareth surrexerunt manè, vẽturi in campum [17] Chatzoris.

68 Ecce autẽ castra alienigenarum occurrerunt ei in ipso campo, emissis insidiis cõtra eum in montibus; Jehudæi verò obviam occurrerunt ex adverso castrorum.

69 Sed quum insidiæ exsurgentes è locis suis committerent prælium,

70 Fugerunt milites Jonathanis omnes; neque ullus reliquus factus est ex eis, præter Matthithjam filium Abschalomi, & Jehudã filium Chalphai principes militiæ copiarum.

71 Disrumpens itaq; Jonathan vestes suas imposuit terram capiti suo, & oravit;

72 Reversusq; contra eos in prælium fugavit eos, ita ut fugerent.

73 Quod videntes ii qui fugerant ab ipso, reversi sunt ad eum, & persequuti sunt eum Kadeschum usque, in castra illorum usq;, ubi posuerant castra:

74 Ceciderunt q; ex alienigenis die illo ad viros ter mille, & reversus est Jonathan Jeruschalaima.

h Græ. benevolentias.

i Græc. junior.

[11] id est, elephantes Demetrii, qui κατ' ἐξοχὴν appellantur bestiæ.

[12] i. tetrarchiis quatuor, quæ definiuntur Luc. 3. 1. Nam ad eas omnes hæc verba referri oportere, sequentia ostendunt inde à vers. 60.

[13] ut supr. 10. 89.

[14] Jardenem, ubi pars toparchiarum erat.

k Græc. ad auxilium.

l Græc. qui ex civitate erant; sic denceps.

[15] Naphthalitarũ, Jehosch. 19. 37.

m Gr. dexteras accipere.

[16] i. lacum Genezareth, quẽ Hebræi Cinnereth vocãt, vulgus etiam Tyberiados.

[17] in tribu Napthali, ut habetur Jehosch. 19. 36.

CAPUT XII.

1 Videns itaque Jonathan commoditatẽ hanc temporis sibi adjumẽto esse, elegit viros quos misit ad *a* Romanos ad constituendum & renovãdum cum eis amicitiam;

2 Itemque ad Spartiatas & loca alia misit epistolas *b* in eam sententiam.

3 Profecti ergo Romam, & ingressi senatũ dixerunt, Jonathan summus sacerdos, & gens Jehudæorum misit nos, ut renovetis amicitiã secum & societatem, sicut anteà.

4 Dederuntque literas eis, scriptas ad eos pro ratione loci, ut[1] deducerent eos in terrã Jehudæ cum pace.

5 Hoc autem exemplũ literarum est, quas scripsit Jonathan Spartiatis:

6[2] Jonathan summus sacerdos, & senatus gentis, & Sacerdotes populusq; reliquus Jehudæorum, Spartiatis fratribus salutem.

7 Jam anteà missæ sunt literæ ad Oniam Sacerdotem summum ab[3] Areo regnante apud vos, docentes vos fratres nostros esse, ut exemplum earum subjectum est.

8 Et accepit Onias virũ illũ qui missus fuerat, honorificè; quũ recepisset literas, quibus declarabatur negotiũ societatis & amicitiæ.

9 Quapropter nos etiam qui istorum non indigemus, cõsolationem habentes ex libris sanctis, qui versantur in manibus nostris;

10 Tentavimus mittere qui renovent fraternitatẽ & amicitiam vobiscum, ne abalienemur à vobis; quoniam multa tempora transiverunt ex quo misistis ad nos.

11 Nos itaq; omni tempore indesinẽter, & festis, & reliquis convenientibus diebus recordamur vestri, in sacrificiis & orationibus illis quas offerimus, ut oportet ac decet recordari fratrum;

12 Et lætamur de gloria vestra.

13 Ac nos quidem circumdederunt multę tribulationes & bella multa; nam oppugnaverunt nos reges qui circumstant nos:

14 Verùm noluim[9] interturbare vos, & reliquos socios atq; amicos nostros bellis istis.

15 Habemus enim auxilium è cælo quod auxiliatur nobis, quo liberati sumus ab hostibus nostris, & depressi sunt hostes nostri.

16 Elegimus igitur Numenium filium[4] Antimachi, & Antipatrũ filium Jasonis, quos misimus ad Romanos, ut renovent amicitiã cum eis & societatem præcedentem.

17 Mandavimus igitur eis, ut ad vos quoq; profecti salutẽt vos, & reddãt vobis epistolas à nobis de renovatione fraternitatis nostræ.

18 Nunc itaq; rectè feceritis, si respondebitis ad ista nobis.

19 Hoc autem est exemplum literarum, quas miserant Oniæ:

20[5] Areus rex Spartiatarum Oniæ Sacerdoti magno salutem.

21 Inventum est in scriptura de Spartiatis & Jehudæis, ipsos fratres esse, & esse ex genere Abrahami.

22 Nunc autem ex quo novimus ista, rectè feceritis si scribetis nobis de pace vestra.

23 Enimverò nos rescribim[9] vobis pecora nostra, & facultates nostras vobis, & q̃ nostra sunt vobis exposita esse: amãdavim[9] igitur *viros* ut renuncient nobis[6] in eamdẽ sentẽtiam.

24 Audiens verò Jonathan reversos esse principes Demetrii cum copiis *c* pluribus quàm anteà, ad debellandum ipsum.

a Gr. Romam, metonymicè.

b Græc. secundum eadem.

[1] i. fide publica tamquam legatos ex jure gentiũ sanctos, honorificè ad suos remitterent.

[2] hujus epistolæ exemplo non planè convenit cum eo quod emendatius habetur apud Josephũ libr. 13. Antiquit. Jud. cap. 9.

[3] quod Darius legitur, vitiosum est. Nam Areus Lacedęmoniorum rex fuit, ut cũ à Josepho in hac epistola, tùm à Pausania & Livio Decadis 4. li. 9. appellatur. Fuit enim Areus ille, qui Cleomeni secũdo successit, & huic Acrotatus.

[4] sic Josephus legit, non autẽ Antiochi; & nos magis probamus.

[5] sic legẽdum ex ver. 7. Nam ex mutatione vitium contextui factum est (ut periti Græcæ linguę facilè possunt animadvertere) & finis prę cedentis versus cum hujus principio confusus, hoc modo; ὧν ἀπίστειλαν ὀνία. Ἀρειὸς βασιλεὺς, &c.

[6] i. ut quemadmodum nostrũ erga vos animum exponimus, & omnia officia pollicemur; sic à vobis eundem nuncium reportare possint.

c Græc. multis super prius.

25 Movens Jeruschalaimis processit obviã ipsis in regionem[7] Chamathæ, (neque enim dabat ipsis spatium invadendi regionẽ ipsius)

26 Et misit speculatores in castra illius, qui reversi renunciaverunt ipsi, illos constituisse irruere in eos nocte.

27 Quum itaq; occidisset sol, præcepit Jonathan suis ut vigilarent, & essent in armis, comparati ad prælium tota nocte illa; emisitque [8] præcubitores circum castra sua.

28 Quamobrem audientes adversarii paratum esse Jonathanem cum suis ad prælium timuerunt, & perculsi animo suo, & pyris per castra sua accensis *abiverunt:*

29 Jonathan verò, & milites ejus nesciverunt ad matutinum usq; : videbãt enim luminaria ardentia.

30 Tunc persequutus est eos Jonathan à tergo; sed non comprehendit eos; nam Eleutherum fluvium trajecerant.

31 Quamobrem declinans Jonathan ad Arabas qui vocantur[9] Nabathæi, percussit eos, & cepit spolia eorum.

32 Posteà jungens venit in Damascum, & peragravit regionem totam.

33 Schimhon verò profectus peragravit Aschkelonẽ usq;, & munitiones propinquas, & declinans Joppen versus occupavit eam:

34 (Audiverat enim eos velle munitionem tradere Demetrianis) & posuit ibi præsidiũ, ut custodirent eam.

35 Reversus autem Jonathan congregavit seniores populi, & consilium inivit cum ipsis ædificandi munitiones in Jehudæa,

36 Et extollendi muros Jeruschalaimorũ, & *d* exstruendi murum magnum, prealtũ, inter[10] arcem & civitatem ad disparandum eam à civitate, ut ea seorsim esset; ut [11] neque emerent neque venderent in ea *præsidiarii illius.*

37 Quum itaque cõvenissent ad ædificãdum civitatem, appropinquavit ipse ad murũ [12] torrentis qui versus subsolanum est, ubi cõparaverunt *illud* quod appellatur [13] Chaphunatha.

38 Schimhon verò exstruxit[14] Chadida in [15] humili loco, quę munivit portis & vectibus.

39 Quærebat autem Tryphon regnũ Asiæ obtinere, & imponere sibi diadema injecta manu in Antiochum regem.

40 Sed metuebat ne fortè Jonathan ipsum nõ sineret, ac ne fortè oppugnaret ipsũ; ideò quærebat rationem prehendendi ipsum ut perderet, movensq; venit[16] Beth-Scheanem:

41 Et procedens Jonathan in occursum ejus cum quadraginta millibus virorum delectis ad aciem, Beth-scheanem quoque venit.

42 Videns ergo Tryphon adesse ipsum cũ copiis multis, & injicere manum in ipsum metuens,

43 Excepit eum honorificè, commendans eum omnibus amicis suis, & dans ei dona; præcepitq; amicis suis, ut obedirent ipsi quẽadmodum sibi:

44 Dixitq; Jonathani, quorsum vexasti totũ populum istum, quum bellum non sit nobis?

45 Nunc ergo remitte eos in domos suas, & delige tibi viros paucos qui tecũ sint, & veni mecum Ptolemaida, quam [17] traditurus sum tibi, & reliquas munitiones copiasq; reliquas & omnes qui præsunt negotiis, ut revertens abeam: nam hujus rei gratia adsum.

46 Tunc *Jonathan* fidem habens ei, fecit quemadmodum dixerat: amandavit enim copias, ut abirent in terram Jehudæ.

47 Reliquos verò detinuit secum, viros ter mille; quorum bis mille dimisit in Galilæam, mille verò cum ipso profecti sunt.

48 Sed quum ingressus esset Jonathã Ptolemaida; occluserunt Ptolemaidenses portas, & comprehendentes eum atque omnes qui venerant cum eo interfecerũt gladio.

49 Tum misit Tryphon copias & equitatũ in terrã Galilęę, & in [18] campum magnum, ad perdendum omnes qui à Jonathane fuerant.

50 Sed ubi cognoverunt eum comprehẽsum esse, & periisse qui erãt cum ipso, exhortati inter se profecti sunt, unà revertentes & comparati in prælium.

51 Videntes verò persequutores eos de vita dimicaturos esse, reversi sunt.

52 Ita venerunt omnes in terram Jehudæ, & luxerunt Jonathanem ac comites ejus, timueruntq; valdè; luxerunt quoque omnes Jisraelitæ luctu magno.

53 Tum quærebant omnes gẽtes quę circumstabant eos, atterere eos:

54 Dicebant enim, non habent principem & adjutorem: nunc ergo oppugnantes eos, tollemus ex hominibus memoriam eorum.

Caput XIII.

1 Audiẽs verò Schimhõ cõgregare Tryphonẽ copias multas ad invadendum terram Jehudæ, & atterendum eam,

2 Quum videret populum esse trepidũ & perculsum metu; ascendit Jeruschalaima, & congregavit populum,

3 Et adhortatus est eos, dicens eis, Ipsi nostis, quãta ego & fratres mei ac domus patris mei fecerimus pro legibus & *a* sanctuario; & quæ prælia, angustiasq; *b* experti simus:

4 Propterea perierunt fratres mei omnes causâ Jisraelis, & ego solus reliquus factus sum.

5 Nunc autem absit à me, ut parcam animę meæ omni tempore angustiæ: non enim melior sum fratribus meis.

6 Verùm vindex ero pro gente mea, & pro sanctuario, & pro uxoribus liberisq; nostris; quandoquidem congregatæ sunt omnes istæ gentes, ut atterant nos *c* infenso animo.

7 Ita de integro accendit *d* animos populi, simul atq; audivit sermones istos; qui respõderunt voce magna dicentes:

8 Tu esto noster dux pro Jehuda & Jonathane fratribus tuis,

9 *e* Gere bellum nostrum, & quæcumque edixeris nobis, faciemus.

10 Cõgregatis itaq; omnibus viris bellatoribus, acceleravit [1] perficere muros Jeruschalaimorũ, quibus munivit ea circumquaque;

11 Misitq; Jonathanem filiũ Abschalomi, & copias cum eo idoneas Joppen; qui ejectis iis qui erant in ea *urbe*, ibidem mansit in ea.

12 Movit autem Tryphon Ptolemaide cũ copiis multis, invasurus terrã Jehudæ, habẽs Jonathanem secum in custodia.

13 Schimhon verò castra posuit[2] Chadidis [3] è regione illius campi.

14 Cognoscens verò Tryphon surrexisse Schimhonem pro Jonathane fratre ipsius, & committendum sibi fore bellum, misit ad eũ legatos, dicens,

15 Pro argẽto illo quod debet Jonathã frater

[7] sitæ in finibus Jisraëlis ad Libanum; de qua Num. 13.22. & alibi passim.

[8] sive procubitores, & custodias primas, quas vulgus Sentinellas vocat.

[9] sic reponimus ex Josepho; ut locorum situs & ratio postulat. Sunt autẽ hi populi ab oriente; dicti à Nebajotho, cujus mentio est Gen. 25.13.

[d] *Græ. exaltadi altitudinem magnam.*

[10] sive Acrã, quam Demetrii milites obtinebant, de qua suprà 4.41.

[11] i. ut à civitate & omni cõmercio cum cibis exclusi essent Demetriani, adeoq; prospectus ipse in civitatẽ commodus impeditus.

[12] qui dicitur Cichon, ab ortu circumluens tota Jeruschalaima.

[13] hanc vocẽ variè legũt & interpretãtur plerique. Nos partem illius muri putamus esse, quem ædificare instituerat Jonathan, & qui posteà à Schimhone perfectus est, infrà 13.10. vocatur autẽ Chaphunatha à forma, quia murus erat introrsum reflexus, ut angulum Acræ circumcluderet; cui videntur fuisse utrimque propugnacula Acram versus projecta; quæ propterea dicta sunt Chaphunatha, quasi pugnos dicas, ad Demetrianum militem cædendum cõparatos.

[14] opidum Jehudæ, cujus mentio est Hezræ 2.33 & Nechẽ. 7.37.

[15] sic interpretamur vocem Schephela Hebræam, ut in Scriptura passim accipitur; sic Jehos. 11, 2.

[16] i. Scythopolim, ut antè vidimus 5.52.

[17] ex promisso Demetrii, suprà 10.39.

[18] id est, Harabothas, de quibus suprà 5.23.

[1] Ut cõsilium fuerat initũ, & cœptum suprà 12.35.

[2] de quibus suprà 12.38.

[3] hoc est, quod opidum mõti impositum prospectat Jehudæ campestria, ut interpretatur Josephus lib. 13. Antiq. cap. 11.

[a] *Græc. sanctis. sic vers. 6.*

[b] *Græc. videris. mus.*

[c] *Græc. inimicitiæ gratia.*

[d] *Gr. Spiritum.*

[e] *Græc. bella.*

ter tuus in ęrarium regis, propter negotia quę habuit, detinuimus ipsum:

16 Nunc autem mitte talenta centum, & duos filiorum ejus obsides, ut dimissus non deficiat à nobis, sed *securè* dimittamus ipsum.

17 Ac noverat quidem Schimhon, istos dolo loqui cum ipso; misit tamen argentum & duos pueros; idq; ne quando inimicitiam susciperet magnam apud populum, qui fuissent dicturi,

18 Quia non misit ei argentum & pueros, idcircò periit.

19 Quum autem misisset pueros & talenta centum; mentitus est, ac nõ dimisit Jonathanem.

20 Sed posteà venit Tryphon ad invadendum regionem, & atterendum ipsam, ambiens via [4] Dorum versus. Schimhon verò, & castra ejus ex adverso procedebant ei, quemcumque in locum proficiscebatur ille.

21 Qui autem ex arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos acceleraturos eum; ut veniret ad ipsos per desertũ, & mitteret ipsis alimenta:

22 Quamobrem comparavit Tryphon totum equitatum suum, ut veniret; sed nocte illa fuit nix multa valdè, adeò ut non venerit propter nivem illam: sic movens ille venit in regionem Gilhadis.

23 Quũq; venisset proximè [5] Botzekathã, interfecit Jonathanem, qui sepultus est illic;

24 Et reversus est Tryphon castra movens in terram suam.

25 Itaq; mittẽs Schimhon accepit ossa Jonathanis fratris sui, quem sepeliverunt [6] Moddinis in civitate majorum suorum,

26 Et plangentes eũ omnes Jisraëlitæ plãctu magno luxerunt eum diebus multis.

27 Exstruens verò Schimhon monumentum super sepulcrum patris sui, & fratrũ suorum, extulit illud speciosum lapide polito, antè & retrò;

28 Statuítque super ea septem pyramidas; unam, ex adverso alterius; patri, & matri, fratribusque quatuor.

29 Et iis adjecit machinas circumponens columnas magnas, quibus colũnis imposuit omnẽ armaturam ad nomen æternũ, & ad omnia armorũ genera naves insculptas, ut spectarentur ab omnibus navigantibus mari.

30 Hoc *est* sepulcrum quod fecit Moddinis in diem usque hunc.

31 Tryphon autem incedẽs dolo cum Antiocho rege juniore, interfecit eum,

32 Et regnavit loco ejus, imponẽs sibi diadema Asiæ; intulitq; plagam magnam terræ.

33 Quapropter Schimhon exstruxit munitiones Jehudææ, circummuniens turribus altis, & muris magnis, cum turribus & portis, ac vectibus, & posuit cibaria in munitionib[9]:

34 Deligensque Schimhon viros misit ad Demetrium regem ut concederet *f* immunitatem regioni, eò quòd omnes actiones Tryphonis erant rapinæ:

35 Et mittens ei Demetrius rex in eã sententiam, respondit ei, & scripsit ei epistolam ejusmodi:

36 Rex Demetrius Schimhoni sacerdoti summo, & amico regum, senioribusque & genti Jehudæorum salutem.

37 Coronam auream, vestemque [7] spadicẽ, quas misistis, accepimus, & parati sumus *g* tribuere vobis pacem magnam, & scribere procuratoribus negotiorum, ut dimittant ea vobis *h* quæ dimittimus.

38 Nam quæcumque constituimus erga vos, stata sunt; & munitiones vestrę quas ædificastis, vobis sunto.

39 Dimittimus quoq; errores & peccata in hodiernum usque diem commissa, & coronã quam debetis: præterea si quid aliud pendebatur Jeruschalaimis tributi nomine, ne ampliùs penditor.

40 Quòd si qui vestrũm apti sunt ut conscribantur inter nostros, conscribuntor, & pax inter nos esto.

41 Anno centesimo septuagesimo sublatũ est jugum gentium à Jisraele:

42 Cœpitque populus Jisraelis scribere in syngraphis & contractibus; anno primo Schimhone principe sacerdotum magno, & imperatore ac duce Jehudæorum.

43 Diebus illis castra ponens contra Hazzã circumdedit eam castris, & factam [8] Helepolin admovens civitati, ita concussit turrem unam, ut occupaverit:

44 Exsilientibusq; iis qui in Helepoli erant in civitatẽ, fuit motus magnus in civitate illa.

45 Quamobrem ascenderunt qui erant in civitate cum uxoribus & liberis in murũm, disrumpentes vestimenta sua, & clamaverunt voce magna, petentes ut Schimhon dexteras ipsis daret,

46 Et dicentes, ne utaris nobis secundùm malefacta nostra, sed pro misericordia tua.

47 Tunc *i* adductus in ipsos misericordia Schimhon non debellavit eos; sed ejiciẽs nos è civitate purgavit domos, in quibus idôla erant, atque ita ingressus est in eam celebrans & benedicens *Deo*.

48 Quumq; ejecisset ex ea omnem immũditiam, incolas statuit illic viros qui legem observarent; & ampliùs muniens eam ædificavit sibi ipsi in ea habitationem.

49 Qui autem erant [9] in arce Jeruschalaimis, prohibebãtur egredi & ingredi in regionem, etiam emere & vendere, adeò ut esurirent valdè, perirentque ex eis multi fame.

50 Sed quum inclamassent Schimhonem ut dexteras *k* jungerent, dedit eis; & ejiciens eos inde, munivit quoq; arcem ab inquinamentis,

51 Et ingressus est eam die vigesimo tertio secundi mensis, anno cẽtesimo septuagesimo primo, cum laude, & termitibus, citharisq; & cymbalis, & nabliis, & hymnis, & canticis, eò quòd attritus esset hostis magnus, & ejectus ex Jisraele:

52 Constituitque quotannis agitari diem illum cum lætitia:

53 Et ampliùs munivit mõtem sancti loci, qui *erat* secus arcem; ubi dubitavit ipse & comitatus ipsius.

54 Tum videns Schimhon Jochananem filium suum virum esse, statuit eum ducẽ copiarum omnium, & habitavit [10] Gazaris.

CAPUT XIIII.

1 ANno autem cẽtesimo septuagesimo secundo, congregavit Demetrius rex copias suas, & profectus est in Mediam ad contrahendum auxilium sibi, ut Tryphonem debellaret.

2 Sed audiens [1] Arsaces rex Persidis & Mediæ, venisse Demetriũ in fines suos, misit ũnũ

[4] opidũ Edomææ, quod sic legimus ex Josephi testimonio.

[5] i. quum terminos Jehudæ proximè attigisset: est enim Borzkatha opidũ Jehudæ in finibus Edomæam versus, Jehosch. 15. 39. Quod enim Græcè βάσκαμα legitur corrupte habetur μ pro θ.

[6] vide sup. 2. 1

[7] Græcã vocem βαϊνιω neque Hieronymus, neque alii interpretati sunt; etsi satis ex argumento ostenditur quid sibi auctor voluerit. Est enim βάϊον, sive βαΐον, ut legitur infrà versu 51. ramus palmæ cũ fructibus coloré phœniceum, sive spadicem habentibus; quo ex colore Græcis dicitur βάϊνος spadix, & vestis colore spadice βαΐνη, quemadmodum ab alia arbore color dicitur Balaustius. Vestis autem nomẽ in hac constructione plurimũ defiderari apud Græcos, nemo est qui nesciat ut Joan. 20. 12.

[8] obsidionalẽ machinã, de qua ex Ammiano Marcellino in Jechezkel. diximus.

[9] i. in Acra, ut historicis quibusdam appellatur. vide sup. 4. 41. & 12. 36.

[10] vide suprà 9. 52.

f Græc. dimissionem.

g Græc. facere.

h Græ. dimissiones.

i Græc. solutus est ipsis.

k Græc. accipe rent.

[1] Regis Parthorum nomen, à quibus jam tũ Persis Mediaq; tenebantur: atque hinc Parthi dicti sunt Arsacidæ.

principum suorum ut vivum comprehenderet eum:

3 Qui profectus cæcidit castra Demetrii, & comprehendens eum adduxit eum ad Arsacem, qui in custodia posuit eum.

4 Quievit autem terra omnibus diebus Schimhonis. nam procuravit bona genti suæ, adeò ut placeret eis, potentia ejus & gloria ejus omnibus diebus.

5 Cepit enim præter totam gloriam suam Joppen, *a* ut portus *Jehudæis* esset, & comparavit aditum ad insulas maris,

6 Et dilatatis terminis gentis suæ obtinuit regionem.

7 Cōgregavitq; multam captivorum multitudinem, consequutus dominatum [2] Gazarorum, Bethzureque, & Acrę, ex qua sustulit immunditias; neque fuit qui resisteret ipsi.

8 [3] Ita colebant terram suam cum pace, terraque dabat fœtus suos, & arbores agrorū fructum suum:

9 Seniores in plateis sedebant; omnes de rebus bonis communicabant, & juvenes induebāt gloriosas vestes, & [4] amictus bellicos.

10 Civitatibus subministrabat cibaria, & instruebat eas instrumentis *b* ad munitionē aptis, eò usque ut nominaretur nomen *c* gloriosum ejus, ad extremum usque terræ:

11 *d* Comparabat pacem in terra, lætaburque Jisrael lætitia magna,

12 Et sedebat quisque sub vite sua & ficu sua, nec erat qui exterreret ipsos:

13 Defecerat enim qui oppugnaverat eos in terra, & reges ipsi attriti erant diebus illis.

14 Confirmabatque omnes abjectos populi sui, legem exquirens; & tollebat omnem iniquum improbumque:

15 Sanctuariū glorificabat, & multiplicabat vasa loci sancti.

16 Ut autem Romæ *e* auditum est, mortuū esse Jonathanem, & Spartam usque, contristati sunt valde.

17 Sed ubi audiverunt Schimhonem fratrē ejus factum esse sacerdotem summū loco ejus, & obtinere regionem ac civitates quæ in ea sunt:

18 Scripserunt ad eum tabulis æreis ad renovandum cum eo amicitiam ac societatem, quam constituerant cum Jehuda & Jonathane fratribus ejus:

19 Quæ lectæ sunt coram ecclesia Jeruschalaimis.

26 Atque hoc exemplum *est* literarū quas scripserūt Spartiatæ: Spartiatarum principes, & civitas Schimhoni sacerdoti magno, senioribusque, & sacerdotibus, & reliquo Jehudęorum populo, fratribus, salutem.

21 Legati missi ad populum nostrū renunciaverunt nobis gloriam vestram & honorē, de quorum adventu lætati sumus.

22 Itaque rescripsimus, quæ ab ipsis dicta sunt in consiliis populi, hoc pacto: [5] Numenius Antimachi, & Antipater Jasonis filius legati Jehudæorum, venerunt ad nos renovantes suam nobiscum amicitiam:

23 Et placuit populo accipi viros illos gloriosè, & poni exemplum sermonum istorum in [6] libris qui designati sunt populo, ut monimentum habeat populus Spartiatarum. Hoc exemplum scripserunt istorum Schimhoni sacerdoti summo.

24 Postea misit Schimhon Romam Numenium habentem clypeum aureum, magnum, [7] minarū mille pondere, ad statuendū cum eis societatem.

25 Quum autem populus audivit res istas, dixerunt, quam gratiam reddemus Schimhoni, & filiis ejus?

26 Confirmavit enim ille *suos*, & fratres illius paternaq; domus illius, atque expugnādo inimicos Jisraelitarum propulsaverūt ab eis, ideò statuerunt ei *f* liberam administrationē, ut conscripserunt in tabulis æreis, quas apposuerunt [8] columnis in monte Tzijonis.

27 [9] Atque hoc exemplum scripturæ: Die decimo octavo [10] Elulis, anno centesimo septuagesimo secundo, qui tertius est annus Schimhone sacerdote summo,

28 [11] In atrio munitionis, congregatione magna sacerdotum, & populi, & principum gentis, seniorumque regionis. [12] Notum se fecit nobis, quando quidem sæpe gerebantur bella in regione hac,

29 Et Schimhon Matthithjæ filius è posteris Jojaribi, & fratres illius; qui exposuerūt se ipsos periculo, resistentes adversariis gentis suæ, ut staret locus sanctus ipsorum & lex; *g* gloriamque magnam pepererunt genti suæ.

30 Nam cōgregans Jonathan gentem suā factus est eis sacerdos summus; postquā verò appositus est ad populares suos,

31 Volentibus inimicis eorū invadere regionem illorum, ut atterēdo regionem eorum extenderēt manum in locū sanctum eorum:

32 Tunc surgens Schimhon propugnavit gentem suam, & consumens pecunias multas de suo arma dedit viris copiarum gentis suæ, & dedit eis stipendia,

33 Munivitque civitates Jehudęę, & Bethzuram in finibus Jehudææ *sitam*, ubi erant arma hostium priùs, & posuit in ea *h* præsidiarios homines Jehudæos.

34 Joppē quoque munivit mari impositā, & Gazara ad terminos Aschdodi, ubi priùs hostes habitaverāt, collocans illic Jehudæos, & quæcumque commoda erant ad rectā horum locorum cōstitutionem, disposuit in eis.

35 [13] Quare videns populus fidē Schimhonis, & gloriam quā *i* certo consilio comparaverat genti suæ, instituerunt eum ducē suum, & sacerdotem summum, vidēs, inquam, justitiam & fidē quam conservavit genti suæ, procurans omnibus modis exaltare populū suū:

36 Adeò ut diebus ipsius res benè successerint *k* administratione ipsius, sublatis gētibus è regione ipsorum; & iis qui erant in civitate Davidis Jeruschalaimis, qui fecerant sibi ipsis arcem, ex qua erumpentes contaminabant *omnia* in circuitu sanctuarii, & infligebāt plagam magnam sanctitati;

37 Collocante ipso in ea viros Jehudęos, & muniente eam ad securitatem regionis civitatisq; ac efferente muros Jeruschalaimorū.

38 Et rex quoque Demetrius stabilivit ei sacerdotium summum,

39 [14] Secundùm omnia illa, & fecit eū unū ex amicis suis, ac glorificavit eū gloria magna.

[2] de quibus sup. 9.12. & 13 54.

[3] fusa descriptio summæ pacis, tranquillitatis, & gloriæ, usque ad ℣. 16. ut 1. Reg. 4.

[4] i. in re militari honestè se ipsos exercebant, ne ōtio torpescerent: quod ex sequentium cōparatione intelligitur.

[b] *Græc. munitionis.*

[c] *Græ. gloriæ.*

[d] *Gr. faciebat.*

[e] *Græ. audiverunt.*

[5] Laconica species narrationis, quæ in acta publica Spartæ relata est, vide suprà in 12. 16.

[6] i. actis publicis.

[7] id est, librarum nummulariarum, ut accipiendum docet analogia. Est enim mina apud Hebræos & Syros idem quod pondo, cujuscumque materiæ fuerit: ut demōstravimus 1. Reg. 10. 17.

[f] *Gr. libertatē.*

[8] nempe atrii sive ambitus, ut in decreto habetur infrà ver. 49.

[9] hactenus Romanorum deliberantium verba, ad quorum historiā regreditur scriptor infrà 15. 15. Jā verò occasione data, exemplum decreti à Jehudęis in gratiam Schimhonis facti subijcit.

[10] qui mensis est sextus Augusto nostro plurimum respondens.

[11] hactenus voces aliquot vidimus Hebræas ortu & significatione, quibus auctor contextum Græcū intercivit: arque hîc quoq; Græcam vocē, non dubitamus fuisse scriptam pro Chatzathammillo, id est, atrio munitionis. Fuit enim munitio in civitate Davidis ubi templum Dei & regia quoq; continebantur; atq; in ea Hebræi omnes uno ore testantur habitos fuisse conventus ad Reipubl. administrationē necessarios: quumque ad eos habēdos non templū, non regia, sed atriū aliquod ac potius basilica (quam Hebræi quoque appellāt Chatzar) fuerit necessarium, eum locū hac peregrina voce confirmamus denotari. Adhāc autem lectionem proximè accedit Hieronymus; cui in his tanquā ruderibus scrutandis aliquid tribuēdum puto.

[12] huc usque sunt inscriptionis verba, quæ ante decretum Jehudæorum in actis publicis fuerant posita. Hujus autem decreti partes in universum duæ sunt; narratio causarum, quib. ad faciendum decretum istud adducti sunt, usq; ad ℣. 35. & rerum decretarum Schimhoni explicatio; ad finem usq; capitis. sensus est, infinitis beneficiis probavit fidem suam, studiumq; nostræ Reipublicæ. [g] *Græc. gloria magna glorificaverunt.* [h] *Græc. præsidium.* [13] honorum qui Schimhoni decernuntur constitutio est à populo Jehudæorum; hîc, & confirmatio à rege Demetrio, ℣. 38. & seq. [i] *Græc. consulerat facere.* [k] *Græc. in manibus.* [14] i. sequutus decretum à Jehudæis factum.

[15] hos versus per parenthesin insertos ab auctore fuisse credimus, ut ostenderet non voluntate adductum, sed quadam necessitate fractum Demetrium fuisse, ut honores Schimhoni decretos confirmaret, & specie aliqua amplificaret.

40 ([15]Nam audiebatur appellari Jehudęos à Romanis amicos sociosq;, & eos obviā processisse legatis Schimhonis gloriosè,

41 Et visum esse Jehudęis sacerdotibusque ut esset ipsorū dux & sacerdos summ[9] Schimhon in seculum, donec exsurgeret propheta certus.

42 Essetq; super eos dux, tum ut cura sit ipsi pro loco sancto constituendi per ipsum præfectos operibus ipsorum, & regioni, armisq;, & munitionibus;

43 Tum ut cura sit ipsi sanctuarii, utq; pareatur ipsi ab omnibus, & ut scribātur de nomine ejus omnes[16] syngraphæ in regione, & ut induatur[17] purpura, aurumq; gestet)

[16] ut sup. 13. 42

[17] hæc enim duo sunt insignia dominatus, ut suprà 10. 20. & 11. 58.

44 Ideò non licebit ulli ex populo & sacerdotibus irritum facere quicquam istorum, & rebus quæ ab ipso dicentur contradicere: aut conventum in regione cogere sine ipso, aut indui purpura, & ornari fibula aurea.

45 Qui autem prēter hæc fecerit, aut irritū fecerit quicquam horum, reus futurus est:

46 Nam placuit toti populo statuere, ut Schimhon faciat secundùm res istas.

47 Quod ut accepit Schimhon, & placuit ipsi summo sacerdotio fungi, ac esse ducem ac principem gentis Jehudæorum, sacerdotumque, & præesse omnibus:

48 Scripturam istam edixerunt poni in tabulis æreis,

49 Easq; statui in ambitu loci sancti, in loco *l* celebri: eorum verò exempla poni in gazophylacio, ut haberet Schimhon, ejusq; filii.

[l] *Græc. insigni.*

CAPUT XV.

[1] Dictus Sedetes Demetrii Soteris filius.

1 TUm misit[1] Antiochus filio[9] Demetrii regis literas ab insulis maris Schimhoni sacerdoti, ac principi gentis Jehudęorum, & universæ genti;

2 Quæ scriptæ erant in hanc formam: Rex Antiochus Schimhoni sacerdoti magno, & gentis principi, gentiq; Jehudęorum salutem.

3 Quādoquidem viri pestilentes obtinuerunt regnum majorum nostrorum,

4 Quod regnum volens vindicare, ut illud restituā sicut erat prius, collegi multitudinē copiarum, & comparavi naves militares (volo enim procedere per regionem, ut consequar eos qui corruperunt regionem nostram, & qui desolaverunt civitates multas in regno)

5 Nunc ergo stabilio tibi omnes *a* immunitates, quas attribuerunt tibi reges qui antecesserunt me, & quæcumque alia dona remiserunt tibi:

[a] *Græc. dimissiones.*

6 Item quod concesserunt tibi *b* cudere proprium numisma regioni tuæ:

[b] *Græc. facere cusionē propriū numisma.*

7 Et Jeruschalaima sanctumq; locum esse libera: omnia etiam arma, quæcumq; comparavisti, & munitiones, quas ędificasti, quas obtines, manento penes te:

8 Et omne debitum regi, & quæcumq; futura erant regis, ab hoc in omne tempus remissa sunto tibi.

9 Quum autem constituerimus regnum nostrum, *c* gloria afficiemus te, gentemq; tuā, & templum magna, adeò ut manifesta futura sit gloria vestra in universa terra.

[c] *Græc. glorificabimus te gloria magna.*

10 Anno centesimo septuagesimo quarto quum processisset Antiochus in terrā majorū suorum, cōvenerunt ad ipsum omnes copiæ, adeò ut pauci cum Tryphone essent:

11 Qui persequente Antiocho regē ipsum, venit[2] Dora *in locum* mari impositum fugiēs:

12 Videbat enim simul adduci in se ipsum mala, quum dimisissent ipsum copiæ.

13 Itaque castra posuit Antiochus contra Dora, habens secum centum viginti millia bellatorum, & octo equitum millia:

14 Et circumdans civitatem naves q; è mari comportās, afflixit civitatem terra & mari, nec sivit egredi aut ingredi quemquam.

15 Venit autem Numenius, & comites ejus Roma; habentes literas ad reges atque regiones, in quibus scripta erant ista:

16 [3]Lucius consul Romanorum Ptolemęo regi salutem.

17 Legati Jehudæorum venerunt ad nos, amici nostri sociiq;, renovaturi amicitiam & societatem quæ ab initio fuit, missi à Schimhone sacerdote summo, populoq; Jehudæorum:

18 Et attulerunt clypeum aureum, minarū mille.

19 Placuit igitur nobis scribere regibus ac regionibus nē procurent eorum mala, neq; oppugnent eos & civitates eorum, regionēq; eorum, & ne societatem ineant cum iis qui oppugnant eos:

20 Et visum est nobis accipere clypeum illum ab ipsis.

21 Siqui ergo pestilentes effugerūt è regione illorū ad vos: tradite eos Schimhoni sacerdoti, ut ulciscatur eos secūdùm legē ipsorum.

22 Atq; hæc quoque rescripsit[4] Demetrio regi, & [5] Attalo, & [6] Ariarathi,

23 Et [7] Arsacæ, atq; in omnes regiones, & [8] Lampsaco, & Spartiatis, & Delo, & Myndo, & Sicyoni, & Carię, & Samo, Pamphiliæque, & Lyciæ, & Alicarnasso, & Coo, & Sidæ, & Arado, & Phaselidi, & Gortynæ, & Cnido, & Cypro, & Cyrenæ:

24 Quorum exemplū rescripserūt Schimhoni sacerdoti summo.

25 Antiochus ergo rex castra fecit contra Dora, [9] secūdo *die* adhibens cōtra illa manus, machinasq; faciens; & cōclusit Tryphonem, ne egrederetur aut ingrederetur quisquam.

26 Quum autem misisset ei Schimhon bis mille viros electos auxiliaturos ipsi, & argentum aurumque, & vasa multa:

27 [10] Voluit quidem ea accipere, sed posteà irrita faciens quæcumq; confecerat cum ipso priùs, ut alienatus est ab ipso,

28 Misit ad ipsum quemdam amicorum suorum Athenobium, qui communicaret cū ipso dicens, vos obtinetis vi Joppen, & Gazara, & Acram quæ est Jeruschalaimis civitates regni mei:

29 Terminos earum desolastis, & *d* inflixistis plagam magnam in terra, dominantes locis multis in regno meo.

30 Nunc ergo tradite civitates quas occupavistis, & tributa locorum quibus dominamini, ex terminis qui extra Jehudæam sunt:

31 Sin minus, date pro eis quingenta talenta argenti, & pro perditione *e* quā intulistis, & tributis locorum quingenta alia talēta: quod si nō feceritis, adveniētes expugnabimus vos.

[2] castellū maritimum sitū inter Carmelum montē, & ostium fluvii Chersei, cui adjuncta est civitas, ut apparet ex vers. 14.

[3] Quis hic Lucius fuerit, dubitant interpretes, nā sub illud tempus consul eo nomine vix legitur: sed hoc librorum vitio factum est. Fuerunt enim hoc eodē anno consules Romæ Lucius Furius Philus, & Sext. Attilius Serranus, quemadmodum hic à Cicerone in Bruto, & libro De officiis 3. nominatur. Alii verò auctores pleriq; non Lucium Furium, sed Publium Furium corruptè appellarunt.

[4] qui tum quidem vivebat quum exararentur literæ: sed antè perierat quàm ad Jehudæos perferrentur.

[5] regi Pergamorum & Phrygiæ.

[6] regi minoris Armeniæ, qui corruptè in Græco Αραβάς; in Latino Arabas appellatur. Nā Cappadociæ & minoris Armeniæ reges Ariarathes, ut majoris Armeniæ Tigranes dicebantur.

[7] vide sup. 14. 1.

[8] i. incolis Hellesponti, synecdochicè, à metropoli. Sic placuit legere ex conjectura, & veterum librorum propinquitate scripturæ.

[9] i. non intermissa opera; sed simul ac admovit castra opus aggrediens animo infensissimo.

[10] aperta quidem hic cum in Latino, tū in Græco textu negatio est: sed duæ sunt causæ, ex quibus eam sustulimus, & tollendā planè iudicamus. Primùm enim nisi hoc modo acceperis, certamine versabatur, legationem sequentem ad Schimhonem miserit, ut majorem sibi hostium numerum compararet intempestivè & imprudentissimè: deinde verò nihil verbis Josephi apertius, qui nominatim exponit, Antiochum auxiliares Schimhonis copias petiisse, accepisse, & in obsidione occupasse, adeò (inquit) ut ad breve tempus Schimhon ex amicis ejus summè necessarius esse putaretur.

[d] *Græc. fecistis: sic vers. 35.* [e] *Græc. qua perdidistis;*

desipuisse planè Antiochum oportuerit, qui dum in tanto

32 Veniens itaq; Athenobius amicus regis Jeruschalaima, vidit gloriam Schimhonis & repositorium cum vasis aureis & argenteis, apparatumq; tam multum ut obstupesceret; & renunciavit ei verba regis.

33 Cui respondens Schimhon dixit, neq; terram alienã occupavimus, neq; res alienas detinuim[9]; sed hæreditatem majorũ nostrorum, quæ ab inimicis nostris injustè aliqua occasione occupata fuit:

34 Nos verò occasionem habentes vindicamus hæreditatem majorum nostrorum.

35 De Joppe autem Gazarisque, quæ petis (hæc infligebant populo plagam magnam, & regioni nostrę) horum *causa* daturi sumus talenta centum: sed non respondit *Athenobius* ei verbum.

36 Reversus verò cum ira ad regẽ, renunciavit ei sermones istos, & gloriam Schimhonis, & quæcumq; viderat: quamobrem iratus est rex ira magna.

37 Tryphon verò ingressus navigium fugit [11] Orthosiada.

38 Itaque instituens rex [12] Cendebæum ducem in regione maritima, & copias pedestres, & equestres dans ei;

39 Mandavit ei ut castra metaretur adversus Jehudæam, ædificaret [13] Gedorum, & muniret [14] Pylas, deniq; ut oppugnaret populũ: Rex verò Tryphonem persequutus est.

40 Itaq; adveniens Cendebæus Jamniam cœpit lacessere populum invadens Jehudæã, & captivum ducere populum atq; occidere; & ædificavit Gedorum,

41 Ubi ordinavit equites copiasq;, ut procedentes percurrerent itinera Jehudæę, quemadmodum constituerat ipsi rex.

[11] opidum Phœniciæ, ut Ptolemęus testis est li. 5. inter Simyram & Tripolin.
[12] virum illustrẽ, abs quo intra montis Carmeli radices nominatur palus Cẽdebæa, sive Cendevia Pliniolib. 5. c. 19 & lib. 36. c. 26.
[13] Græcè quidem legitur Cedron: sed corruptã esse appellationẽ hoc loco dubitari nõ potest, quũ Cedron torrens sit ad Jeruschalaima; Gedorum verò opidum sit in finibus Jehudææ, Edomæis ac Pelischthęis cõtermitnũ, Jehosch. 15. 58. Quam vocem hic reponendã esse sequens evincit historia.
[14] id est, portas; sed quia vox Græca apud Latinos auctores ferè angustis mõtium faucibus tribuitur, visum est hic eã retinere. Intelliguntur enim angusti omnes Jehudææ aditus, quæ montibus circumclusa est.

Caput XVI.

1 Quapropter ascẽdens [1] Jochanan Gazaris, renunciavit Schimhoni patri suo quæ conficiebat Cendebæus.

2 Schimhon verò accersens duos filios suos seniores, Jehudam & Jochananem, dixit eis: Ego & fratres mei, paternaq; domus mea gessimus bella Jisraëlis à juventute ad hodiernũ usq; diem & prosperè successit *a* administratione nostra ut liberaretur persæpe Jisrael.

3 Nunc autem consenui; vos verò ad hoc *b* officiũ misericors his annis idonei estis: estote loco meo & fratris mei, & procedentes pugnate pro gente nostra; auxiliũ autem à cælo adesto vobis.

4 Deinde quum delegisset è regione viginti millia peditum bellatorum cum equitib[9], proficiscentes contra Cendebęum Moddinis pernoctarunt.

5 Unde exsurgentes manè profecti sunt in campum: ecce autem copiæ multæ *c* obviam venientes eis, pedestres cum equitibus; sed torrens erat inter ipsos.

6 Habens autem castra *d* ex adverso eorum ipse cum populo suo, ut vidit populũ formidine dubitantem trajicere torrẽtem, trajecit primus: quẽ videntes viri trajecerũt post eũ.

7 Tunc divisit populum, equites in medio peditum collocans (equitatus enim adversariorum multus *erat* valdè)

8 Et [2] clanxit tubis, ita verso in fugam Cendebæo & castris illius, ceciderunt ex illis confossi multi; reliqui verò confugerũt ad [3] munitionem.

9 Tunc vulneratus est Jehuda frater Jochananis; Jochanã verò eos persequutus est, donec venisset ad Gedorum quam ædificaverat *Cendebæus*.

10 [4] Itaq; fugerunt ad turres usq; quæ *sunt* in agro Aschdodi, quum eam succendisset igne: ceciderũtq; ex eis ad viros bis mille: postea reversus est in terram Jehudæ cum pace.

11 Ptolemæus autẽ *filius* Abubi constitutus erat dux in campo Jerichuntis, habens argenti & auri multum:

12 Erat enim gener sacerdotis summi.

13 Hujus quũ elatus esset animus, & vellet obtinere regionem, cogitavit dolum contra Schimhonem & filios ejus, ut tolleret eos.

14 Schimhon verò obibat civitates quæ in regione erant, & curabat *e* quæ in eis curanda erant: ita descendit Jerichuntem ipse, & Matthithja Jehudaq; filii ipsius, anno centesimo septuagesimo septimo, mense undecimo, hic est mensis Schebat.

15 Tum excipiens eos filius Abubi in munitionem parvam quæ appellatur [5] Dok, quã ædificaverat, dolo fecit eis cõvivium magnũ, & abscondit illic viros:

16 Quumque *f* affatim bibisset Schimhon cum filiis suis, exsurgẽs Ptolemæus, & qui aderant ipsi, ceperũt arma illorũ; invadentesq; Schimhonem in convivio, occiderunt eũ & duos filios ejus, & quosdam ex pueris ejus:

17 Faciens scelus magnum, & reddens mala pro bonis.

18 Deinde scripsit hæc Ptolemęus, mittens ad [6] regem ut mitteret ipsi copias ad auxiliũ, & se traditurum regionem ac civitates ipsi.

19 Misit quoq. alios Gazara, qui tollerent Jochananem, & chiliarchis misit epistolas ut venirent ad se, ut daret ipsis argentum & aurum, donativaque:

20 Alios verò misit qui occuparent Jeruschalaima, & montem templi.

21 Sed præcurrẽs quidam renunciavit Jochanani Gazara, periisse patrem ipsius & fratres ipsius; & misit etiam, *inquiens*, ad occidẽdum te.

22 Quod audiẽs [7] obstupefact[9] est admodum, & comprehendens viros qui venerant ad perdendum ipsum, interfecit eos. Cognoverat enim eos quærere ut perderent ipsum.

23 *g* Reliqui autem sermones Jochananis, & bella ejus & strenua facta ejus, quæ fortitergessit; & ędificatio murorum quos ędificavit, & actiones ejus:

24 Ecce hæc scripta sunt in *h* [8] Chronicis summi sacerdotii ejus, ex quo factus est Sacerdos summus post patrem suum.

[1] qui Gazaris à paręte fuerat præfectus, suprà 13. 54. historici Joannem Hircanũ vocant.
[2] *Græ. manibus nostris.*
[3] *Græ. misericordiam.*
[4] *Græ. in occursum.*
[5] *Græ. contra faciem.*
[2] id est, signo dato per tubicines impressionem in hostes fecit: synecdoche.
[3] Gedorum, cujus meminit sequente ver.
[4] nempe quũ Cendebęi milites animadverterent Gedori obsidionem à Jochanane comparari.
[5] nomen est Syrum, ab investigatione dictum.
[6] nẽpe Antiochum Sedetẽ. de quo suprà 15.
[7] audito insperato generi in socerum suũ & affines scelere.
[8] *Græc. reliqua autem sermonũ Jochananis, & bellorum, &c.*
[9] *Græc. libris dierum.*
[9] id est, in actis publicis: vide 1. Reg. 12. 41.
[9] *Græ. ebriatus esset: vide Genes. 43. 34.*

MACBÆORUM

LIBER SECUNDUS.

SECUNDUS *liber Macbæorum historiam continet rerum in Ecclesia gestarum à fine Seleuci* Philopatoris *ad tempora usque* Antiochi Eupatoris, *quibus* Nicanora Jehuda Macbæo *fusus est: maximè verò memorabilia adducit piorum exempla, qui pro lege* Dei *& veritate sibi tradita constanter & sanctè hac vitam contemserunt, ut gloriam Deo cederent, & omnibus pietatis exemplum in seipsis statuerent. Historia est annorum fermè quatuordecim.*

CAPUT PRIMUM.

1 [1] FRATRIBUS qui *sunt* per [2] Ægyptũ Jehudæis, fratres qui *sũt* Jeruschalaimis Jehudęi, & qui *sunt* in regione Jehudęę, salutẽ *et* pacẽ optimã:

2 Et bonis afficiat vos Deus recordatus federis sui, quod constituit cum Abrahamo, & Jizchako, & Jahakobo servis suis fidelibus:

3 Et det vobis animum omnibus ad colendum ipsum, & faciendum ipsius voluntatem corde maximo, & animo voluntario:

4 Et aperiat mentem vestram in lege sua, & in præceptis suis, & pacem efficiat:

5 Et exaudiens vestras orationes recõciliet vobis, neque vos deserat tẽpore *a* calamitoso,

6 Prout nunc hîc oramus pro vobis.

7 Regnante [3] Demetrio anno centesimo sexagesimo nono, nos Jehudæi rescripsimus vobis de afflictione & impetu, qui supervenerat nobis annis illis, ‖ ex quo defecerat [4] Jason & comites ejus à terra sancta & regno:

8 (Qui postquam incendissent vestibulum, & innocentem sanguinem effudissent; nos orantes dominum ita exauditi sumus, [5] ut obtulerimus sacrificia & similam, accenderimus lucernas, & panes proposuerimus)

9 Ut nunc etiam agatis [6] dies *b* tabernaculorum Cislevo mense.

10 [7] Anno centesimo octogesimo octavo, qui Jeruschalaimis & in Jehudęa sunt senatus [8] populusque Jehudæ Aristobulo magistro [9] Ptolemæi regis (qui est de gente [10] unctorum sacerdotum) & Jehudęis qui sunt in Ægypto, salutem & incolumitatem.

11 E magnis periculis à Deo servati maximas gratias agim[9] ei, [11] ut qui in regem fuissemus dimicaturi.

12 Is enim *c* eduxit [12] eos qui dimicaverant instructa acie contra civitatem sanctam.

13 Nam veniens dux in Persida, & copiæ comitantes eum quæ sustineri non posse videbantur, concisæ sunt in [13] loco sancto Nanæę sacerdotibus qui Nanæę ministrant verbis dolosis utentibus.

14 Ut enim [14] congressurus cum ea advenit in locum Antiochus & [15] amici comitantes ipsum, accipiendarum pecuniarum causa dotis nomine,

15 (Quas proponebãt ipsi sacerdotes Nanææ ipso accedente cum paucis in ambitum fani) concludentes illi templum,

16 Postquam introivisset Antiochus, aperuerunt abditam [16] specus portam, & jacientes lapides tamquam fulgure obruerunt ducem, eumque in membra dividentes, capita ademta iis qui foris erant, projecerunt.

17 In omnibus benedictus *sit* Deus noster, qui tradidit eos qui fecerant impiè.

18 Acturi in [17] Cislevo, vigesimo quinto die, purificationẽ templi, opus esse duximus, ut exponeremus vobis, ut ipsi quoque celebretis æquè diem ignis illius, ac tabernaculorum: quãdo Nechemja qui instruxerat templum & altare, obtulit sacrificium.

19 [18] Etenim quum in Persidem agerentur majores nostri, sacerdotes pii, qui tum erant, accipientes de igne altaris clam, absconderunt in cavo putei [19] fundum habentis *d* aridum, in quo collocaverunt *eum* tutò, adeò ut omnibus ignotus esset locus.

20 Prætergressis autẽ annis multis, quãdo visum est Deo, missus Nechemia à rege Persidis posteros sacerdotum qui absconderant misit ad ignem illum: quumque exposuissent [20] nobis, se non invenisse ignem, sed aquam densam,

21 Jussit eos hauriẽtes inde afferre; & ubi oblata sunt quæ ad Sacrificia pertinebant, iussit sacerdotes Nechemia inspergere aqua & ligna ipsa, & quæ incumbebant illis:

22 Quod postquam factum est, & tempus advenit quo sol resplẽduit, qui priùs erat nubilus; accensa est pyra magna, adeò ut admirarentur omnes.

23 Tunc orationem habebant sacerdotes quum absumeretur sacrificium, sacerdotes (inquam) & *populares* omnes incipiente [21] Jonathane, reliquis verò acclamantibus, ut Nechemja.

24 Erat autẽ oratio illa hujusmodi: Domi-

[1] Hic liber partim centonem habet ex variis scriptis confarcinatũ, (prout in ipso limine ostendirur) partimq, epitomen; ut exponitur infrà 2.24. Nã primum ponitur exemplum unius epistolæ ad Jehudæos in Ægypto versantes de observanda scenopegia. usque ad versum 10. deinde verò alterũ exemplum epistolæ miraculosæ & fabulosæ ponitur usque ad 2.20. cui narrationi subjicitur communis reliqui libri præfatio, usque ad caput tertium. Sed hæc prior nihil ad argumentum libri istius pertinet.

[2] non quidem eò deportati cum Jirmeja, prout intelligẽdum falsò videretur ex libro Hezræ 4. sed partim deportati à Ptolemæo Lagisilio partimque à Philadelpho benignè accepti, & acciti, ut narrat Josephus lib. 12 Antiquit. Judaic.

[a] *Gr. malo.*

[3] nempe Nicanore, Demetrii Soteris filio, de quo 1. Macb. 11. 19.

‖ 1. *Mac.* 3. 36. *& sequent. & infrà* 10 1.

[4] de quo infrà cap. 4. & sequent. [5] id est, ut ordinarium Dei cultum instituerimus: synecdoche. [6] id est, ferias illas conceptivas in mensem Novembrem institutas 1. Macb. 3. 35. ut infrà 18. [b] *Græc. scenopegiæ.* [7] nempe à regno Seleucidarum, ut his libris intelligendum est. [8] nam dividuntur qui erant in Jehudæa in duos ordines, senatorium & plebeium. [9] nempe Lathyri, qui filius fuit Ptolemæi Evergetis, quo regnante conscripta sunt hæc. [10] id est, summorum: nam summus sacerdos unctus appellatur diacriticos, vide quæ annotavimus Exod. 40. [11] id est, quibus fuisset prælium cum Antiocho rege committendum, nisi prospexisset Deus. [c] *Græ. fecit ut ebullirent: sic Sap.* 10. 19. [12] id est, Antiochum Illustrem cum copiis, quodam impetu animi & fervore impulit ut nos missos faceret, & ferretur aliò. [13] sic placet interpretari, ac non templum; quia teste Herodoto & Cicerone libro de legib. 2. Persæ auctoribus Magis non ferunt parietibus includi deos; sed omnia statuunt eis patentia ac libera; quia eorum hic mundus omnis templum est & domus. Est autem Nanæa, (si Josepho credimus) Diana dicta (ut observavimus sup. 3. Mac. 6. 2.) quasi puellam dixeris. Sed hanc historiam totam fabulosam esse nemo negaverit, qui Polybium, Josephum, aut præcedentis libri cap. 6. & cap. 9. infrà, cum hoc comparabit: quorum in exponenda historia consensum huic somnio anteponimus.

[14] fingit enim Antiochum Nanææ conjugium ambivisse, ut dotem perciperet, id est, thesaurum abditum in sacrario Nanęæ dotis specie occuparet; nempe promittentibus sacerdotibus ea lege, si Antiochus sponsus illius esset. Cujusmodi commentâ de Tiberio, Nerone, & Heliogabalo testantur historici.

[15] velut pronubi comitantes sponsum, sive παράνυμφοι.

[16] qui pro lapidibus accipiunt φάτνωμα, non animadvertũt quod ex Herodoto & Cicerone modò dicebamus, Persas templis exstructis caruisse. Quamobrem nos φάτνωμα potius accipimus pro specu, & conceptaculo ærarii in terra effosso ad præsepis formam, quod Græci vocant φάτνη. Nam ex eadem comparatione in navibus quoq; appellantur φατνώματα teste Athenæo, opæ, sive columbaria, foramina que in navium ambitu facta ad ejaculandum missilia; videlicet à specie præsepis, cujus formam habet accessus subterranearum specuum. [17] ex instituto Jehudæ Macbæi sup. 1. Macb. 4. 52. & 59. [18] Hæc jam altera fabula, quam neque sacrorum, neque apocryphorum ullus præter hunc, neque Jehudæorum, neque gentilium libri (quod sciam) tradiderunt: etsi Jehudæos extollendæ gentis suæ adeò studiosos non est credibile fuisse rem tantam præterituros silentio. Contrà enim vulgatum est in illorum commentariis inde à deportationis tempore gloriam Dei, arcam (de qua cap. 2.) & alia quinque desiderata fuisse. [19] sic legendum βάσιν, non autem τάξιν.

[d] *Græc. vacuum aquâ.* [20] i. genti nostræ. [21] sacerdote summo, de quo Nech. 12. 11.

ne Jehova Deus omnium creator, formidabilis, & potens, justusque, & misericors,

25 Solus rex & bonus, solus *e* beneficētissimus, solus justus, & omnipotēs, ac æternus, qui conservas Jisraelem ab omni malo, qui fecisti majores electos, & sanctificasti eos,

26 Accipe sacrificium hoc pro toto populo tuo Jisraele, & custodi partem tuam, atq; sanctifica:

27 Ampliùs collige turbam dispersam nostram; in libertatem assere eos qui serviunt in gētibus; qui nihili fiunt, & abominationi sunt respice; & agnoscant gentes ipsæ te esse Deū nostrum.

28 Tormentis affice eos qui potentia abutuntur, & contumeliosi sunt *f* superbè;

29 Planta populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Mosche.

30 Sacerdotes autem psallebant hymnis intereà.

31 Postquam verò consumta sunt ea quæ erāt sacrificii, tunc residuā aquam Nechemja jussit lapidibus maximis [22] capi.

32 Quod ubi factum est, [23] flamma accensa *in eis* per relucens ex adverso lumē ab altari ipso, *aqua* consumta est.

33 Quumq; manifestum fuisset hoc factū & nunciatum Persarum regi, venientibus in locum ubi ignem absconderant sacerdotes, qui abducti fuerant aquam apparuisse, ex qua *g* Nechemja res purificasset ad sacrificia pertinentes;

34 Rex circumsepivit locum re probata, & sanctum effecit:

35 Et multa accipiens munera variaque [24] donavit rex, quæ gratiosè largiri placuit.

36 Vocavit autem Nechemja locum illum [25] Nephtar, quod si interpreteris, purificationem sonat: vocaturq; *h* à vulgo Nephtar.

Caput II.

1 Hæc tertia fabula genus scriptionis arguit, quā ne impudentissimi quidem Jehudæi accepturi sunt; apud quos vulgo dictum est, nusquam arcā Dei, &c. exstitisse, ut diximus suprà 1.19. Cęterum vide quā benè huic cōveniat cum quarto Hezrę 10.22.

2 quænā hæc scripta sint neq; divinare libet, neque possim: fuerūt certe alicujus commentorū artificis; qualia multa religionis species importat hierophylaciis: ut solus Herodotus testis futurus est locupletissimus.

3 sup. 1.19.

4 quam liber Hezræ quartus amissam fuisse dicit.

a Græc. corde.

5 sic interpretamur Græcū verbum ex notatione ipsius, ut 1. Cor. 10.4.

c G. choragus.

f Græc. in superbia.

22 i. in lapides cavos inferti, fortè servādi animo.

23 i. ita exarsit flamma ignis qui erat in altari, ut repercussa, sive (ut loquimur) reverberatione sua aquam illam lapidibus inditam accēderet, absumeretque.

g Gr. qui circū Nechemjam, ut vers. 36. Hellenismus.

24 i. erogavit in locum sanctum.

25 Syrā, nō autem Hebræa origine; quod rem esse fabulosam docet: fuisset enim procul dubio Nechemia Hebræū nomen tam sancto Dei operi impositurus.

h Gr. à multis.

6 de quo vide Deut. 32.49. 7 i. ignem & nubem: quę duo signa deinde ὑστερο πρότερον, sequentibus exponuntur.

manifesta fuerat, & ‖ Schelomone postulante ut locus sanctificaretur, magnificè fuerat patefacta,

‖ 1. Reg. 8.

9 Idq; quum præditus sapientia obtulit sacrificium dedicationis & consecrationis templi;

10 ‖ Quemadmodum etiam Mosche apud Dominum orante descendit ignis de cælo, & sacrificia consumsit: sic etiam Schelomone orante descendens ignis cōsumsit holocausta.

‖ Levit. 9.24.

11 ‖ Quum dixit Mosche, propterea quod non fuisset comestum sacrificium pro peccato, fuisse consumtum.

‖ Levit. 10.

12 Similiterque Schelomo dies octo celebravit.

13 Enarrabātur autem & in scriptis illis, & in commentariis Nechemjæ res eædem, & quemadmodum comportans bibliothecam accumulavit scripta de regibus, & prophetis, scriptaque Davidis, & de donariis regum epistolas.

14 Similiter autem [8] Jehuda ea quæ interciderant propter bellum quod accidit nobis, comportavit omnia; suntq; ea apud nos.

15 Horum igitur si indigebitis, qui exportent ad vos mittite.

16 Celebraturi ergo purificationem hanc, rescripsimus vobis; rectè igitur fecerītis, si dies eosdem celebrabitis.

17 Deus autem qui servavit totum populū suum, idem reddit hæreditatem omnibus, regnumq; & sacerdotium, & sanctificationem;

18 Quemadmodum promisit in lege: speramus enim in Deo, ipsum citò miserturum nostri, & congregaturū *nos* è terra, quæ subest cælo, in locum sanctum:

19 Nam exemit nos è magnis malis, & locum purgavit.

20 Res autem à Jehuda Macbæo gestas, & fratribus ejus, & templi magni purificationē, & aræ dedicationem,

21 Etiamq; prælia in Antiochum Illustrē, & Eupatorem filium illius gesta,

22 Et illustria signa è cęlo edita viris pro Jehudaismo certatim agentibus strenue; adeò ut totam regionē, quum pauci essent, depopulati sint, & barbaras turbas persecuti,

23 Et celebre in toto orbe habitabili templū instauraverint, civitatemq; liberaverint, & leges (quę mox dissolvēdæ erant) restituerint, Domino cum omni æquitate placato in ipsos:

24 *Hæc* à Jasone Cyrenæo declarata libris quinque, tentabimus uno volumine contrahere.

25 Nam considerantes confusionem [9] numerorum, & difficultatē propositam iis qui volunt evolvere narrationes hujus historiæ propter materiæ multitudinem;

26 Curavimus ut volētibus legere exhiberetur *b* delectatio, studiosis rei memoria cōplectendæ facilitas, omnibus denique in librum hunc incidentibus utilitas.

27 Ac nobis quidem, qui molestiam suscepimus conficiendæ Epitomes, non facile sed *plenum* fuit sudorum opus, ac vigiliarum:

28 Quemadmodū ei qui parat convivium, & quærit omnē utilitatem, *c* res difficilis est. Verumtamen [10] ad habēdas gratiarū actiones à multis, libenter molestiā hāc sustinebimus,

29 Accuratam quidē de singulis rebus tractationē auctori concedentes; maximè verò laborantes,

8 de hac historia, ut etiā de præcedente nihil habetur, quæ Nechēję tribuitur. Omnes autem quo in pretio habendę sint, & Josephus contra Apionem, & alii multi docuerunt.

9 sic reprehēdunt isti Jasonis historiā tum magnitudinis, tum varietatis nomine: falsitatis etiam dębuerant, cum neq; secum ipse neque cū aliis cōveniat.

b Gr. delectationem: sic deinceps.

c Gr. non facile.

10 i. ut de multis bene mereamur; quī ra speciem loquēdi observat Paulus, 2. Cor. 9.12.

laborãtes, ut lineamẽtis epitomes insistamus.

30 Quemadmodum enim novę domi architectum oportet curam habere totius structuræ, qui autem encausticẽ & picturam aggreditur, eum oportet res ad ornatũ proprias exquirere; sic etiam de nobis censeo;

31 Auctori quidem historiæ convenire, ut penetret & ambulacra faciat verborum, multaque rimetur in rebus singularibus;

32 Ei verò qui enarrationem inde excerptã facit, cõcedendum esse ut brevitatẽ dictionis sectetur, & quæ ad exornationem causarum pertinent, aversetur.

33 Hinc ergo narrationis initiũ faciamus, ad ea quę præfari oportuit hoc tantùm adjũgentes. Stolidum enim fuerit ante historiam *multis* circumfluere; historiã verò cõtrahere.

CAPUT III.

1 DUm sancta civitas cũ omni pace habitaretur, & leges cõservarẽtur optimè, propter pietatem[1] Onię sacerdotis summi, & improbitatis odium;

2 Accidit ut ipsi quoque reges honorarẽt hunc locum, & templum missis muneribus optimis *a* decorarent;

3 Adeò ut Seleucus ipse rex Asię suppeditaret de suis reditibus omnes sumtus ad ministeria publica sacrificiorum pertinentes.

4 [2] Schimhon autem quidam ex Binjaminis tribu pręfectus templo cõstitutus, quum adversus sacerdotẽ summũ de iniquitate, quã volebat in civitate tueri, contenderet;

5 Eò quòd vincere Oniam non poterat, venit ad Apolloniũ, Thraseì filium, qui ea tempestate dux erat Cœles Syrię atq; Phœnicię:

6 Et renunciavit ei pecuniis, quarum numerus dici nõ poterat, plenum esse gazophylacium Jeruschalaimis; adeò ut multitudo [4] rerum pretiosarum esset innumerabilis, & minimè venirent eæ ad sacrificiorum rationem: fieri autem posse, ut illæ sub potestatem regis reciderent.

7 Congressus autem Apollonius [5] cũ rege, de indicatis ipsi pecuniis exposuit ei; qui ut antè elegerat Heliodorum pręfectũ ęrario, misit eum, & mandata dedit ut prædictarum pecuniarum exportationem faceret.

8 Itaque statim Heliodorus instituit profectionem; specie quidẽ, tamquam Cœles Syriæ & Phœniciæ civitates obiturus; sed facto propositum regis effecturus.

9 Quum autem venisset Jeruschalaima, & benignè à summo sacerdote civitatis accept[9] esset, exposuit de facto indicio illo, & cujus causa adesset demonstravit, rogavitq; an *b* ex veritate hæc ita se haberent.

10 Cui ut sacerdos summus ostendit[6] deposita esse viduarum orphanorumque,

11 Quædam verò etiam Hyrcani esse [7] filii Tobijæ, viri præstantis excellentia, non autẽ ejusmodi ut calumniatus fuerat impius ille Schimhon; eaque omnia esse quadringenta talenta argenti, & ducenta auri,

12 Et injuria affici eos qui res suas crediderunt sanctimoniæ illius loci, & honorati in universo mundo templi majestati & inviolatę religioni; illud omnino fieri non posse:

13 Heliodorus propter mandata quæ habebat regis, dixit ea planè in ęrarium regis esse inferenda.

14 Ac dicto die ingrediebatur, ut pecuniarum istarum ratione habita de iis ordinaret: itaq; fuit non parva in tota civitate angustia.

15 [8] Sacerdotes verò ante altare sacris vestibus induti, projiciebãt se ipsos, & inclamabant cælum versus eum qui leges tulit depositi, ut iis qui deposuerant pecunias illas integras conservaret.

16 Neque poterat quisquis videbat summi sacerdotis vultum, quin vulneraretur mente; nam aspectus, & mutatus color declarabat angustiam quæ urgebat animum ipsius:

17 Circumfusus enim erat viro illi timor quidam & horror corporis, ex quibus manifestus efficiebatur cõtemplantibus dolor qui inerat cordi.

18 Alii verò ex ædibus gregatim exsiliebãt ad publicam supplicationem, eò quòd *c* abiturus esset in contemptum locus:

19 Et succinctæ sub mammas mulieres ciliciis vias implebant; inclusæque virgines aliæ quidem ad portas concurrebant, aliæ ad muros, aliæ verò p fenestras prospectabãt flexæ,

20 Et omnes protendentes manus in cælũ *d* deprecabantur.

21 Erátq; miseranda promiscuæ multitudinis prostratio, & sacerdotis summi in angustia magna versantis exspectatio.

22 Hi ergo invocabant omnipotẽtem dominum, ut res creditas integras iis qui crediderant cum omni securitate conservaret.

23 Heliodorus verò quum illud quod decretum fuerat faceret, ipso ibidem cum satellitibus ad ærarium jamque præsente.

24 Ille spirituum & omnis potestatis princeps illustre signum effecit magnum, adeò ut omnes qui fuerant ausi cõvenire, obstupefacti potentia Dei in *e* deliquium animi formidinemque converterentur.

25 Apparuit enim quidam equus ipsis terribilem habens sessorem, & pulcherrimo tegmine adornatus, qui delatus impetu impegit Heliodoro anteriores ungulas; qui autem insidebat armaturam auream habere videbatur.

26 Alii quoq; duo [9] ante ipsum apparuerũt adolescẽtes, robore decori, elegantissimi gloria, & amictu speciosi; qui etiam ab utroq; latere adstãtes, indesinenter eum flagellabant, multas ei injicientes plagas.

27 Quum itaq; subitò in terram cecidisset, & multis tenebris circumfusus esset, rapiẽtes simul eum & imponentes lecticæ *satellites*,

28 Eũ qui modò cum multa concursatione & toto satellitio in prędictum ingrediebatur gazophylacium, eum inquã qui auxilium ab armis nullum consequi potuerat extulerunt,

29 Manifestè agnoscentem potentem administrationem Dei; atq; hic quidem divina efficacitate mutus, & omni privatus spe ac salute jacebat:

30 Illi verò domino benedicebant, qui suprema gloria suum locum affecisset; & templũ illud quod paulo antè metu ac turbatione plenum fuerat, ut omnipotens Dominus apparuit, gaudio lætitiaq; impletum est.

31 Quidam verò ex Heliodori familiarib citò rogaverunt Oniam ut invocaret Altissimum, ut vitam gratiosè donaret homini qui planè jacebat *f* animam acturus.

32 Tum veritus sacerdos summus nẽ fortè suspicionẽ haberet rex maleficiũ aliquod in Heliodorum à Jehudęis consummatũ esse, sa-

[1] qui filius fuit Schimhonis, filii prioris Oniæ, ut narrat Josephus sub finem capitis 4. lib. 12. Antiquitat.

a Gr. glorificarent.

[2] hic toto cælo à Josepho dissidet & (nisi me animus fallit) à veritate ipsa, ne sacerdotũ genus ignominia ulla afficeret: nam propterea Binjaminitam tẽpli custodẽ facit.

[3] quod alii libri ἀγορανομίαν legunt, hoc est ædilitatem, nobis tam videtur ab hoc locò alienũ, quàm quod maximè.

[4] hanc vocem rejecta priore sententia, sic exponimus evidentiùs ex Græcorum vsu.

[5] nẽpe Seleuco Philopatore, sive (ut Josephus vocat) Sotere, de quo vers. 3.

b Gr. veritatibus.

[6] de hoc depositi religiosi genere lege Ambrosiũ lib. 2. Officiorum cap. 29.

[7] qui hoc Onia mortuo, cum fratribus suis à partib Oniæ tertii, sive Menelai stetit contra Jasonem, ut Josephus scribit ibidem cap. 6.

[8] similem penè narrationẽ & verbis similibus vide in Schimhone, sive historia Ptolemæi Philopatoris, libro qui vulgo dicitur imperitè Macbæorum tertius.

c Gr. venturus.

d Gr. faciebant deprecationem.

e Gr. dissolutionem.

[9] puta Heliodorum.

f Gr. in ultimo anhelitu.

crificium obtulit pro ſalute illius viri.

33 Quumq; ſacerdos ſummus Deum exoraſſet, iidem adoleſcentes iterum apparuerũt Heliodoro, iiſdem veſtibus induti, & ſtantes dixerunt, multas habe gratias Oniæ ſacerdoti ſummo; nam propter eum glorioſè vitam tibi donavit Deus.

34 Tu verò è cælo flagellatus denuncia omnibus maximum Dei robur, atq; his dictis *g* diſparuerunt.

g Gr. diſparẽtes facti ſunt.

35 Heliodorus autem, quum ſacrificiũ obtuliſſet domino, & vota maxima voviſſet ei qui vitam ipſi reparaverat, Oniamq; ſalutaſſet, caſtra movens ad regem reverſus eſt;

36 Teſtificans omnibus, quæ aſpectu viderat, opera Dei maximi.

37 Interrogante autem rege Heliodorum, quis nã aptus eſſet qui adhuc ſemel mitteretur Jeruſchalaima, dixit,

38 Si quem habes hoſtẽ, aut rebus tuis inſidiantem, hunc mitte illuc, & flagellatum recipies ipſum; ſi tamen ſalvus evaſerit: eò quòd in loco revera quædam eſt Dei potentia.

39 Nã ille qui habitationem cæleſtẽ obtinet, inſpector eſt & adjutor illius loci; qui veniẽtes ad *h* malefaciẽdum verberat, & perdit.

h Gr. maleficium.

40 Atque ſic quidem ceſſerunt res Heliodori, & cuſtodia gazophylacii.

Caput IIII.

[a] de quo ſupra 3.4. & ſequentibus.

1 Ille autẽ Schimlion de quo antè diximus, qui index fuerat pecuniarum & patriæ, malè loquebatur de Onia, tamquam ſi ipſe & Heliodorum impuliſſet, & malorum artifex exſtitiſſet;

2 Virumque *a* benè de civitate meritum, & curatorem gentilium ſuorum, legumq; ſtudioſum, inſidiatorem in negotia *Regis* audebat dicere.

a Græc. benefactorẽ civitatis

3 Sed quum inimicitia eò uſq; procederet, ut etiam per aliquem eorum qui à Schimlione probabantur, cædes committerentur:

4 Conſiderans Onias difficultatem cõtentionis, & Apolloniũ furere velut Cœles Syriæ & Phœnicię ducem adaugendo malitiam Schimlionis, ad regem ſeipſum contulit:

5 [2] Non quòd civium accuſator eſſet, ſed ſpectans illud quod publicè privatimque toti multitudini conducebat.

6 Videbat enim ſine regali providẽtia fieri non poſſe, ut res ampliùs ſortirentur pacem, & Schimlionem nõ ceſſaturũ à dementia iſta.

7 ‖ Sed quum Seleucus vitam morte commutaſſet, & regnum Antiochus qui Illuſtris cognominabatur accepiſſet, ambivit [3] Jaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium,

8 Pollicitus regi pro conſequutione trecenta ſexaginta talenta argenti, & alterius cujuſdam reditus talenta octoginta:

9 Prætereà etiam promittebat ſe alia centum quinquaginta conſtituturũ, ſi cõcederetur ipſi potentia ſua gymnaſium, & Ephebo-rum ludum ſibi conſtituere, & cives Jeruſchalaimorum [4] cum Antiochenis conſcribere.

10 Quum autem annuente rege principatum obtineret, ſtatim ad [5] Græcum ritum tribules ſuos traduxit;

11 Et humana regũ indulta Jehudęis propoſita per Joannẽ patrẽ Eupolemi (qui legationẽ pro amicitia & ſocietate ad Romanos habuerat) exorata dejecit, legaleſq; adminiſtrationes diſſolvens illegitima novavit inſtituta.

12 Ultrò enim ſub ipſam arcem gymnaſiũ fundavit, & potentiſſimos Epheborum ſubigens [6] ſub petaurum duxit.

13 Atq; hoc pacto invaleſcebat quidã Helleniſmus & progreſſus morum alienigenarũ, propter ſupremam iſtam iſtius impii, [7] ac non ſacerdotis ſummi Jaſonis impuritatem;

14 Adeò ut non ampliùs alacres ſacerdotes eſſent ad miniſteria altaris: ſed templũ ipſum contemnentes, & ſacrificia negligentes feſtinabant communicare cum iniquo palæſtræ ſpectaculo poſt diſci provocationem,

15 Patrios quidem honores nihili faciẽtes; Græcanicas verò glorias pro optimis ducentes.

16 Quorum etiam cauſa pervaſit ipſos gravis calamitas, quum quorum æmulabantur ductum, & quibus omnino volebant conformari, hos inimicos atque ultores habuerunt.

17 Nam impiè contra divinas leges venire non eſt facile: verumtamẽ hęc ſequens tempus declarabit.

18 Quum autem celebraretur [8] quinquennale certamen Tyri, cui rex aderat:

19 Miſit Jaſon iſte ſceleſtus ſpectatores [9] tãquam Antiochenſes è Jeruſchalaimis, exportantes argenti drachmas trecentas ad ſacrificium Herculis, quas etiã ipſi qui exportabãt poſtulaverunt non *b* erogari ad ſacrificium:

20 Sed propter ipſos qui apportabant, erogavit ad triremes comparandas.

21 Miſſo autem in Ægyptũ Apollonio filio Meneſthei, *c* propterea quòd ad obtinendas primas à Philometore rege accerſitus erat, percipiens poſteà Antiochus [10] eum à rebus ſuis alienum factum eſſe, curavit ut contra ipſum confirmaretur: quamobrem Joppẽ venit, acinde profectus eſt Jeruſchalaima.

22 Ubi magnificè à Jaſone & civitate acceptus cum facibus & acclamationibus introductus eſt; poſteà hoc modo in Phœnicia abducto exercitu conſtitit.

23 Poſt triennium verò miſit Jaſon Menelaum fratrem Schimlionis, cujus antè meminimus, afferentem pecunias regi, & de negotiis neceſſariis monita facturum.

24 Hic verò commendatus regi, quũ gloriam tribuiſſet ei, [11] coram poteſtate, ad ſeipſum tranſtulit ſacerdotium ſummum, eò quòd Jaſonem talentis argenti trecentis ſuperaſſet.

25 Quum itaq; regalia mandata accepiſſet, advenit, nihil quidem ſacerdotio ſummo dignum afferens; ſed animos crudelis tyranni beſtiæq; barbaræ impetus habens.

26 Ac Jaſon quidem, qui [12] proprium fratrẽ abdicaverat, abdicatus [13] ab altero profugus in Hammonitida regionem expulſus eſt:

27 Menelaus verò principatum obtinuit, ſed promiſſarum regi pecuniarum nihil curavit, exigebat verò eas Soſtrat [9] prefectus arci:

28 Ad hunc enim pertinebat rerum quæ ex vectigalibus colligebantur, exactio: quamobrem hi duo à rege accerſiti ſunt.

29 Ac Menelaus quidem reliquit ſacerdotii [14] ſucceſſorem Lyſimachum fratrem ſuũ: Soſtratus verò Craterem prefectũ Cypriis.

30 His autem hoc modo conſtitutis, accidit ut Tarſenſes & [15] Mallotæ ſeditionẽ moverent: eò quòd Antiochidi pellici regis dono dati eſſent.

31 Celerrimè itaq; rex venit ad conſtituẽdum

[2] his verbis Joſephum ementitur, adeoq; veritatem ipſam evidentiſſimè: vide Joſephũ Antiquitatũ Judaic. li. 12. ‖ 1 *Mac.* 1. 11.

[3] qui Jeſus dicebatur: ſed Antiochenũ nomen aut Græcum adoptavit, nequid Judæum vel nominem tenus ſaperet.

[4] i. referre in civium Antiochenorum numerum: ita pudebat ipsũ Jeruſchalaimorum.

[5] id eſt, apud gentes receptum: ſynecdoche, qua plurimum Paulus utitur. Sic verſ. 13. & 15. Annuente autem, id eſt, concedẽte in anteceſſum & per proviſionẽ, ut loquũtur, donec pecunia fuiſſet numerata, & cognita ejus in adminiſtratione fides.

[6] ſic interpretor Græcã vocem πέτασον ſequut [9] Phavorinum. Nam πέτασος & πέταυρον ex eadem origine dicta ſignificant machinã ligneã rotis verſatilem; ex qua petauriſtæ maxima corporis agilitate evolabant, ut meminit Feſtus ex Lucilio atque Martialis.

[7] iterum impingit Joſepho colaphũ, indignè ferẽs ut hæc catena maleficiorum (ut cũ Ammiano Marcelliano loquar) & concinnator technarum dicatur è ſacerdotum genere.

[8] quod erat Herculis, ut veteres hiſtoriæ docent, & indicatur ſequente verſ.

[9] nam Antiochenſes in certamen erogabãt munera: cives autem Jeruſchalaimorũ pro Antiochenſibus habebantur, ſuprà ℣. 9

[b] *Græ. uti*

[c] *Græc. propter vocationes primas Philometorũ.*

[10] puta Ptolemęum Philometora, cui primùm cum Antiocho cõvenerat.

[11] id eſt, quum regem in os alloqueretur, propterea quòd bellè & aulicè aſſentatus eſſet.

[12] Oniam, ut ſuprà verſu 7.

[13] fratre videlicet Menelao, qui etiam Joſepho teſte Onias Junior dicebatur.

[14] id eſt, vicarium, ut participium cõjugatũ oſtendit verſu 31. qui, ſi in expeditione ſua Menelaus occideret, eſſet in ſacerdotio ipſi ſucceſſurus.

[15] ex Mallo maritimo Ciliciæ opido, cujus meminerunt Ptolemæus & alii.

dum res illas, relicto qui vices fungeretur Andronico ex viris *d* dignitate præstantibus.

d Gr. qui in dignitate siti erat

32 Ratus autem Menelaus se arripuisse occasionem commodam, aurea quędam instrumenta templi subtrahens donavit Andronico; & alia vendidit Tyrum & in civitates circumjacentes *exportata*.

33 Quod bene cognoscēs Onias redarguit, postquam secessisset in locum tutum, [16] Daphnen quæ ad Antiochiam sita est.

16 opidum Daphnæ fluvio impositū, à quo nomen habet.

34 Quare Menelaus assumtū seorsim Andronicum hortatus est ut Oniam occideret; qui veniens ad Oniam (quum persuasus esset ad dolum, dexteraq; data cum juramentis cōfirmatus) & dans dexteram, quāvis suspectus esset, persuasit ut ex asylo [17] procederet: itaq; eum repentè circumclusit, nulla justi reverētia ductus:

17 id est, veniret inde Antiochiam, ut exsequeret. constat.

35 Quam ob causam non solum Jehudæi, sed etiam multi ex aliis gentibus indignati, tulerunt ægerrimè injustam hanc hujus viri cædem.

36 Rege autem revertente è partibus Ciliciæ, compellaverunt eum Jehudæi qui in civitate erant, suffragantibus etiam odio improbitatis Græcis, eò quòd præter rationem Onias interfectus esset.

37 Itaq; Antiochus ex animo contristatus, & versus ad misericordiam, etiamq; lacrymās propter temperantiam defuncti, summamq; modestiam,

38 Et accēsus animo statim Andronici purpurā abstulit, vestes disrupit, circumduxit per totā civitatem in eum locum ubi impiè Oniā occiderat, & illic homicidā vita privavit; Domino dignam ipsi punitionem rependente.

39 Sed quum sacrilegia multa fierēt per civitatem à Lysimacho, *e* cōscio Menelao, & fama foris pervulgata esset, congregavit se multitudo cōtra Lysimachum, multis jam aureis instrumentis varias in partes ablatis.

e Gr. cum scientia Menelai.

40 Quumque excitatę turbæ irâ plenę essent, armans contrà Lysimachus ad ter mille viros, cœpit manus injustas inferre, duce inprimis [18] Chavranensi quodam provecto ętate, nec verò minùs amentia.

18 id est, è regione Chavranis, de qua Jechezk. 47. 16. & 18.

41 Illi verò simul videtes quoq; impressionem Lysimachi, arripientes alii saxa, alii fustes *f* densos, alii verò ex adjacente cinere, quod depsebant pugillis prehendentes, projiciebāt in milites Lysimachi:

f Gr. densitates.

42 Eamq; ob causam multos quidem eorū *g* vulnerarunt, multos verò etiam prostraverunt, multosq; ad fugam compulerunt, ipsum deniq; sacrilegum prope gazophylacium interfecerunt.

g Gr. vulneratos fecerunt.

43 De his autem constitutum est judicium contra [19] Menelaum.

19 quod ipso cōscio & participe Lysimach' sacrilegia sua perpetrasset, sup. ℣. 39.

44 Et adveniente rege Tyrū contra ipsum accusationem fecerūt tres viri à senatu missi.

45 Menelaus verò jam deprehensus promisit pecunias multas Ptolemæo filio Dorymenis, ut persuaderet regi.

46 Quamobrē accepta ea Ptolemæus abductum regem in quoddam peristylium, ut refrigeraturum se, traduxit *a sententia*:

47 Qui auctorem quidem toti' mali Menelaum absolvit ab accusationibus; miseros autē illos, qui si etiam apud Scythas dixissent causam, liberi à condemnatione fuissent absoluti, *h* illos adjudicavit morti.

h Gr. illu mortē adjudicavit.

48 Itaq; celeriter pœnam injustam subierunt, eò quòd anteà pro civitate, populoq;, & sacris vasis dixissent causam.

49 Eamq; ob causam Tyrii quoq; odio improbitatis istius adducti, res ad sepulturā eorum pertinentes suppeditaverunt magnificè.

50 Menelaus verò propter *i* summam potentiorum avaritiam magnus civium suorum insidiator effectus, mansit in principatu inolescens malitia.

i Gr. potentiorū avaritiam.

CAPUT V.

1 SUb idem verò tempus [1] secundam profectionem Antiochus in Ægyptum cōparavit.

1 1. Mac. 1. 17. de qua vide annotata in Danjielis 11.

2 Accidit autem per totam civitatem fermè ad quadraginta dies, ut apparerēt in aēre currentes equites auratos amictus habentes, & lanceis turmæ ritu armati; *a* gladiisq; strictis,

a Gr. gladiorū eductionibus.

3 Et turmę equitum dispositę, congressionesq; factæ, & incursiones utrorumq;, & clypeorum agitationes, & *b* spicula multa, & tela conjecta, & aureorum ornamentorum splēdores, & loricæ omnigenæ.

b Gr. spiculorū multitudines & telorum jactus.

4 Quamobrem omnes expetebant ut ostētum istud *c* bene cederet.

c Gr. ad bonum fieres.

5 Sed quū increbuisset falsus sermo, tamquā si commutasset Antiochus vitā *morte*, assumens Jason mille viros minimùm, repētè in civitatē fecit impressionem: quibus jam super murum convenientibus, ac deniq; jam occupata civitate Menelaus in arcem confugit.

6 Jason verò faciebat cædes civium suorū nemini parcens, non cogitans secum prosperitatem in cognatos infelicitatem esse maximam.

7 Quum itaq; videretur sibi hostium ac nō gentilium tropæa diruere; dominatum non obtinuit, sed pro fine insidiarum percipiens pudorē, profugus iterum in regionem Hammonitarum abiit:

8 Itaq; terminū malæ conversationis sortitus est, quum inclusus apud Aretā regē Arabum, *d* in civitatem unā ex altera fugiens, persequutione pressus ab omnibus, exosus ut desertor legum, & exsecrabilis ut patrię civiumque carnifex, in Ægyptum ejectus est.

d Gr. in civitatem ex civitate.

9 Et qui multos è patria extorres fecerat, extoris periit, delatus ad Lacedæmonios, tāquam si ob cognationē fuisset *apud illos* protectionem consequuturus:

10 Et qui multitudinem insepultorum ejecerat nullo fuit comitatus luctu, neq; sepulturam ullam qualemcumque, nedum patriū sepulcrum habuit.

11 Sed postquā ista *e* innotuissent regi, concepit pro rebus factis Jehudæos defecturos esse: itaq; jungens venit ex Ægypto, efferatus animo, & civitatem occupavit armis:

e Gr. cognitis fuerit.

12 Ubi mandavit militibus conscindere, ac nō parcere obviis quibusq;, & eos qui domos conscenderent trucidare.

13 Itaq; fiebant juvenum & senum occisiones, virorumq; & mulierum ac puerorum deletio, virginumq; & infantium cædes:

14 Adeò ut octogintā millia totis diebus consumti sint; quadraginta quidem trucidationibus, & *alii* non pauciores cæsis vēditi.

15 Non contentus autem istis ausus est in sanctissimum totius terræ templum ingredi, ducem habens Menelaum, qui proditor legū fuerat & patriæ:

16 Et sceleratis manibus sacra vasa capiens & quæcumq; ab aliis regibus ad augmentum gloriamq; loci & honorem fuerant reposita prophanis manibus contrectans,

17 Elatus est mente Antiochus, nō cognoscens propter peccata eorum qui civitate habitaverant, Dominum ad breve *tempus* iratū fuisse, ac propterea *f* despectum fuisse locum.

18 [2] Quod si non evenisset, neque in multa peccata fuissent delati, quemadmodum Heliodorus (qui missus fuerat à Seleuco rege ad inspectionem gazophylacii) hic quoque in ipso aditu repentè [3] flagellatus aversus fuisset ab audacia sua.

19 Verùm non propter locum gētem Dominus, sed propter gentem locum elegerat:

20 Ac propterea idem locus qui unà fuerat particeps adversorum casuum qui fuerunt in gente, posteà communicavit beneficiis; & qui relictus fuerat omnipotētis ira, iterum ex maximi Domini conciliatione cum omni gloria fuit restitutus.

21 Antiochus igitur mille octingenta talēta exportās è templo celerrimè in Antiochiam secessit, existimans præ superbia se cùm terrā navigabilem, tum mare ipsum pervium pedibus *g* effecturum propter elationem cordis.

22 Sed reliquit etiā præfectos ut malè afficerent gentem; Jeruschalaimis quidem Philippum genere Phrygem, moribus magis barbarum quàm qui constituerat ipsum;

23 [4] Garizimis verò Andronicum, ac præterea Menelaum, qui pessime *aliorum* omniū supra cives efferebatur, ut adversus cives Jehudæos animum habebat inimicissimum.

24 Et [5] misit abominationum principem Apollonium cū exercitu, nempe viginti duobus millibus, mandans ut omnes qui justa ætate erant jugularet; mulieres verò & juniores venderet.

25 Hic autem quum venisset Jeruschalaima simulans se pacificum, cohibuit se usq; ad sanctum diem sabbathi; quo occupans ferianntes Jehudæos, illos milites qui parebant ipsi, mandavit armari.

26 Ita egressos omnes ad spectandum confodit, & per civitatem cum armis discurrens multam peremit multitudinem.

27 Jehuda verò Macbęus *h* novem aliis cōitantibus secedens, in montibus ferarū more transigebat vitam cum suis comitibus; qui gramineo alimento vesci perseverabat, ne contaminationis illius essent participes.

f Gr. fuisse circa locū despectionem.
[2] hic discedit ab historia auctor, prout deinceps fecisse videbimus: nec tantopere laborat, ut historiam simpliciter narret, quàm ut gentem suam extollat, omnibus suis digressionibus.
[3] supr. 3.24. & sequentibus.
g Gr. posituru.
[4] i. in Samaria, ubi fuerat ab impio Menasche institutū templū, ut infrà 6.2. & Ecclesiastici 50.29.
[5] videlicet post biennīū, 1. Macb. 1.30 Græca autem vox μυσάρχης quam vulgo interpretantur ab odio, aliud omnino significat. Nam ut singulari ratione μυσάρχης appellatur, quòd abominandorum istorum consiliorum princeps fuerit quæ exsequutus est, ut duo sequētes versus ostendūt: est enim μῦσος abominatio, ut infrà 6.19. & 25. aut significat præpositū (ut imperatores vocant) sacro ærario, i. intimo thesauro regis, qualis erat apud Romanos locus quē Favissam appellabāt: atq; hæc interpretatio ex 1. Mac. 1.30. cōfirmari videretur; sed prior est simplicissima.
h Græ. decimus quodammodo existens.

Caput VI.

1 *a* Paulo pòst tempore misit rex senē [1] Antiochenum qui cogeret Jehudæos, ut transsilientes à patriis legibus nō regerentur legibus ipsis Dei:

2 Et contaminans templum quod erat Jeruschalaimis, Jovis Olympii; illud verò quod erat Garizimis (prout erant habitatores loci) Jovis hospitalis nominaret.

3 Difficilis autem & gravis erat populo malitiæ hujus institutio:

4 Nam templum luxu & comessationibus implebatur à gentibus, molliter vitam consumentibus cum *b* meretricibus, & in *c* sacro ædis ambitu ad mulieres se adjungentibus, etiamq; intrò ferentibus quæ nō conveniebāt:

5 Et altare rebus illegitimis, quas lex vetuerat, implebatur.

6 Neque verò celebrare licebat sabbatha, neque patrias solennitates observare, neque simpliciter se Jehudæum confiteri;

7 Sed ducebantur cum acerba necessitate die natali regis singulis mensibus ad [2] viscerationem; & quum erat Dionysiorum festum, cogebantur [3] hederam ferētes pompam Baccho ducere.

8 Decretum quoq; *d* prodiit in vicinas civitates Græcas, suggerente [4] Ptolemæo, ut contra Jehudæos eadem ratione visceratio fieret:

6 Qui autem ad ritus Græcos transire nollent, ii jugularentur: itaque nihil nisi miseria instans videri poterat.

10 Nam duæ mulieres quę filios circumciderant abductæ sunt, ad quarum ubera suspēsis natis, publicè per civitatem circumductas eas, deorsum à muro præcipitaverunt.

11 Alii verò inter se concurrentes ad spelūcas, ut latentes septimum diem celebrarent, indicati [5] Philippo, concremati sunt; quia religio fuerat ipsis, ut sibi succurrerent, propter gloriam diei religiosissimi.

12 Itaq; hortor eos qui librum hunc legūt, ne propter calamitates istas cōtrahantur; sed cogitent supplicia hæc non ad interitum, sed ad eruditionem generis nostri spectare:

13 Et enim quòd nō diu sinuntur qui agūt impiè, sed statim in supplicia incidūt, magnæ beneficentiæ signum est:

14 Nō enim judicavit Dominus, quemadmodum etiam in aliis gentibus longa patiētia differt, donec ipsi ad complemētum peccatorum concurrētes puniantur, ita etiā nobis faciendū esse; ut posteà non ulciscatur nos, si tādem ad peccatorū summum perveniremus.

15 Quamobrē misericordiam quidē nunquam aufert à nobis; sed erudiens cum calamitate non derelinquit populum suum.

16 Verùm hæc ad commonitionem dicta à nobis sunto.

17 Nunc his paucis positis ad narrationem veniendum.

18 Elhazar quidā ex primoribus scribis vir jam provect[9] ætate, & aspectu faciei pulcherrimus, cogebatur *d* hiare ut comederet suillā carnem.

19 Hic autem conjunctā gloria mortē potiùs, quàm vitā cum abominatione complectens ultrò ad *e* [6] tormentum adducebat;

20 Idq; [7] se inflectens palàm, quemadmodum oportet accedere eos qui se audent ab eis defendere quæ propter vivendi studium gustare est nefarium.

21 At illi quidē qui ad illegitimam viscerationem illam constituti erant, propter notitiā quę ab antiquis temporib[9] cū viro hoc *intercesserat*, assumtum eū seorsim hortabātur, ut afferēs carnes quæ ab ipso comparatæ essent, uteretur iis quibus convenirer ipsi; sed ita simularet, quasi comederet *secundum* ea quę à rege mandata erant, de carnibus sacrificii;

22 Ut hoc facto liberaretur à morte, & propter veterem cum ipsis amicitiam humanitatem consequeretur.

23 Hic autem honestā suscipiens cogitationem, & dignam ætate ac senectutis excellentia & cōparata ac spectata canicie optimaq; à puero educatione, ac potiùs sancta & divinit[9] indita legis institutione, *f* continuò respōdit, edicens

[2] genus sacrificii, in quo adstantibus fiebat creanomia, id est, idolothytorū distributio.
[3] Baccho sacratam, ex gētilium ritu, simile vide in libro Schimhonis, qui vulgo dicitur Macbæorum 3. cap. 2. 21. & infrà 14. 33.
d Græc. exiit.
[4] videlicet filio Dorymenis, cujus mētio facta est suprà 4. 45. & sequentibus.
[5] de quo suprà 5. 22.

a Græ. post non multum tēpus.
[1] Atheniēsem legunt Græci libri, quos quidem viderim: sed mea sententia melior est lectio Hieronymi, qui Antiochenum vocat, quū Rex Antiochiæ tam quam in regia civitate habitaret, & cives incolasque illi[9] cùm privilegiis & prærogativis, tum dignitatibus extolleret ac promereretur.
b Græc. sociis
c Gr. sacris ambitibus.

d Græc. hiare
e Gr. tympanū sic vers. 28.
[6] id est, ipse ultrò præiens dux erat tortoribus, ut ad mortem iret. Est autē tympanū instrumentum quo distendebantur fontes, quum erant cædendi aut exanimandi flagris, ut apparet ex fine hujus capitis: quod genus spectat Apostol[9] ad Heb. 11.35. ut optimè in eū locū interpretatur Syrus. Exemplum autem manifestū exstat apud Aristotelem li. 2. Rheroric. fine capitis 6.
[7] i. ita cōtendēs toto corpore ad tormēti locum. ut solēt nautæ qui remulcum agunt: quod significat verbum πτύσσειν; à quo hic aoristus, nō autē à πτύω deducitur.
f Græc. consequenter.

edicens ut citò ad sepulcrum præmitteretur.

24 Non enim hac ætate nostra (*inquit*) dignum est simulare, ut multi juvenes statuētes Elhazarum nonagenarium transivisse ad alienigenarum ritus:

25 Illi quoq; propter simulationem meam, & propter paululam istam & momētaneam vitam seducantur per me, & *g* abominandam maculam senectutis comparem.

g Gr. abominationem & maculam.

26 Etenim si ad præsens extrahar è supplicio humano; at omnipotentis manus, neque vivus neque mortuus effugiturus sum.

27 Quapropter nunc quidem viriliter vitā commutans *morte*, cùm hac senectute dignus videbor,

28 Tū juvenibus exemplū nobile reliquero, ut alacriter & generosè pro gravib⁹ & sanctis legibus honestam mortem oppetant: atq; his dictis ad tormentum confestim venit;

29 Iis à quibus ducebatur, animum illum benevolum quem paulò antè ipsi exhibuerāt in malevolū convertentibus, propter sermones quos antè habuerat; prout ipsi dementiā esse cogitabant.

30 Quum autē plagis moriturus esset, ingemiscens dixit; Domino qui sanctam cognitionem habet manifestum est me, quum potuerim liberari à morte, duros perferre corpore dolores flagellatum, animo verò libenter propter reverentiam ipsius hæc pati.

31 In hunc igitur modum emigravit ille, nō tantùm juvenibus, sed etiam plurimis è gente mortem suam *h* pro exemplo animi generosi & monimento virtutis relinquens.

h Grac. exemplum, &c.

CAPUT VII.

1 Accidit autem etiam fratres septem cū matre prehensos cogi à rege ut illicitis carnibus suillis vescerentur, flagellis cæsos & taureis.

2 Sed unus illorum, qui primus causam dixit, ita loquutus est, quid rogare vis, & discere à nobis? nam parati sumus mori *potiùs*, quàm leges patrias transgredi.

3 Tum excitus furore mandavit rex, ut[1] sartagines & lebetes fervefierent:

[1] Non eas quidē minimas, quę in re culinaria sunt; sed cortinas, & lebetes amplissimos, quales in baphiis sunt, ut in eas cortinas mutila corpora conjicerētur.

4 Quibus repentè fervefactis, ejus qui primus eorum dixerat mandavit præcidi linguā, & cute circū detracta extremos artus resecari, cæteris fratribus & matre unà videntibus:

a Gr. divideret.

5 Deinde eum omnino effectum inutilem jussit ad pyram adduci spirantē, & frigi: quum autem vapor è sartagine admodū se *a* diffunderet, hortabantur alii alios, fratres cū matre, ad generosè obeundam mortem, sic dicētes:

6 Dominus Deus inspicit, & *b* revera[2] de nobis consolationem accepturus est, quēadmodum per canticum, quo in *c* os cōtestabatur declaravit ‖ Mosche, dicens; & de suis servis consolationem accipiet.

b Gr. veritatibus.

[2] id est, injuriam quę nobis fit ulciscens, consolationē accipiet de inimicis suis.

c Gr. faciem.

‖ Deut. 32. 36.

7 Postquàm verò primus migravit hoc modo, secundum duxerunt ad ludibrium; & capitis pellem cum capillis detrahentes interrogaverunt, an comedes priusquàm supplicis membratim afficiatur corpus?

8 Atque hic respondens patria voce dixit, minimè.

9 Quamobrem hic quoque ut primus ille ex ordine tormentum pertulit; quumq; *d* extremum ageret spiritum dixit, tu quidem scelestè ex hac præsente vita nos eximis; verùm rex mūdi nos pro suis legibus mortuos suscitabit in æternam resurrectionem vitæ.

d Gr. in ultimo spiritū existens.

10 Post hunc autē tertius in ludibrium traductus, quum lingua ab ipso posceretur, eam citò protulit, & manus audacter protendit, dixitque generosè;

11 Hæc à Deo cæli possedi, atq; hæc despicio propter ejus leges, ut qui hæc ab ipso spero me de integro reportaturum esse:

12 Adeò ut rex ipse & qui cum eo erant obstupescentes admirarentur adolescentis animum, ut dolores istos nihili faceret:

13 Atque hoc quoq; defuncto, quartum similiter cædentes cruciabant:

14 Qui quum propè esset ut moreretur, sic dixit, optabile est mutari exspectationes quæ sunt ab hominibus, & quæ à Deo sunt exspectare, nos iterum resurrecturos per ipsum: etenim tibi resurrectio ad vitam non erit.

15 Consequenter etiam quintum adductū cædebant, qui respiciens in illum dixit:

16 Potestatem inter homines habens quū sis corruptioni infestus, facis quod vis: verùm ne putes genus nostrum à Deo derelictū esse;

17 Sed tu exspecta, & contemplare magnā ejus potentiam, ut te & semen tuum cruciaturus est.

18 Post hunc adduxerunt sextum, qui quū moritur⁹ esset, dixit, ne erres frustrà; nos enim propter nos ipsos perpetimur hæc, cùm peccaverimus in Deum nostrum; atq; hęc digna admiratione facta sunt:

19 Tu verò ne putes te impunitum fore, qui oppugnare Deum aggressus es.

20 Sed mater supra modū admirabilis *fuit* dignaq; memoriæ optimæ, quæ sub tempus unius diei simul videns perire septem filios, forti animo ferebat, propter spes quas in Domino posuerat:

21 Et unumquemque eorum hortabatur voce patria, generoso animo impleta, fœmineamq; cogitationem masculo animo excitās dicebat eis,

22 [3] Nescio quomodo in meo utero cōparueritis, neque ego spiritum vitamq; sum largita vobis, neq; primariam cujusq; informationem ego coaptavi.

[3] id est, neque rationem teneo, neque facultate prędita sum aut fui unquā gignēdi vos: sic interpretādum ostendunt sequentia, ut Jobi 39. 4. accipitur sciendi verbum.

23 Igitur cōditor ille mundi, qui finxit hominum ortum & omnium naturam invenit, & spiritum & vitam vobis pro misericordia iterum redditurus est, quandoquidem nunc vos ipsos despicitis propter leges ipsius.

24 Antiochus autem putans se contemni & probrosam hanc esse suspicatus vocē, quū adhuc minimus natu superesset, non tantùm sermonibus adhortationem faciebat, verùm etiam juramentis confirmabat se ditaturum simul & beatissimum effecturum illum si traduceretur ab *institutis* patriis, & pro amico habiturum, & negotia concrediturum.

25 Et quia adolescens minimè attendebat, rex accersitam matrem hortabatur ut pueri consultrix pro salute esset;

26 Quæ quum ille multis hortatus esset, recepit se suasuram filio.

27 Tum mater se ad eum inclinās, ludificata crudelem tyrannum patria lingua sic dixit,

28 Fili miserere mei, quæ novem mēses te in utero circumtuli, quæ lactavi te trienniū, quæ educavi te & perduxi ad ętatem hanc usque, & quę molestias educationis pertuli. peto à te, fili, ut respiciens in cęlum & terram, &

videns omnia quæ in eis sunt, agnoscas Deum hæc fecisse ex iis quæ non erant, & humanum genus ita factum esse.

29 Ne timeas carnificem istum; sed esto dignus fratribus tuis, mortemq; suscipe, ut eadē misericordia cum tuis fratribus excipiam te.

30 Hac autem solùm desinēte dixit adolescēs, quę *sunt res quas* exspectatis? nō sum obediturus præcepto regis; sed præcepta legis audio, quę majorib[9] nostris per Moschē data est.

31 Tu autem, qui omnis mali in Hebræos inventor es, nequaquam effugies manus Dei:

32 Nos enim propter nostra ipsorum peccata patimur:

33 Quòd si increpationis ac eruditionis gratia Deus vivens in nos paulisper iratus est, at iterum conciliabitur servis suis.

34 Sed tu, ô impie & omnium hominum flagitiosissime, ne frustra extollaris fremens, & incertis exspectationibus fretus in cęlestes pueros attollens manum.

35 Nondum enim omnipotētis inspectotis Dei judicium effugisti,

36 Etenim jam hi fratres nostri, qui brevē laborem sustinuerūt, divino federi vitę æternæ acciderunt; tu verò judicio Dei, justas pœnas istius superbiæ reportaturus es.

37 Ego autem, sicut fratres illi, & corpus & animam trado pro legibus patriis, invocans Deum ut brevi sit propitius huic genti, [4] utq; tu per quæstiones & flagella ad confitendum adducaris ipsum solum Deum esse:

38 In me verò & fratribus meis sistatur omniporentis ira, quæ in universum genus nostrum justè adducta est.

39 Tunc excitus rex furore, in hunc supra alios pessimè invectus est, acerbè ferēs, quòd ita sannis exagitatus esset.

40 Hic igitur purè migravit *è vita*, omnino confidens in Domino.

41 Denique ultima *e* post filios vitam finivit mater.

42 De viscerationibus igitur, & de *f* immanibus cruciatibus hactenus dictum esto.

[4] respicit ad historiā quæ habetur infrà 9. 11 & sequētibus. De hac autem historia tota plura vide apud Josephum in Oratione de Macbæis, quę dicitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.

[e] *Græ. filiorum*

[f] *Gr. exuedētibus.*

Caput VIII.

1 Ehuda autem Macbęus, & qui erant cum eo latenter proficiscentes in vicos adhortabantur cognatos, & eos qui permanserant in Judaismo assumentes congregaverunt sex virorum millia:

‖ 1. Mac. 3.

2 Et invocarūt Dominum, ut aspiceret populum ab omnibus afflictum, miseraretur tēplum ab hominibus impiis prophanatum.

3 Misertusq; civitatis (quæ & perdita erat, & *a* æquanda solū) inclamantem se *b* occisorum sanguinem exaudiret:

[a] *Gr. futura erat æquū solū.*
[b] *Gr. sanguinū: Hebræismus.*

4 At recordatus illegitimæ perditionis infantium innocentum, & blasphemiarum quę pronunciatæ fuerant in nomen ipsius, odium impuritatis ostenderet.

5 Macbæus autem *c* quum haberet aciem, jamque non poterat à gentibus sustineri, irâ Domini in misericordiam versa,

[c] *Græ: factus in acie conjunctā.*

6 Civitatesq; & vicos ex improviso veniēs succendebat, & commoda loca occupans nō paucos hostium in fugam vertebat.

7 Maximè *d* noctium adjumento ad hujusmodi insidias utebatur, adeò ut sermo quidā de fortitudine ejus ubique personaret.

[d] *Græ. noctes cooperantes capiebat.*

8 Videns verò [1] Philippus brevi hominem ad incrementum pervenisse, & frequentiùs secundis rebus provehi, [2] Ptolemæo Cœles Syriæ & Phœnicię duci scripsit ut succurreret unà negotiis regis.

[1] Ille Phryx, cujus meminit suprà 5. 22

[2] nō filio Dorymenis, dē quo suprà 4. 45. sed Macroni, quem Antiochus Eupator exauctoravit. infrà 10. 12.

9 Ipse verò citò electum Nicanorem filiū Patrocli è summis amicis misit, subjectis ei *militibus* è gentibus omnigenis non pauciori bus vicies mille, ut universum Jehudęorum genus tolleret; & Gorgiam quoque ducem & rerum militarium peritum adjunxit ei.

10 Distulerat autē Nicanor tributum quod rex debebat Romanis, talētorum bis mille, ut ex captiva Jehudæorum turba expleret illud:

11 Et statim ad maritimas civitates miserat, provocans ad emtionem *e* mancipiorum Jehudæorum, & promittens se nonagena mancipia talento addicturum esse; *scilicet* non exspectans consequuturam in ipsum ultionem ab omnipotente.

[e] *Græ. corporū.*

12 Jehudę verò *f* innotuit res de Nicanoris invectione:

[f] *Græ. accidit.*

13 Qui ut communicavit cū suis comitibus advētum illius exercitus, formidolosi *homines* & qui justitiæ Dei diffidebant diffugerunt & se à loco subduxerunt:

14 Alii verò omnia [3] vendebant quę relicta erant, ac simul orabāt Dominum ut liberaret eos qui ab impio Nicanore, antequàm cōgrederentur, fuerant venditi:

[3] nempe ut expeditiores essent, & cōmodiùs in militiam incumberent.

15 Quod si non propter istos facturus esset, at *certè* propter federa ipsius cum majoribus inita, & *g* propterea quòd de venerando & magnifico ejus nomine vocabantur.

[g] *Græ. propter invocationem super ipsos venerandū &c.*

16 Tunc convocatos eos qui aderāt sibi ad sex mille numero Macbæus hortabatur ne propter hostes percellerentur, neq; metuerēt amplam multitudinem gentium injustè ipsos invadentium; sed generosè dimicarent assumentes ante oculos injuriā ab ipsis iniquè in locum sanctum consummatam,

17 Et verberationem civitatis ludibrio expositæ, etiamq; dissolutionem illius acceptæ à majoribus administrationis.

18 Illi etenim armis, inquit, pariter & *h* audaciæ confidunt; nos verò Deo omnipotenti, qui & istos procedentes in nos & mundum totum potest nutu uno dejicere, cōfidimus.

[h] *Gr. audaciā.*

19 Quumq; ampliùs collegisset coram eis & defensiones pro majoribus factas, & ‖ ultionē centum octoginta quinque milliū Sancheribo parētium, quemadmodū periissent,

‖ 2. Reg. 19.

20 Et prælium in Babylonia adversus Galatas, commissum [4] quemadmodum ipsi universè ad operam prestandam venissent octies mille cum quatuor millibus Macedonum, & Macedonibus hæsitantibus ipsi octies mille *numero* centū viginti millia perdidissent propter auxilium ipsis è cælo collatum, & utilitatem magnam accepissent:

[4] hujus Gallorum stragis, sive (ut Livius nominat) Gallogræcorum, tempus mihi quidem non planè cōstat; sed tamē eo tempore factam fuisse conjicimus, quū Brenno duce trajecta Græcia invaserunt Asiam, regnante Seleuco Nicanore, ut narrat Pausanias: qua in victoria res strenuę à Judęis gestæ fuerunt amplissimæ; sed historicorum invidia suppressæ, & Macedonū virtuti attributæ.

21 His rebus fecit ut bono animo essent & parati ad mortē pro legib[9] patriaq; obeundā.

22 Ita quadripartito exercitu facto, cōstituit etiam fratres suos, qui duces ordinis utriusque essent, Schimōnem, & [5] Josephum, & Jonathanem, quorum cuiq; mille quingētos milites subjecit, itemq; Elhazarum:

[5] vide 1 Mac. 2. 5.

23 Et postquam legisset apud illos è sacro libro, tesseramq; dedisset, DEI AUXILIO, ipse primæ aciei dux congressus est cum Nicanore.

[6] symbolum militare, quod posteà literis majusculis potuimus, ut ostēderemus hāc fuisse (ut Vegetius appellat) vocalem tesseram: sic infrà 13. 15.

24 Pugnāte verò ab ipsis omnipotēte, trucidarūt ex hostibus supra novē millia, vulneraruntque

raruntque & mutilarunt membris majorem partem exercitus Nicanoris, & omnes coëgerunt fugere.

25 Pecunias deniq; eorum qui advenerant ad emtionem suam acceperunt; quumq; eos multùm persequuti essent unà, receperunt se hora interclusi:

26 Erat enim pridie sabbathi, quã ob causam nõ perstiterunt longiùs in eos incurrere.

27 Sed quum arma eorum collegissent, & spolia exuissent hostium, incubuerunt in sabbathum, plurimùm benedicentes & celebrãtes Dominum; qui conservaverat ad diem illum usq; [7] principium misericordiæ quæ denuò stillabat in ipsos.

28 Post sabbathũ autẽ debilitatis, viduisq; & orphanis, ubi partem è spoliis erogassent, reliquas inter se & [8] pueros partiti sunt.

29 Atq; his perfectis, & communi supplicatione facta misericordem Dominum oraverunt, ut ad finem usq; servis suis conciliatus permaneret.

30 Posteà eorũ qui Timotheo & Bacchidi aderant supra viginti millia sustulerunt conjunctis viribus [9] obnixi, & munitiones altas pervaldè obtinuerunt, spoliaq; plura diviserũt, æquis partibus inter ipsos, & debilitatos; orphanosque, & viduas, senesque effectis.

31 Quumque arma eorum collegissent, accuratè omnia cõportarũt in opportuna loca, reliqua verò spolia tulerunt Jeruschalaima.

32 Philarchẽ quoq; qui Timotheo aderat sustulerunt, hominem impurissimum, & qui multas molestias Jehudæis intulerat.

33 Similiter Epinicia in patria celebrantes, Callusthenem (qui sacras portas succenderat) in domunculam quandam sibi consulentem fuga, cremaverunt: itaque digham impietate sua mercedem reportavit.

34 Ille autem [i] sceleratissimus Nicanor, qui mercatores mille ad venditionem Jehudæorum adduxerat,

35 Depressus ab iis qui [k] judicio ipsius minimi esse videbantur, auxilio Domini; gloriosa veste posita per Mediterraneum *mare* tamquam mancipium se solitarium subtrahens; venit Antiochiam, [10] supra omnes secundis rebus usus, in exercitus sui interitu:

36 Et qui receperat tributũ Romanis persolvẽdum, ex captivitate eorum qui erant Jeruschalaimis, [l] confectũ iri, renunciavit Jehudęos habere propugnatorem Deum, atq; hoc modo inviolatos à vulneribus esse Jehudæos, quia legibus ab eo mandatis obsequantur.

[7] nam illa prioribus calamitatibus quasi rescissa videbatur: ut dictum est supra 7.33. & 37

[8] i. milites, qui imperio ipsius paruerant, ut Gen. 14.24. hujus autem rei legem vide 1. Schem. 30 22. & sequentibus: sic infra vers. 30.

[9] metaphora elegans ab ædibus, quarũ structura statuminatur anteridibus, ut Vitrũvius nominat.

[i] Gr. ter sceleratus.

[k] Gr. secũdum ipsum.

[10] id est, hac una re felicior suo milite, quòd incolumis toto exercitu profligato potuerat effugere.

[l] Græ. erectum.

CAPUT IX.

[1] ‖ SUb tempus autem illud Antiochus se ignominiosè è regionibus Persicis receperat.

2 Nam ingressus urbẽ Persepolim nomine tentavit sacrilegium committere, & civitatẽ obtinere; ideo irruentibus turbis ad armorũ subsidium in fugam versi sunt, unde evenit ut fugatus ab indigenis Antiochus *a* turpiter referret gradum.

3 Quum autem esset ad [2] Ecbatana, perlatę sunt ad eum res Nicanori Timotheoq; factæ.

4 Itaq; furore percitus arbitrabatur se eriã eorum à quibus fugatus fuerat malũ in Jehudæos retorsurum: ac propterea aurigam jussit indesinenter pergentẽ profectionẽ perficere; ut judicium è cælo jam instabat ipsi. sic enim superbè dicebat, cœmeterium Jehudæorum efficiam jeruschalaimã, quum illuc venero.

5 Omnipotens autem Dominus Deus Jisraelis incurabili, nec aspectabili plagã percussit eum; utq; solummodò finiebat sermonem illum, occupavit illum immedicabilis viscerũ dolor, & acerba interaneorum tormenta;

6 Omnino justè, qui per multas & insolentes calamitates aliorum viscera tormentis affecerat.

7 Hic verò nequaquam à jactantia desinebat; sed adhuc etiam implebatur superbia, ignem spirãs animis contra Jehudæos, & profectionem *c* accelerari jubens; sed contigit etiam, ut ipse decideret de curru qui agebatur impetu, decidentiq; gravi casu omnia corporis membra ex eo torquerentur.

8 Atq; hic qui modò videbatur maris fluctibus imperare, propter arrogantiam qua supra *d* humanum modum agebatur, & arbitratus statera se montes altissimos appensurum esse dum in terra erat, gestatorio portabatur, manifestam Dei potentiam in se demonstrans;

9 Adeò ut etiã de corpore illius impii erũperẽt vermes vivi, & illius in doloribus angoribusq; vivẽtis carnes deciderent, & ex odore ejus totus exercitus gravaretur putorẽ *ferre*.

10 Ita hominem qui paulo antè videbatur cæli astra cõtingere, nemo exportare poterat propter intolerabilem illã odoris gravitatẽ.

11 Hic igitur cœpit vulneratus à multitudine superbię desinere, & divino flagello venire ad agnitionem sui, *e* momentis singulis gravius affectus angoribus.

12 Quumq; ne suũ quidem odorem posset perferre, hæc dixit, justum *est* Deo subjici, eũque qui mortalis est res Deo pares minimè sapere.

13 Et orabat scelestus ille Dominum, qui jã non erat ampliùs misericordiam ipsius, sic dicẽs,

14 Se tum civitatem sanctam (ad quam venire festinabat ut æquaret solo & cœmeteriũ efficeret) liberam designaturum;

15 Tum Jehudęos omnes (quos decreverat ne sepultura quidem dignari, sed ejicere devorãdos avibus cum feris parvulis) eos æquales [3] Antiochenis effecturum;

16 Quòd autem priùs spoliaverat sanctum templum, elegantissimis donariis ornaturũ, & sancta vasa omnia quàm plurimùm aucta redditurum, & cõvenientes ad sacrificia sumtus ex reditibus propriis suppeditaturum;

17 Præterea etiam se fore Jehudæũ, & aditurum omnem locum habitabilem annunciantem robur Dei.

18 Sed quum nequaquam laboriosi dolores desinerent (nam supervenerat ei justum judicium Dei) de rebus suis desperans scripsit ad Jehudæos sequentes litteras, habentes formam deprecationis, *f* hoc modo:

19 Bonis Jehudæis [4] civibus salutem plurimam & valetudinem ac prosperitatem rex & dux Antiochus.

20 Si valetis cum liberis vestris & res vestræ sunt vobis ex sententia, [5] in *g* Deo cæli spẽ habenti mihi honorem vestrum & benevolentiam pergratum fuerit recordari.

21 Rediẽs è regionibus Persidis & in difficilem infirmitatem incidens necessariũ duxi curare communem securitatem omnium;

22 Nõ desperans de me ipso, sed spẽ magnã

[1] Confer hunc locum cũ eo qui habetur suprà 1.13. & sequentibus: qua ex comparatione nemo non visurus est aut sui oblitum auctorem esse, aut certe impudentem aliquem rhapsodum primũ caput & secũdi partem, maxima cum injuria in librum istum intulisse.

‖ 1. Mach. 6. 1.

[2] Græc. inhonestam reversionem faceret.

[a] vide Tobiti 3.7.

[b] Græc. accideranr.

[c] Græ. acceleraret.

[d] Gr. hominum.

[e] Græ. per punctũ temporis.

[f] vulgò legitur Athenienses, eodem errore quem annotavimus suprà 6.1.

[f] Græ. continentes verò sic.

[4] nempe Antiochenis ex dono regis, ut vovisse dicitur vers. 15.

[5] q.d. is mihi qui in Deum credo, nunciusfuerit gratissimus, si cognovero cùm res vobis honorificè succedere, tũ animos bene affectos erga me.

[g] Græc. cælo.

habens fore vt infirmitatem hanc effugiam.

23 Considerans autem [6] patrem quoque meum, quibus temporibus in has superiores partes duxit exercitum, designasse eum qui sibi succederet:

24 Ut [7] si quid præter opinionem eveniret, aut etiam aliquid grave pronunciaretur, scientes regionis incolæ cui rerum summa relicta esset, non turbarentur de eo:

25 Præterea cogitãs adjacentes magnates, & vicinos regno tempora observare, & exspectare quid eventurum sit; designavimus filiũ [8] Antiochum regem, quem sæpius accurrens in has superiores Satrapias, apud plurimos vestrum deponens commendabam, & scripsi ad eum quæ huic scripto subjecta sunt.

26 Hortor igitur vos & peto, ut memores beneficiorum publicè privatimq; observetis quisq; benevolentiam qua estis in me ac filiũ.

27 Nam persuasus sum ipsum æquè & humanè sequentem propositum consilium meum, vobis obsecundaturum.

28 Iste igitur homicida & blasphemus quũ res pessimas perpessus esset, prout alios exceperat, peregrinus in mõtanis miserrima morte vitam commutavit.

29 Exportavit verò corpus Philippus, qui fuerat cum ipso educatus, qui etiam metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometora in Ægyptum delatus est.

Caput. X.

1 ‖ Macbęus autem & qui erant cum ipso, Domino *a* duce & templum civitatẽque receperunt,

2 Et aras quæ per forum ab alienigenis fuerant exstructę, etiamq; delubra demoliti sunt,

3 Et purgato templo alterum fecerũt altare; quumque *b* lapidibus attritis ignem ex eis accepissent, obtulerunt sacrificium post tempus biennii, & suffitum, lucernasq;, & panem propositionum curaverunt.

4 Quibus factis rogaverunt Dominũ procidentes *c* proni, ne ampliùs in ejusmodi mala inciderent; sed si quando etiam peccarent, ex æquitate ab ipso erudirentur, ac non blasphemis barbarisque gentibus traderentur.

5 Quo autem die templum ab alienigenis fuerat pollutum, evenit eo ipso die purificationem fieri templi, die vigesimo quinto mẽsis Cislevi:

6 Quo cum lætitia agitaverũt diebus octo formam festi tabernaculorum, recordãtes ut paulo antè tempore per tabernaculorum festum in montibus & in speluncis fuerant ferarum modo solitarii:

7 Quapropter thyrsos, & ramos speciosos, etiamq; palmas habentes, hymnos efferebãt ei qui prosperum successum tribuerat ad purificandum locum suum:

8 Decreveruntq; communi mandato & decreto in tota Jehudæorum gente, ut hi dies quotannis celebrarentur.

9 Ac finis quidem Antiochi, qui Epiphanes cognominabatur, ita se habuit.

10 Nunc verò res ipsas quoq; tempore Eupatoris Antiochi (qui filius erat illius impii) factas declarabimus, contrahentes ea mala quæ à bellis continua acciderunt.

11 [1] Hic enim suscepto regno designavit, qui negotiis præesset, Lysiam quemdã, & qui dux esset primatius Cœles Syrię & Phœniciæ.

12 Ptolemęus enim qui vocabatur [2] Macrõ, pluris faciens ut erga Jehudæos jus conservaret, propter injuriam quæ ipsis facta fuerat, res illorum conabatur cum pace transigere.

13 Unde apud Eupatorẽ ab amicis accusatus, & frequẽter proditor appellatus, eò quòd Cyprum fidei suæ commissam habẽs à Philometore reliquisset, & ad Antiochum Epiphanem recessisset, neq; nobilem potestatẽ usq; adeò generosè administravisset, hausto veneno decessit de vita.

14 Gorgias verò dux horum locorũ factus, militem alebat exterum, & quotidie contra Jehudæos fovebat bellum:

15 Et huic cõjuncti etiam Edomæi opportunas munitiones obtinentes exercebant Jehudæos; profugosq; Jeruschalaimis excipientes, bellum fovere aggrediebantur.

16 Quamobrem ii qui Macbæo aderant, quũ factis precibus postulassent à Deo ut sibi adjutor esset, in Edomęorum munitiones fecerunt impetum.

17 In quas ubi fortiter incurrissent, compotes locorum facti sunt; & cùm omnes ulti sunt qui in muro pugnabant, tum occurrentes jugularunt, sustuleruntque è medio non minus viginti millibus.

18 Quum enim confugissent novem millia minimùm, in duas turres potentes pervaldè, quæ habebant omnia ad obsidionem *ferẽdã* necessaria.

19 Macbæus ipse ad urgentia loca seorsim abiit, relictis Schimhone, & [3] Josepho, atque etiam Zaccæo, multisq; cum ipso ad obsidionem illorum.

20 Qui autem Schimhoni aderãt, pecuniæ avidi, à quibusdã qui erãt in turribus pecunia corrupti sunt, & septuaginta drachmarũ millibus acceptis, siverunt quosdam diffluere.

21 Quod factum ut Macbæo renunciatum est, congregavit ductores populi, & accusavit quòd pecunia vendidissent fratres, quũ hostes adversus eos dimiserant.

22 Itaq; hos proditores *d* evictos interfecit, & repentè turres illas duas occupavit,

23 Armisque quæ in manibus ipsius erant utens ad omnia prosperè, perdidit in duabus illis munitionibus [4] ampliùs vicies mille.

24 ‖ Timothe [9] autẽ, qui priùs fuerat à Jehudæis victus, cõgregatis exteris copiis quã plurimis, & equitibus nõ paucis ex Asia collectis adveniebat, tamquã armis Jehudęã receptur [9]:

25 Qui verò Macbæo aderant, ipso unà accedente ad supplicandum Deo,

26 Terra aspergentes capita, & lumbos ciliciis accingentes, procidentesq; in solũ quod est è regione altaris, petiverunt ut propitius ipsis factus exerceret inimicitias contra inimicos ipsorum, ‖ & adversantibus adversaretur, prout declarat lex:

27 Deindè oratione perfuncti, assumtis armis processerunt è civitate plurimùm; quumque ad hostes appropinquassent, *e* resederũt.

28 Simul ac autem diffusus est ortus *solis*, utriq; congressi sunt: hi quidem sponsorẽ habẽtes prosperitatis ac victoriæ virtute cõjunctæ perfugium suum ad Dominum; illi verò ex adverso ducem certaminum cõstituentes animum.

29 Dum autem vehemẽs committebatur pugna, apparuerunt adversariis è cælo, insidẽtes equis frenatis auro, viri quinque illustres, & duces Jehudæorum duo.

30 Qui

[6] nempe Antiochũ Magnum, qui Seleucum Philopatorẽ substituerat in expeditionẽ proficiscẽs; ut moris erat regibus.

[7] i. aut clades, aut mors: euphemismus apud bonos auctores frequens.

[8] qui Eupator dictus est, infrà 10. 10.

[1] Confer hæc cum 1. Mac. 6 17. Ex qua cõparatione tũ hujus loci, tũ aliorum mẽdacia sunt evidentissima.

[2] distinctionis ergò, ne confundatur cum filio Dorymenis, de quo 1. Mac. 3. 38. & alibi. Videtur autẽ hoc nomen Macron opprobrii causa ab aulicis fuisse impositũ, quasi venditorem dicas, quod sequens versus innuit.

[3] vide 1. Mac 2. 2. & 5.

[4] repetitio est ejus quod dictum fuerat vers. 17. ut intelligamus priore illo impetu occubuisse undecim millia; hoc autẽ posteriore ea novem millia, quę in turres confugerant, suprà 18.

[9] sup. 8.

‖ Levit. 26.

a Græ. ante ducente ipsos.

b Græ. igne factus.

c Gr. in ventrẽ.

d Gr. factos.

e Græ. in seipsis fuerunt.

30 Qui Macbæum assumentes medium & protegentes omni armatura, quæ super ipsos erat, integrum à vulneribus conservabant: in adversarios verò tela fulguraque ejaculabantur. Quamobrem cõfusi cæcitate concidebãtur, & pleni perturbatione.

31 Itaq; jugulati sunt vicies millequingenti *pedites*, & sexcenti equites.

32 Ipse verò Timotheus confugit Gazara, ut appellatur, in munitum pervaldè præsidiũ; ubi dux erat [1] Chæreas:

[1] frater Timothei, infrà versu 37.

33 Macbæi verò milites alacres præsidium illud obsederunt dies viginti quatuor.

34 Sed quum ii qui intus erant, confusi munitione loci, pervaldè blasphemarent, nefariosque sermones objicerent;

35 Illucescẽte die vigesimo quinto, adolescentes eorum qui Macbæo aderant quidam, inflammati animis propter blasphemias, accedẽtes murum, viriliter feroq; animo obviũ quemque occiderunt.

36 Alii verò similiter cõscendentes in ambitu adversus eos qui intus erant, incenderũt turres, & pyris accensis vivos blasphemos illos cremaverunt.

37 Alii deniq; fregerunt portas, qui receptis intrò reliquis ordinibus, occupaverunt civitatem, & Timotheum in quadam fovea abditum jugulaverunt, fratremq; eius Chæream, & Apollophanem.

38 Quæ quum perfecissent, hymnis & celebrationibus benedixerũt Domino, magnifica beneficentia Jisraëlem prosequẽti; & victoriam danti sibi.

CAPUT XI.

[1] Quam multum narratio hujus capitis distet ab auctore prioris Macbæorũ & à Josepho quoque, res ipsa loquitur. Quamobrem de hac narratione, quemadmodum etiam de aliis, judicium facimus.

1 Post *a* tempus autem paucissimum Lysias procurator regis & cognatus, præfectusq; negotiis, valde graviter ferens ea quæ facta fuerant,

[a] *Gr. post paucum omnino tempus.*

2 Congregatis quasi octoginta millibus, & equitatu universo, adventabat contra Jehudęos; statuens se cùm civitatem effecturum *b* Græcorum habitaculum,

[b] 1. *Mac.* 6. 28. *Gra. Græcũ.*

3 Tum etiam templum ad quæstum pecuniæ accommodaturum, quemadmodum cætera delubra gentium; & venale quotannis redditurum sacerdotium summum:

5 Minimè adhæc considerans potentiam Dei, sed mente captus propter myriadas peditum, & millia equitum, atque elephantes octoginta.

5 Jehudæam itaq; ingressus accessit prope Beth-tzuram, quæ munito agro sita erat distans quasi stadiis quinque Jeruschalaimis, & afflixit eam:

[2] hæc variè possumus interpretari: sed auctorem puto ad Pythagoreã doctrinam respexisse, de bonis & malis angelis singulos prosequentibus: quam doctrinam Jehudæi jam olim acceperunt. Atque hoc pacto videtur auctor innuere, hoc genus orationis per spiritum Dei fuisse factum, ut qui eventũ postulato respondisse doceat versu 8.

6 Sed ubi Macbæi comites perceperunt illum obsidere munitiones suas, ejulatibus & lacrymis supplicaverunt ipsi ac turbæ Dominum, ut [2] bonum angelum mitteret ad salutẽ *præstandam* Jisraeli.

7 Ipse autem Macbęus primus assumtis armis hortatus est alios, ut periculũ secum perferentes, fratribus suis succurrerent:

8 Quamobrem etiam alacriter simul fecerunt impetum. Quum autẽ ibidẽ essent ad Jeruschalaima, apparuit antecedẽs ipsos eques veste alba, armaturam auream commovens:

9 Et simul omnes benedixerũt Deo misericordi, animisq; confirmati sunt, adeò ut nõ solùm homines, sed bestias etiam ferissimas murosq; ferreos parati *c* impetere,

[c] *Gr. vulnerare.*

10 Processerint *d* ordinibus suis adjutorẽ habentes è cælo, miserẽte ipsorum Domino.

[d] *Gr. in dispositione.*

11 Ita leonum more irruentes in hostes, prostraverunt illorũ undecim millia, & mille sexcentos equites.

12 Omnes verò coẽgerunt fugere, quorũ plurimi vulnerati conservati sunt [3] nudi; ipse verò Lysias turpiter fugiens servatus est:

[3] i. nudati armis suis, ut in servitutẽ aut vincula traherentur.

13 Et prout non erat demens, reputans secum damnum quod acceperat, & cogitans invictos esse Hebręos, quibus omnipotens Deus auxilietur,

[e] *Gr. continentes.*

[f] *Græc. quæ ex parte.*

14 Mittens persuasit se cõsentire in omnes *conditiones* justas; & quia etiam ipsius erat ut persuaderet regi, se coacturum ut ipsis amic[g] esset.

[4] sic vulgo quidẽ legitur: sed quum omnia hęc mẽsium nominæ sint Macedonica, utpote regno à Macedonibus constituto; ego Dioscurũ legẽdum puto, qui mensis fuit Macedonum septimus: redintegrandæ arationi commodus: quemadmodũ etiã postea nominatur Xanthicus, qui mẽsis fuit illorum quintus.

15 Annuit itaque Macbæus omnia ad quę Lysias hortabatur, utilitatis curam habens: nã quæcumq; Macbæus tradidit Lysię de scripto pro Jehudæis, ea concessit rex.

[g] *Gr. esse.*

16 Fuerunt enim scriptæ Jehudæis literæ à Lysia quidem *e* hoc modo: Lysias populo Jehudæorum salutem.

[h] *Græc. extra turbam esse.*

17 Jochanan & Abschalom missi à vobis quum tradidissent subscriptum responsum, rogaverunt pro rebus quæ significantur illo.

18 Quæcumque igitur oportuit ad regem perferri, declaravi; quæ verò fieri posse contigit, ille concessit.

19 Si igitur servaverîtis illam in negotia hęc benevolentiam, etiam in reliquum tempus conabor in causa esse ut bonis afficiamini.

20 De rebus autẽ *f* singularibus præcepi & illis & legatis meis, ut colloquantur vobiscũ.

21 Valete. Anno centesimo quadragesimo octavo, die [4] Jovis Corinthii vicesimo quarto.

22 Regis verò literę sic habebãt: Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem.

23 Postquàm pater noster ad Deos migravit, volẽtes incolas regni nostri turbis vacuos *g* incumbere in rerum suarũ procurationem:

24 Quandoquidẽ audimus Jehudæos, qui non acquieverunt mutationi quã fecerat pater ad *ritus* Græcos, sed suam ipsorum institutionem malunt, postulare vt concedantur sibi sui ritus legitimi:

45 Volentes igitur illam quoq; gentẽ *h* vacare turba, judicavimus & templum ipsis restituendum, & administrationem relinquendam secundùm mores qui fuerunt majorum ipsorum tempore.

26 Itaq; benefeceris, si mittẽs ad eos dexteras dederis, ut nostrũ consilium cognoscẽtes & bono animo sint, & suaviter versentur in rerum suarum occupatione.

27 Ad gentem verò, Regis literæ erant hujusmodi: Rex Antiochus senatui Jehudæorũ, Jehudæisq; aliis salutem.

28 Si valetis, erit prout volumus; nos quoque valemus ipsi.

29 Manifestum fecit nobis Menelaus vos [5] velle descẽdere, & rebus propriis incumbere.

30 [6] Iis ergo qui descendunt ad vos usq; ad trigesimum mensis Xanthici, futura est fides cum securitate:

31 Ut Jehudæi utantur suis ipsorum *k* cibis & legibus, quemadmodum etiã prius; & nemo ipsorum ullo pacto afficiatur molestia rerum errore commissarum nomine.

32 Misi autem [7] Menelaum quoque, ut cõsoletur vos.

[i] *Gra. dexteræ.*

[k] *Gr. sumtibus.*

[7] de quo supra 4 & 5 capitibus: nempe ut Jehudæorum animos sollicitaret ad scel[9].

[5] i. desiderare, ut à militaribus incursionibus liberi, non ampliùs cogamini intra muros Jeruschalaimorum & munitionum aliquot vos cõtinere; sed ut per me vobis liceat habitationes vestras singulis repetere, & agros colere. Sic accipiendum, ostẽditur infrà 12. 1.

[6] sensus est, quum postulaveritis ut vobis liceat agros vestros colere, nondum tamen bene constituta pace; placuit nobis, legatis vestris, qui ad vos profecturi sunt fidem dari, nihil intra dies quindecim injuriq vobis factum iri, sed omnia vobis esse integra, donec intra illud tẽpus reversi à vobis cum mandatis vestris, conventionis leges à me acceperint.

33 Valete. anno centesimo quadragesimo octavo, decimo quinto Xanthici.

34 Miserunt quoque Romani ad eos literas ita habentes: Quintus Memmius, Titus Manlius legati Romanorum, populo Jehudæorum salutem.

35 Quibus in rebus Lysias cognatus regis concessit vobis, nos etiam comprobamus:

36 Quę autem judicauit ad regem referēda esse, mittite cōfestim aliquē qui de iis prospiciat, ut exponam[a] quemadmodū cōvenerit vobis: nos enim provehimur Antiochiam.

37 Ideoque festinate & mittite aliquos, ut nos etiam cognoscamus qua sitis sententia.

38 Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, die Xanthici decimo quinto.

Caput XII.

1 Mac. 5. 1 ‖ Factis autem his conventionibus, Lysias quidem ad regem abiit; Jehudęi verò in agricultura versati sunt:

2 Sed ex ducibus qui in locis illis erant, Timotheus & Apollonius Gennæi filius, itēq; Hieronymus, & Demophoon, ac præterea Nicanor præfectus Cypri non sinebant eos cōsistere, & negotia quiete conjuncta agere.

3 Joppenses quoque hoc tam impium facinus consummaverunt, quòd hortati Jehudęos qui secū habitabāt ut cū uxoribus liberisq; in scaphas à se comparatas cōscenderent, quasi nulla adfuisset contra eos animorū diritas;

4 Quum illi ex communi civitatis decreto accepissent legem, ut pacem colere volentes & nullam habentes suspicionem; submerserunt eos scaphis in altum provectos, qui ducentis non erant pauciores.

5 Itaq; postquam accepisset Jehuda factam in gentiles suos crudelitatem, [1] denunciavit iis viris qui erant secum,

[1] id est, ad arma convolari jussit.

6 Et invocato justo judice Deo adveniens contra homicidas fratrum, & portum incendit noctu, & scaphas concremavit, & cōfodit eos qui illuc confugerant:

7 Quumq; locus circumclusus esset, recessit ut venturus denuò, & universam Joppensium rempublicam eradicaturus.

8 Accipiens quoq; Jamniensis etiam velle [a] idem perficere in Jehudæos inquilinos,

[a] Græc. eodem modo.

9 Invadēs Jamniensis nocte succēdit portum cum classe, adeò ut splendores flammæ apparerent Jeruschalaima usq;, quum distent stadiis ducentis quadraginta.

10 Atq; inde provecti novem stadia, quum instituerent profectionem cōtra Timotheū, irruerunt Arabes in eum nō pauciores quinquies mille *peditibus*, & quingentis equitibus.

11 Ubi commissa valida pugna, & militibus Jehudæ propter auxiliū Dei prosperantibus, superati Arabes Nomades postulaverunt Jehudam sibi dexteram dare, promittentes se & daturos pecora, & reliquis in rebus fore ipsis adjumento.

[2] hæc illa videtur esse, quę apud filios Hakanis fuisse dicitur, 1. Mac. 5. 4. & sequentibus. Nā cætera quæ hoc capite narrantur ad illam historiā pertinent; sed ita ut narratione illa hāc ferè totam labefactari oporteat: tam malè huic cū illo, cū Josepho, & cum historicis aliis convenit.

12 Jehuda verò arbitratus eos revera multis in rebus futuros utiles, concessit pacem fieri cum illis; qui acceptis dexteris in tentoria sua discesserunt.

13 Aggressus quoq; est civitatem quamdā ponte munitam, & muris circumseptam, & promiscuis gentibus habitatam, cui nomen erat [2] Caspin:

14 Sed quum ii qūi intus erant confidentes murorum munitione, & cibariorū apparatu, remissiùs agerent, milites Jehudæ petētes cōviciis, prætereaque blasphemantes & dicētes quæ nefas *erat proloqui*;

15 Milites Jehudæ postquàm invocassent magnum mūdi principem, qui sine arietibus & machinis organicis præcipitaverat muros Jerichuntis tēporibus Jehoschuhæ, irruerunt ferociter in murum,

16 Et occupata civitate per voluntatē Dei, cædes quæ dici nō possent perfecerunt, adeò ut adjacēs [3] lacus, qui in latitudinem capiebat duo stadia, perfusus sanguine plen[a] videretur.

17 Inde verò profecti stadia septingenta quinquaginta, pervenerūt in [4] Characem ad eos qui [5] Tobiani Jehudæi dicebantur.

18 Ac Timotheum quidem in locis illis nō comprehenderunt, qui tū re infecta ab iis locis discesserat, sed præsidium in quodā loco, ac valdè firmum reliquerat.

19 Dositheus autē & Sosipater ex ducibus qui Macbæo aderant, progressi perdiderunt eos qui à Timotheo in illa munitione relicti fuerant, plures decem mille viris.

20 Macbæus verò disposito per cohortes exercitu præfecit eos cohortibus, & in Timotheū irruit habentē secum cētum viginti millia peditum, & bis mille quingentos equites.

21 Sed cognoscens adventū Jehudę Timotheus ante dimiserat uxores liberosque & apparatum reliquū in locū qui dicebatur [6] Carnion: erat enim locus difficilis obsessu & aditu propter locorum omnium angustiam.

22 Quumque apparuisset cohors Jehudæ prima, invadentes hostes metu, & timore ex apparitione ejus qui omnia inspicit *b* pervadente eos, in fugam eruperūt, alii delati aliò; adeò ut sæpe læderentur à suis, & gladiorum mucronibus configerentur.

23 Itaque *c* persequutioni instans maxima contentione Jehuda, confodiensque miseros perdidit ad triginta virorum millia:

24 Et ipse Timothe[a] in Dositheū Sosipatrumq; incidens, postulavit cū multis veteratoriis artibus, ut se vivū dimitterent, eò quòd multorū & parētes & fratres haberet, [7] quorū alioqui futurū esset ut nulla ratio haberetur:

25 Quumq; fidem dedisset ille multis se eos illęsos restituturum, dimiserunt eum propter salutem suorum fratrum.

26 Progressus verò *Jehuda* contra Carnion & [8] Atergation, jugulavit hominum viginti quinque millia.

27 Postquorum fugā perditionemq; castra etiā fecit contra [9] Hephron civitatē munitā, in qua omnium nationum turbę habitabant, & adolescentes robusti ad muros constituti robustè propugnabant; ubi denique machinarum telorumq; multi apparatus erant.

28 Sed invocato principe qui *d* potēter cōterit vires hostium, civitatem occupantes sub jugum miserūt eam, prostraveruntq; eorum qui intus erant viginti quinque millia.

29 Posteà moventes inde irruerunt contra Scythopolim, distantem Jeruschalaimis stadiis sexcentis:

30 Sed Jehudæis qui consistebāt illic de iis testantibus qua benevolentia Scythopolitæ in eos usi essent, & quàm benigna conversatione adversis temporibus,

31 Gratias agentes eis hortati sunt, ut in reliquum temp[a] erga gentē benigni essent, veneruntq.

[1] qui ex variis fontibus eodē loco salientibus cōficitur: unde etiam putei filiorū Hakanis appellāturDeut. 10. 6.

[4] opidum Arabiæ petrææ, quod Ptolemæus Characmobam vocat, mea sententia, pro Charace Tobiana prout hoc loco appellatur.

[5] vid. 1. Mac. 5. 13. Hi autem Jehudæi propter historiā dicebantur, quæ est Judicum. 11.

[6] legendum Karnaijma ex 1. Mac. 5. 26. & 43. & 44. Sed hic tàm benè locorū expressit nomina, quàm veritatem rerū, vide in Gen. 14. 5.

[b] *Græ. facto sup per eos.*

[c] *Græ. faciens persequutionē contentius.*

[7] id est, qui omnes, nisi vitę suæ consulatur, perituri sint nec miserrima.

[8] nomen est fani, in quod Karnaijmorū habitatores confugerunt, ut narratur 1. Mac. 5. 43. Dicitur autem Atergation à portentosa Dea, ut Plinius loquitur, quæ profanis scriptoribus dicitur Atergatis, sive Derceto, corrupta voce pro Adarceto, sive Darceto sermone Syro; quam illi ita colebant ut Latini Opē sive Tellurem Deā, quæ calcatur hominū pedib[a] unde Syra est appellatio.

[9] vide 1. Mac. 5. 46.

[d] *Græ. cum potentia.*

neruntq; Jeruschalaima, quum jam propinquus esset festus [10] septimanarum dies.

32 Post pẽtecosten verò, quemadmodum appellatur, impetum fecerunt in Gorgiam ducem Edomææ:

33 Processeruntq; cum peditum ter mille, & quadringentorum equitum comitatu.

34 Dum autem in illum pugnarent, evenit ut pauci ex Jehudæis ceciderint.

35 Dositheus verò quidam eques ex turma Bakenoris, vir potens, quũ teneret Gorgiã & captũ chlamyde fortiter eũ abduceret, volens exsecrabilem illum vivum cõprehendere, delatus in eum quidam Thrax eques humerum amputavit ei; sic Gorgias effugit [11] Mareschã.

36 Ut autẽ ii qui obsidebant [12] Esdrin ampliùs pugnantes fatigabantur, invocans Jehuda Dominum, ut appareret adjutor & dux antecessor belli,

37 Et incipiens sermone patrio clamorem hymnis conjunctum, aggressus est ex improviso milites Gorgiæ, eosq; in fugam vertit.

38 Tum Jehuda recipiens exercitũ venit in civitatem Hadullamum, ubi superveniente die septimo pro more purificati sabbathum transegerunt:

39 Postridie verò venerunt milites Jehudę secundùm tempus illud [13] quo ministerium hoc fiebat, ut corpora eorum qui antè occubuerant efferrent, & cum cognatis in patriis sepulcris reponerent.

40 Invenerunt autem sub tunicis cujusque eorum qui erant mortui res sacratas idolis Jamniẽsibus, [14] à quibus lex Jehudęos averterat; adeò ut omnibus fieret manifestũ, istos propter hanc causam cecidisse.

41 Omnes itaque benedicentes operibus Domini justi judicis, qui res occultas manifestas facit,

42 Ad supplicationem conversi sunt, oraveruntq; ut commissum istud peccatum perfectè [15] deleretur: & generosus Jehuda hortatus est multitudinem, ut cõservarent se ipsos integros à peccatis, cùm *e* ante oculos suos viderint ea quę facta sunt propter istorum peccatum qui ceciderant.

43 Deinde quum ex capitatione confecisset ad drachmas bis mille argenti, misit Jeruschalaima, ut offerretur sacrificium pro peccato; [16] valdè bene & honestè faciens quòd de resurrectione cogitaret:

44 (Nam si eorum qui antè ceciderant, resurrectionem non exspectavisset, superfluũ & delirum fuisset orare pro mortuis)

45 Deinde quòd prospexit iis qui piè occũbunt optimam repositam esse gratiam.

46 Sancta & pia cogitatio, ex qua pro mortuis expiationẽ fecit, ut à peccato soluti essẽt.

CAPUT XIII.

1 ANno aũt cẽtesimo quadragesimo nono *a* perlatũ est ad Jehudã, Antiochũ Eupatorem cum copiis contra Jehudęã adventare,

2 Et cum eo Lysiam procuratorem, & unũquemq; præfectum negotiis habẽtem copias [1] Græcas peditũ cẽties decies mille, & equites quinquies mille trecentos, elephantesq; viginti duos, & falcatos currus trecentos:

3 Quibus se immiscuerat etiã [2] Menelaus hortatus [3] cum ludibrio multo Antiochũ, nõ de patriæ salute cogitans; sed ut in principatu constitueretur.

4 Verùm Rex regum Antiochi animum adversus istum sceleratum excitavit; & quum ostendisset Lysias hũc causam esse malorum omnium, mandavit (ut moris est) *satellitibus*, ut abducentes eum [4] Beream in eodem loco perderent.

5 Est autem in eo loco turris cubitos quinquaginta alta plena cinere, quæ instrumentũ habebat versatile undequaque præceps in cinerem:

6 Ibi reum istum sacrilegii, & qui etiã aliis quibusdam malis perpetrandis excelluerat, omnes in exitium impulerunt.

7 Hac nece contigit iniquum istum mori Menelaum, ac ne terram quidem obtinere.

8 Omnino justè; nam quandoquidem cõsummaverat multa peccata circum altare, cujus ignis & cinis erat castus, in cinere mortem reportavit.

9 Rex cęterũ cogitationib⁹ efferat⁹ veniebat, designatur⁹ cõtra Jehudęos res pessimas, quæ unquam fuissent factæ patris sui tẽpore.

10 Sed quũ Jehuda percepisset ista, denunciavit multitudini, ut dies noctesq; invocaret dominum, si quando aliâs, nũc etiam succurreret iis, qui propè erant ut lege, & patria, & templo sancto privarentur;

11 Et populum qui jam paulisper respiraverat, non sineret infamibus gentibus subjici.

12 Quum itaq; omnes simul idem facerẽt, & orarẽt misericordem Dominum cum fletu ac jejuniis tres dies indefinẽter prostrati, hortatus eos Jehuda jussit venire *ad se*:

13 Et *b* seorsim cum Senioribus exsistens consilium iniit, ut antequam invaderet exercitus regis Jehudæam, compotesq; fierent civitatis, ipsi procedentes, de summa rerum ope Domini decernerent *prælio*.

14 Ita procuratione tradita creatori mũdi, hortatus est qui secum erant, ut generosè ad mortem usque contenderent pro legibus tẽpli, civitatis, patriæ, & reipublicæ, & circum Moddinas castra fecit.

15 Deinde data suis [5] tessera, DEI VICTORIÆ, cum juvenib⁹ optimis delectis invadẽs noctu castra ad aulam regiam; sustulit quasi bis mille viros; & elephantum qui primas tenebat, cum multitudine impositam ipsi domum habitante, [6] adjecit illis.

16 Deniq; postquam metu & perturbatione implevissent castra, prosperè discesserunt.

17 Hoc autem factum fuerat quum jã dies illucesceret, propter protectionem Domini, quæ supernè defendebat ipsum.

18 Rex autem ut percepit gustũ Jehudæorum audaciæ, loca tentavit artibus.

19 [7] Quumque ad Beth-tzuram munitum Jehudæorum præsidium accederet, in fugam vertebatur, offendebat, minuebatur:

20 Jehuda verò ad eos qui intus erant, mittebat res necessarias.

21 Quarũ rerũ arcana hostibus renunciavit Rhodocus è Jehudæorum exercitu; sed quæstione habita prehensus atq; conclusus est.

22 Tũ rex secundò cũ Bethtzuranis sermonẽ habuit, dexteram dedit, accepit, abiit; congressus est cum Jehudæ copiis, inferior fuit.

23 Ut autem accepit desciviſse Philippum, qui relictus fuerat Antiochię gerendis negotiis, confusus est, Jehudęosq; hortatus submisit se ipsum, & juravit in omnes justas leges: reconciliatusq; sacrificium obtulit, templum honoravit, & locum [8] humaniter coluit.

[10] id est, pentecoste, ut exponitur sequentè vers. sic Deut. 16. 10.

[11] de qua 1. Chron. 2. 42. & 2. Chron. 11. 8. & 14. 9.

[12] i. Schaharajima; sed hic corrupta est appellatio vide 1. Macb. 5. 66.

[13] i. quum primùm transacto sabbatho licuit recognoscendis mortuis incumbere, & justa eorum facere; quod nefas erat sabbatho.

[14] i. quæ res erant interdictę & devotę anathemati ex lege.

[15] ac proinde superstitibus non esset damno.

[d] Gr. sub aspectum.

[16] hic interpres judiciũ suũ pro more interponit, adeò peritus legis ut sacrificia pro iis oblata fuisse putaverit qui se polluerant anathemate: quod planè adversatur legi.

[a] Gra. accepit.

[1] id est, ex alienigenis, prout jã sæpe diximus.

[2] de quo sup. 4. & 5. cap.

[3] quo gentem suam nefariè traducebat.

[4] de qua 1. Mac. 7. 19. & 9. 4. nos enim similem locũ 1. Macb. 7. ex Josepho emẽdavim⁹, & quæcũq; hic de turri illa prædicantur, ea nos cũ fovea fuisse cõjuncta statuim⁹. Est enim πύργος non tantùm elata turris, sed etiã omnis structura instar turris, ut est porta cum fastigiato tympano & acroteriis, ut infrà 14. 41. sive edita, sive in terrã depressa; atque custodia omnis, ut Phavorin⁹ explicat.

[b] Gra. per se.

[5] vide sup. 23.

[6] i. prostravit æque atq; illos bis mille.

[7] historię hujus vanitatem qui volet cognoscere, cõparet cum Mac. 6. 31. & sequentibus; & cum Joseph. historia. Nam qui hæc scripsit, in eo tantùm laboravit, ut miracula, & victorias, quo jure, quave injuria prędicaret. Quod itaq; hic præter morem συντομεῖ, optimo jure facit, ut breviora sint mendacia,

[8] scilicet quũ mandatũ dedit ut murus everteretur circumquaq; 1. Mac. 6. 62.

24 Macbæũ etiã amplexatus reliquit ducẽ à Ptolemaide usq; ad[9] Gerrenos *e* maximum.

25 Inde veniẽte illo Ptolemaida, quũ graviter ferrent Ptolemenses cõventiones illas (nam indignabãtur[10] eò quòd voluissent Jehudæi conditiones irritas facere)

26 Venit in tribunal Lysias, defendit rem commodè, persuasit, sedavit, & effecit benevolos, deinde jungens Antiochiam reversus est: ita successit profectio & reversio regis.

[9] i. à summis finibus Jistrelitarũ ad imos usque Ægypti & Pelischthææ ubi est Gerrũ mons ad Pelusium in finibus Ægypti situs, Ptolemæo teste.

[10] *Gr. ducalem* paralepsis est in his verbis. q.d. eò quòd quum Jehudæi tanta rebellione se gessissent in regem, rex tamen ipsorum conditionibus constituisset pacem: quod & rege indignum, & sibi incommodum esse cogitabant.

Caput XIIII.

1 Post tempus autẽ triennii, perlatum est ad Jehudam Demetrium Seleuci filium per Tripolitanum portum navigio advenisse cum multitudine valida & classe:

2 Et occupasse regionẽ, postquam Antiochum & procuratorẽ ejus Lysiam sustulisset.

3 Alcimus autem quidam (qui antè fuerat Sacerdos summus, sed voluntariè inquinatus *a* confusionis temporibus) quum reputaret nulla ratione sibi salutem esse, neque ampliùs accessum ad sanctum altare,

4 Venit ad regem Demetrium anno cẽtesimo quinquagesimo primo, afferẽs ei coronam auream, & palmam, ac prætereà ramos, qui templi esse putabantur; & [1] quietè se continuit die illo.

5 Sed arripiens tempus *b* dementię suę cõmodum, arcessitus in consilium à Demetrio, & interrogatus, quo instituto consilioque Jehudæi constitissent, respondit ad hæc.

6 Qui ex Jehudæis dicuntur [2] Aschidæi, quorum dux est Jehuda Macbæus, bella & seditiones fovent, non sinentes ut regnum bonam constitutionem assequatur.

7 Quamobrẽ ego majorum gloria spoliatus, nẽpe sacerdotio summo, huc nũc adveni;

8 Primùm quidem de rebus ad regem pertinẽtibus *c* optimè cogitans: deinde verò etiam propriis civibus dans operam. Etenim istorum quos modò dixi pravitate rationem aversante, universum genus nostrum nõ mediocres calamitates accipit.

9 Quum autẽ tu, ô rex, singula ista cognoveris; & regioni & obsesso generi nostro, pspice pro ea *d* comi humanitate quam omnibus exhibes.

10 Tãtisper enim dũ Jehuda superest, fieri non potest ut pacẽ negotia hęc consequãtur.

11 Atque hæc postquam ab illo dicta sunt, cõfestim amici reliqui in res *e* Jehudę infensissimi, Demetrium ampliùs accenderunt.

12 Qui statim accersens Nicanorem, qui magister elephantorum erat, & ducem Jehudææ designans eum, misit;

13 Datis literis, ut & Jehudam tolleret, & comites ejus dispergeret, & Alcimum sacerdotem summum templi maximi cõstituẽret.

14 [3] Gentes verò quæ ex Jehudæa fugerant Jehudam, miscebant se gregatim Nicanori, miserias & casus Jehudæorum putantes fore *f* sibi ipsis felicissimos.

15 Jehudæi autem audito Nicanoris advẽtu & accessione gentium, conspersi terra supplicaverunt ei qui in æternũ cõstituit populum suum, & semper cum illustri apparitione defendit partem suam.

16 [4] Postea præcipiente duce, statim movens inde *exercitus*, cum illis ad vicum Dessau miscuit *pugnam*.

17 Schimhon verò Jehudæ frater cum Nicanore quidem congressus est, sed de repẽtina adversariorum disparitione brevi tempore facta fuit [5] consternatus.

18 Verũtamen audiẽs Nicanor strenuitatẽ qua erat Jehuda, & felicitatẽ in certaminibus *susceptis* pro patria, metuebat *g* armis experiri:

19 Quamobẽ misit Posidonium & Theodorum Matthiamq;, qui darent *h* fidem atq; acciperent.

20 Quibus de rebus quum plurima fuisset deliberatio, & cum turbis dux communicavisset, visa concorde sententia annuerunt conventionibus:

21 Et præstituto die quo privatim *i* unà vẽturi essent, advenienti utriq; sellę positę sunt:

22 (Disposuerat autem Jehuda armatos *homines* paratos opportunis locis, ne fortè ab hostibus repẽtè maleficium existeret) & cõvenientem habuerũt sermonum inter se cõmunicationem.

23 Tum moratus Nicanor Jeruschalaimis, nihil fecit absurdi, dimissis turbis gregariis quas antè coëgerat:

24 Sed Jehudam semper ferebat *k* oculis, adeò ex animo in virum hunc *l* propendebat:

25 Eoq; hortante ut ducta uxore liberos gigneret, duxit quiete usus; & communem vitam instituit.

26 Alcimus autem ut vidit unius in alterũ benevolentiã, & conventiones factas, sumtis *comitibus* venit ad Demetrium, & dixit Nicanorem res alienas à negotiis *regis* cogitare: nã *(inquit)* insidiatorem regni ipsius Jehudam successorem designavit.

27 Itaq; rex furore abreptus, & sceleratissimis istius calumniis inflammatus, scripsit Nicanori, cùm se dicens de convẽtionibus graviter ferre, tum jubẽs ut citò Macbæum vinctum mitteret Antiochiam.

28 Quę quum ad Nicanorẽ *m* perlata essent, cõfusus erat, & iniquè ferebat, quòd res compositas irritas factur[9] esset, maximè cùm nullam vir ille fecisset injuriam.

29 Sed quandoquidẽ non erat unde resisteret regi, opportunum tempus observabat, ut stratagemate illud perficeret.

30 Macbæus verò cognoscens Nicanorẽ austeriùs semper agere erga se, & solitam cõversationem agrestiorem exhibere, cogitavit austeritatem istam ex optimo *animo* minimè proficisci; & coacervatis non paucis suorum comitum se à Nicanore occultavit.

31 Alter autem agnoscẽs se generosè à viro stratagemate delusum esse, adveniens ad maximum & sanctum tẽplum, quum sacerdotes cõvenientia offerrent sacrificia, virum imperavit tradi:

32 Illis autem dicentibus cum juramẽto se nescire ubi locorum is sit qui quæritur, protendens dexteram in templum, juravit ista:

33 Nisi vinctum mihi tradatis Jehudã, istud Dei fanum complanabo, & altare suffodiã, & templum hîc illustre [6] Libero patri instituã:

34 Atq; his dictis abiit; sacerdotes verò man[9] in cęlũ protendẽtes eum invocabãt qui semper fuit, ppugnator gẽtis nostræ, dicẽtes ista:

35 Tu Domine universitatis, nullius rei indigens, voluisti templum habitationis tuæ apud nos fieri:

36 Nunc

[1] *Mac. 7.*

[a] *Græ. commissionis.*

[1] id est, nihil primo congressu in gẽtem suã proculit.

[b] *Græ. propriæ dementiæ cooperans.*

[2] vide 1. Mac. 2. 42.

[c] *Gr. germanè*

[d] *Gr. benè occursabili.*

[e] *Græ: dirè habentes contra Jehudam.*

[3] de quibus 1. Macb. 2. 44.

[f] *Græ. proprias felicitates.*

[4] hæc & sequentia ferè omnia (ut in pręcedens caput observavimus) aut 1. Mac. & Josephi auctoritatẽ convellũt, aut illorũ cõtra auctoritate (quod mihi certo videtur certius) convelluntur.

[i] *Græ. in diem.*

[k] *Græ. habebat in facie.*

[l] *Græ. inclinabat.*

[m] *Græ. accidissent.*

[6] qui superstitione maxima colebatur à Syris, ut vidimus sup. 6.

36 Nūc ergo, ô sancte omnis sanctificationis Domine, conserva impollutam in secula hanc domum quæ nuper purificata est.

37 [7] Rezaja autem quidam è senioribus qui erant Jerūschalaimis, vir amans civitatis, & perbene audiens, adeoq; propter benevolentiam Jehudæorum pater appellatus, ad Nicanorem delatus est.

38 Hic enim antegressis temporibus judicium continentiæ in Jehudaismo reportaverat, & corpus animumque pro Jehudaismo cum omni constantia exposuerat.

39 Volens itaque Nicanor diritatem *n* quà in Jehudæos vehebatur manifestò testatam facere, milites ampliùs quingentos misit qui eum comprehenderent:

40 Putabat enim comprehenso illo, se Jehudæis cladem effecturum.

41 Quum autem [8] turbæ occupaturæ turrim vestibuli januam pulsarent vi, & ignem afferri juberent, januasque incendi; denique quum jam penè comprehensus esset, sibi ipsi subjecit gladium,

42 Generosè mori exoptans *potius*, quam sceleratis istis subjici, & indignas generosa cōditione sua contumelias perpeti.

43 Sed quum plagam non intulisset ictu certo, propter contentionis festinationem; turbæ autem illæ intra januas irrumperent; incurrens in murum generosè, se ipsum dedit præcipitem in turbas illas viriliter.

44 Quæ ubi citò retulissent gradū, effecto spatio processit in medium incumbēs ventri;

45 Et quum adhuc spiraret *o* animoque inflammat[9] esset, surgens (quamvis ferretur salientium more sanguis, & gravia essent vulnera) cursu pervasit turbas.

46 Et super quamdam petram præruptam consistens, planè jam exsanguis effectus, protulit intestina, & capiens ambabus manibus, conjecit in turbas: tandemq; invocans eū qui vitæ & spiritus dominium obtinet, ut ea sibi iterum redderet, hoc pacto migravit *è vita*.

[7] historiā hāc ab auctore quidem laudari non miror, tamquam si aliquid præclarū ab hoc homine gestum esset: sed si quis ex veritate judicare velit, nō poterit hoc factum non improbare ex verbo Dei; quemadmodum de hac ipsa hypothesi judicat Augustin[9] optimè in epistol. 61. ad Dulcitium, & libr. 2. contra secundam Gaudentii epistolam, cap. 23. tum etiā universè de thesi lib. 1. de civitate Dei.

[n] *Gr. quā in Jehudæos habebat.*

[8] nempe istorum quingētorum militum: quemadmodum reliquo capite de iisdem intelligenda est hæc appellatio.

[o] *Græc. animis.*

CAPUT XV.

1 NIcanor autē ut percepit Jehudā esse in partibus Schomronis, cōsilium iniit, ut die quietis cū omni cautione eos invaderet.

2 Jehudæis autem, qui [1] ex necessitate eum prosequebantur, dicentibus, nequaquam ita [2] horridè & barbarè perdas illos; sed gloriam tribue diei illi, qui olim *a* sanctè ab eo fuit honoratus qui intuetur omnia:

3 Interrogavit ille sceleratissimus, an esset in cælo princeps, qui præcepisset diem sabbathi celebrari.

4 Quibus respondentibus, Dominum viventem eum principem in cælo esse qui jusserit diem septimum observari:

5 Ego verò, inquit, [3] alter *sum* princeps in terra, qui præcipio capi arma & regis negotia confici: verumtamen non obtinuit ut miserū consilium suum perficeret.

6 Ac Nicanor quidē iste cum omni jactatione cervices efferens, decreverat commune tropæum de Jehuda statuere:

7 Macbæus verò indesinenter confidebat cum omni exspectatione, se defensionē cōsequuturum à Domino:

8 Itaq; hortabatur suos ne formidarent adventum gentium; sed habentes in mente ea auxilia quæ antè fuerant ipsis è cęlo facta, nūc etiam exspectarent victoriam sibi ab omnipotente adfuturam:

9 Et consolabatur eos ex lege & prophetis; & præterea revocans in memoriam ipsis etiam certamina quæ perfecerant, alacriores eos efficiebat, animosq; eorum excitabat.

10 Atq; hic denuncians ista simul ostendebat irrita facta à gentibus federa, juramentorumque transgressionem:

11 Deniq; eorum quemq; nō tam clypeorum lancearumq; munitione armabat, quàm adhortatione sermonibus optimis; ad quos adjiciens somnium fide dignum omneis affecit lætitia summopere.

12 Fuit autem illius visio hujusmodi: Oniā, qui summus sacerdos fuerat; virum *b* optimū, reverendum quidem aspectu; sed moribus mitem, & sermones decenter efferentem, qui deniq; à puero laborem consumserat in reb[9] omnibus quę virtutis sunt propriē; hunc protendentem manus vota fecisse pro toto Jehudæorum cœtu:

13 Deinde eodem modo apparuisse virum canitie & gloria præstantem, cujus admirabilis quædam & decentissima erat circumstans eum excellentia.

14 Tum respondentem Oniam dixisse, hic est amās ille fratrū propheta Dei Jirmeja, qui multis oravit pro populo & civitate sancta.

15 Jirmejam verò protendisse dexteram, & gladium aureum dedisse Jehudæ; quumque daret, pronunciasse ista,

16 Accipe sanctum gladium donum à Deo, quo frangas adversarios.

17 Tum accipientes hortationem ex his Jehudę verbis, bonis planè, quæ juvenum animos & ad virtutem incitare poterant, & viriles efficere; decreverunt nō esse castra metādum, sed generosè irruendum, & congresso toto animo ac virili facto, de rerum summa decertandum, quandoquidem & civitas & locus sanctus & templum periclitabatur:

18 Nam de uxoribus liberisq;, itemq; fratribus, & cognatis periculum minore loco habebatur; sed maximus & primus insidebat eis de templo sanctificato metus.

19 Iis verò qui in civitate detinebātur nō mediocris erat sollicitudo, sed congressus sub dio faciendi cogitatio eos conturbabat.

20 Ut autem omnes jam futurū certamen exspectabāt, & jam miscebāt *prælium* hostes, & acie disposita, & bestiis in opportuna parte cōstitutis, & equitatu ad *c* alas disposito,

21 Conspiciens Macbæus turbarū adventum, & variam armorum apparationē, bestiarumq; ferocitatem, protendit manus in cælū, & mirificum Dominum invocavit, agnoscens nō armis esse; sed prout apud seipsum *Dominus* judicaverit, conficere dignis victoriam.

22 Invocans autem dicebat hoc modo, tu Domine misisti Angelum tuū tempore Chizkię regis Jehudææ, qui sustulit è castris Sancheribi ad centum octoginta quinque millia.

23 Nunc autem, ô princeps cęlorum, mitte bonum Angelum ante nos ad timorem & terrorem;

24 Magnitudine brachii tui percellantur isti, qui cum blasphemia contra sanctum populum tuum advenerunt; atq; his dictis desiit.

25 Qui autem erant à Nicanore cum tubis & pæanibus invehebantur:

[b] *Græc. bellum & bonum: Hellenismus.*

[c] *Gr. cornua.*

[1] id est, coacti.

[2] hæc verba, quibus Jehudæi refringere Nicanoris impetum conabantur, nō spectant indignitatem facti in Jehudam, sed tantùm violati sabbathi; etsi cōsilium erat Jehudęorum, ut religionis specie afferrent moram: quasi dicat, nō decet nos tamquam feras religionis expertes, aut tamquā barbaros, diem sabbathi negligere.

[a] *Gr. cum sanctitate.*

[3] nēpe secundus à rege; nā Dei nulla ratio.

26 Qui verò à Jehuda, cum invocatione & votis *prælium* cum hostibus miscuerunt;

27 Ita manibus quidē pugnantes, sed cordibus orationem fundētes apud Deum, prostraverunt non minus triginta quinque millibus, maximè lætantes hac illustri Dei præsentia.

28 Ut autē ab opere cessantes cum gaudio revertebantur, agnoverunt antè cecidisse Nicanorem cum tota armatura sua.

[d] Gr. & turba &, ἀπὸ δύο. 2

29 Ita exclamatione *d* turbulenta facta, benedixerunt Deo principi suo paterna lingua.

[4] periphrasis Jehudę Macbæi.

30 Præcepit autem [4] ille primus civiū suorum propugnator, qui omnino corpus & animam suam abjecerat, & ætate sua benevolentiam in suos gentiles conservaverat, ut rescissum caput Nicanoris & manus cum humero deferretur Jeruschalaima.

31 Quò postquam advenisset, & convocatis gentilibus suis ac sacerdotibus ante altare constitisset, advocavit eos qui erant in arce:

‖ Suprà 14. 31.

32 ‖ Et ostendens profani Nicanoris caput manumq; blasphemi qua extenta in sanctam omnipotentis domum cervices extulerat,

33 Lingua Nicanoris impii abscissa, dixit se eam minutatim daturum avibus; præmia verò dementiæ ex adverso templi suspensurum.

34 Itaque omnes in cælum aspicientes, benedixerunt illustri Domino, dicentes, benedictus *sit* qui conservavit locum suum impollutum.

35 Tum suspēdit Nicanoris caput de arce, ut manifestum esset omnibus, & evidens signum auxilii à Domino.

36 Itaq; decreverunt omnes decreto communi, nequaquam diem hunc incelebrem sinendum esse;

37 Sed haberi celebritatē die decimo tertio mensis duodecimi, *qui* Adar Syra lingua dicitur, die uno ante diem festi [5] Mordecaici.

38 Quum igitur res Nicanoris ita successerint, & ab illis temporibus civitatem Hebræi obtinuerint; hic ego quoque finem sermonis faciam.

39 Ac si quidem bene & *e* [6] prout compositionem perstringi convenit *præstitero*, hoc etiam ipse volui, sin autem exiliter atque tenuiter, hoc tamen est quod potui assequi.

40 Nā ut vinū seorsim bibere, similiterq; etiam aquam, [7] utrumq; *f* variè adversum est; cōtrà verò ut vinum aqua commixtum suavē & delectabilem gratiam efficit: ita etiam sermonis apparatus delectat aures legentiū cōpositione sua. atque hic finis futurus est.

[1] de quo vide Esther. 9.

[e] Græc. & benè contingentem compositioni.

[6] i. quēadmodū lex historiæ postulat narrationes variis ex rebus confectas atque compositas, convenienter temperari: sic excusat auctor suā infantiam.

[7] i. adverantur valetudini; generosum quidem vinū uno modo, aquaverò altero offendens cōstitutionē corporis; quibus aptè inter se mixtis atq; tēperatis potus salubris & suavis efficitur. Atq; hoc pacto hic gravissimus Macbæorum encomiastes à convivio ortus est narrationem suam, & à potu terminavit.

[f] Gr. à diverso.

LIBER SAPIENTIÆ.

LIBER *Sapientiæ sermone elegans atque accuratus, argumento non inutilis est. Primùm enim documenta justitiæ & pietatis affert ad sanctè instituendam vitam necessaria: deinde verò oratione ad Deum conversa, pias meditationes subjicit de hominum vanitate constantissimaq; Dei misericordia: & admirabilitatem cùm judiciorum Dei in adversarios, tum beneficiorum in suos, ab exemplo Ægyptiorum ac Israelitarum percurrit artificiosissimè.*

CAPUT I.

[a] Gr. judicantes terram.

[b] Nempe cordis: nam hoc ἀπὸ κοινοῦ ex sequente membro repetimus.

[b] Gr. invenitur in Ps. 111. 2.

[2] i. tentata ab improbis, ex præcedente versu.

[3] i. tum demū seipsum indicat & vires suas revincēdis improbis exerit, quum tentatur ab iniquitate hominum: ut dictum est ℣. 3.

[4] occupatio elegans, non est ita durus & asper spiritus Dei, inquit improbus: respondetur verò, human⁹ quidem est, fateor; sed tamen nō propterea injustus est, qui hominis blasphemi maledicta impunè abire sinat. id est. certissimus, coram quo nihil latere potest: quod significat dictionis Græcæ notatio.

1 DILIGITE justitiam, ô *a* judices terræ; sentite de Domino [1] bonitate, & simplicitate cordis quærite ipsum.

2 Nam *b* expositus est iis qui non tentant ipsum, & patefit iis qui nō infidi sunt ei.

3 Perversæ enim ratiocinationes separant à Deo, & [2] probata illius potentia arguit insipientes,

4 Eò quòd in malitiosam animam non ingreditur sapientia, neque habitat in corpore quod subjectum est peccato.

5 Sāctus enim spiritus disciplinę fugit dolum, & absistit à ratiocinationibus *hominum* vacuorum intelligentia; & [3] indicatur quum advenit iniquitas.

6 [4] Nam humanus est spiritus sapiētiæ; sed non liberat blasphemum à *maledicto* labiorū ipsius, quia renū ipsius testis est Deus, & cordis ipsius observator [5] ver⁹, & auditor linguæ;

6 Cùm spiritus Domini impleat orbem terrarum, & idem cōtinens omnia cognitionem habeat vocis.

8 Propterea qui loquitur rem injustā nullus occultus futurus est, neque præteritura ipsum justitia illa [6] arguens.

9 Nam [7] consiliis impii adest quæstio, & auditio verborum ej⁹ ad Dominum perventura est *c* ut arguat iniquitates ejus.

10 Quia [8] auris *d* zelotypa audit omnia hęc, etiā sonus murmurationis non est abditus ei.

11 Cavete igitur à murmuratione inutili, & ab obtrectatione *e* continere linguam; quia sermo occultus non est *f* impunè abiturus, & os contra *illum* mentiens perdit animam.

12 Neq; studeatis morti errore vitæ vestrę, neq; attrahatis perditionem operibus manuū vestrarum:

13 Quia Deus mortem non fecit, neq; delectatur perditione viventium:

14 Nam omnia creavit ut sint, & [6] salutares sunt ortus hujus mundi, in quibus non est pharmacum *h* exitiale, neque inferorum regnum super terram.

15 Justitia autem immortalis est:

16 Impii verò manibus & sermonib⁹ accersiverunt mortē, amicam arbitrati eam, contabuerunt ubi conventionem statuerunt cū ea; quia digni sunt *i* qui cedant in partem illius.

[5] de qua supra vers. 3. & 5.

7 i. eo ipso tempore quo de malis consultat impi⁹, hoc ipsum quæritur à Deo, atq; cognoscitur: metaphora à re forensi.

[c] Gr. ad arguitionem iniquitatum.

[8] i. Dei, qui zeolotyp⁹ passim in Scripturis dicitur.

[d] Gr. zelotypia.

[e] Græc. partita linguæ.

[f] Græc. vacuus.

[g] Græc. æmulo mini.

[6] i. ad salutem spectabant omnia creationis lege; ut quæ carerent injustitia (quę exitiale pharmacum appellatur) & potestate tenebrarum ac peccati, qua definiuntur inferorū regnum verbis sequēt.

[h] Gr. exitis.

[i] Gr. illius partis esse.

CAPUT

CAPUT II.

1 DIxerũt enim apud se ipsos ratiocinãtes improbè, brevis & molesta est vita nostra, neq; remedium est adversus mortem humanam, nec cognitus est ullus qui ab inferis reverterit:

2 Nam casu nati sumus, posteà verò ita futuri sumus quasi non fuissemus: quia fumus est respiratio *a* narium nostrarum, & sermo *prolatus* motu cordis nostri scintilla est,

3 Qua exstincta *b* in cinerem abiturum est corpus nostrum, & spiritus noster ut aër mollis diffundetur:

4 Quo tempore oblivioni erit nomen nostrum, & nemo recordabitur operum nostrorum: ita trãsitura est vita nostra ut vestigia nubis; & quasi nebula dispergetur *c* infestata à radiis solis & à calore ejus *d* graviùs impulsa.

5 Nam *ut* umbræ transitus est tempus nostrum, neq; est remeatio à morte nostra; quia obsignata est, & nemo revertitur.

6 Agite ergo, fruamur præsentibus bonis, & possessione hac tamquam in juvẽtute utamur studiosè.

7 Vino pretioso & unguentis impleamur, ac [1] ne prætereat nos *e* jucundus aër:

8 Coronemur rosarũ calyculis, antequàm marcescant:

9 Nemo nostrũm expers sit nostræ [2] lasciviæ; ubiq; relinquamus symbola lætitiæ: nam hæc est portio nostra & sors hujusmodi.

10 Potentia opprimamus pauperem justũ, ne parcamus viduæ, neque senis revereamur longævos canos:

11 Sed esto robur nostrum lex justitię; infirmitas enim deprehenditur inutilis.

12 Insidiemur autem justo, quia incommodus est nobis & adversans operibus nostris: exprobrat nobis peccata in legem, & infamiam irrogat nobis peccatorum *f* vitæ institutæ nostræ:

13 Profitetur cognitionem se habere Dei, & [3] filium domini se ipsum nominat:

14 Factus est nobis ad *g* redarguendum cogitationes nostras:

15 Gravis est nobis etiam *h* ad aspectum, quia dissimilis est aliorum vita illius, & aliò spectantes semitæ ejus:

16 *i* [4] *Argentum* reprobum æstimamur ab ipso, & abstinet à viis nostris tamquam ab immundis rebus; beatos prædicat fines justorũ, & Deum patrem iactitat.

17 Videamus síntne sermones ejus veri, & experiamur quæ sint *k* eventura ei:

18 Nam si iustus iste filius est Dei, suscipiet eum & liberabit eum à manu adversantium.

19 Contumelia & tormento quæstionem habeamus de eo; ut cognoscamus [5] æquitatẽ illius, & probemus *l* quam habet iste malorũ tolerantiam.

20 In mortem turpem condemnemus istum: nam [6] illius erit prospicere ex sermonibus istius.

21 Hæc ratiocinantes erraverunt: etenim excæcavit eos malitia ipsorum,

22 Et non agnoverunt arcana Dei, neque mercedem speraverunt sanctitatis, neq; judicaverunt præmium *esse* animis inculpatis.

23 Deus enim creaverat hominem ad conditionem incorruptam, & imaginem *m* ipsissimæ naturæ suæ fecerat eum:

24 Sed invidentia diaboli mors venit in mundum, & tentant illum qui cedunt in partem istius.

CAPUT III.

1 JUstorum verò animæ *sunt* in manu Dei, ut minimè attingat eos cruciatus.

2 Videntur in oculis insipientiũ mori, & æstimatur malum esse exitus ipsorum,

3 Et via *a* nostra *est* contritio: hi verò versantur in pace.

4 Etenim ad aspectum hominum si puniuntur, horum *tamen* [1] spes immortalitatis plena est:

5 Et paulùm castigati plurimùm afficientur bonis; quoniam Deus tentaverit ipsos, eosque dignos se ipso deprehenderit,

6 Tamquam aurum in fornace probaverit ipsos, & tamquam holocaustum sacrificiũ acceperit ipsos.

7 Itaq; tempore [2] visitationis ipsorum relucebunt, & tamquam scintillæ accendentes stipulam *b* perficient cursum:

8 Judicabunt gentes & dominabuntur populis, regnante Domino eorum in secula.

9 Qui confidunt ipsi, intelligent veritatẽ; & fideles in charitate manebunt apud ipsum: nam gratia & misericordia inest sanctis ejus, & [3] visitatio electis ejus.

10 Impii verò prout [4] ratiocinati sunt *c* perferent supplicium, qui neglexerint iustum & à Deo defecerint:

11 Nam qui nihili facit sapientiam & disciplinam miser est; etiam inanis est spes illorum, & labores infructuosi, inutiliaq; opera illorum.

12 Uxores eorum insipientes *sunt*, & improbi liberi illorum,

13 Maledictaque generatio illorum: nam beata *est* sterilis quæ polluta non est; quæ nõ experta est cubile *d* flagitiosè est perceptura fructum in visitatione animarum.

14 Similiter eunuchus qui nõ operatus est manu iniquitatem, neq; res improbas cõtra Dominum cogitavit: nam dabitur ei gratia fidei lectissima & sors in templo Domini animo *e* gratissima.

15 [5] Bonorum enim laborum fructus celebris est, & non excidit radix prudentiæ:

16 Liberi verò mœchorum [6] non consequentur perfectionem, sed semen ex illegitimo cubili natum delebitur.

17 Etenim sive longęvi sint, nihili ęstimãtur, & inhonora ad finem usq; *est* senectus istorum:

18 Sive celeriter moriantur, neq; spem habent neq; cõsolationem in die [7] cognitionis.

19 Nam generis iniqui dura sunt exitia.

CAPUT IIII.

1 *a* MElius est carere liberis servata virtute: nã immortalitas inest memoriæ illius, quia & à Deo & ab hominibus agnoscitur,

2 Quam præsentem imitantur, & desiderant abeuntẽ, [1] quæ in seculo hoc triumphat, coronam gestatura & certamen præmiorum pollutione carentium reportatura.

3 Plurimùm verò soboleſcens impiorum multitudo neque utilitatem afferet, neq; ex adulterinis stolonib. radicem in profundum *b* aget, neq; stabilem pedem ponet:

4 Etenim quamvis ramis ad momentum efflorverit, infirmè procedentes à vento cõmovebũtur, & [2] ipsa vi ventorũ eradicabitur:

5 Circumquaq; diffringentur rami imper-

[1] id est, ne sinamus commodum tempus præterfluere in sereno cælo exspatiantes, voluptatibus nostris perfruamur.
[2] i. juvenilis petulantiæ, quam senectus persequi neque potest ex imbecillitate, Ecclesiastę 12 neq; ex officio debet: unde vox Græca dicta est.
[3] vel puerum & servum: quod utrumque designat vox Græca.
[4] ut Jirm. 6. 29. & 30.
[5] nempe Dei, qui istum ex æquo & bono propugnabit si filium suũ esse agnoverit: hæc ita accipimus ex præcedente & sequente ver.
[6] nempe Dei, ut modò diximus.

[a] Gr. in naribus nostris.
[b] Græc. cinis.
[c] Gr. persequuta, si passivè dici potest.
[d] Gr. gravata.
[e] Gr. flos aeris. hypallage.
[f] Græ. disciplina nostræ.
[g] Gr. redarguitionem cogitationu.
[h] Gr. visus.
[i] Græ. in reprobum.
[k] Gr. in eventũ ejus.
[l] Græc. istius.
[m] Gr. propria proprietatis.

[a] Gra. à nobis.
[1] i. res sperata, quam consequuntur à morte; metonymicè, ut ostendunt sequentia.
[2] i. judicii, quo Deus lustrans & recognoscens suos separabit, ut oves ab hœdis.
[3] i. agnitio & cura paterna Dei indefinẽter respicientis ad suos & promissa præstãtis ut Gen. 21. 1. & Psal. 8. 5.
[4] i. in alios facere cogitaverunt.
[5] i. omnia benefacientib. à Deo sunt omni ex parte benedicta.
[6] sic visum est Græcam dictionem reddere ex comparatione & interpretatione loci qui habetur infrà 4. 5.
[7] i. quo de rebus ipsorum cognoscetur, & quasi visitabũtur acta: ut visitatio dicta est suprà vers. 6. & 13.

[a] Gr. melior est carentia liberorũ cũ virtute.
[1] id est, quæ sibi bene cõscia, & jam in hac vita spem venturi boni præcipiens animo, triumphat in fide, ut victoriam certissimã reportatura & coronam vitę æternæ ex Christiana victoria.
[b] Gr. dabit.
[2] nẽpe multitudo impiorũ, tãquã radix infixa terræ.

fecti, & fructus ipsorum inutilis, immaturus ad cibum, & nulli rei aptus.

6 Nam ex illegitimis *c* congressibus geniti liberi testes sunt improbitatis adversus parentes, *d* quum de ipsis habetur quæstio:

7 Justus verò si *e* matura morte obierit, in quiete futurus est.

8 Non enim quæ longeva est senectus honorata *est*, neque numero annorum *multorum* mensurata;

9 Sed prudentia hominibus est canities, & vita immaculata est senilis ætas.

10 ‖ [3] Qui placens Deo diligebatur, quum viveret inter [4] peccatores, fuit translatus;

11 Ereptus est ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut dolus deciperet animũ ipsi [9]:

12 Nam fascinatio improbitatis [5] obscurat quæ bona sunt, & [6] circumagitatio concupiscentiæ transvertit mentem carẽtem malitia.

13 [7] Sanctificatus, brevi implevit longa tempora:

14 Grata enim Domino erat anima ipsius, propterea festinavit eum *tollere* ex improbitatis medio.

15 Populi autem vident, & non considerant, neque *f* intelligentiam advertunt adistud, gratiam & misericordiam adesse sanctis ejus, visitationemque electis ejus.

16 ‖ Condemnat justus moriens viventes impios, & juventus confecta celeriter annosum senium injusti.

17 Vident enim mortem sapientis; neque animadvertunt quid consilii ceperint de eo, & quorsum in tuto statuerit eum Dominus.

18 Vident & nihili faciunt, Dominus verò deridebit ipsos.

19 Erunt enim posteà ruinæ ignominiosę & contumeliæ expositi apud mortuos in seculum; quum franget ipsos præcepta voce præcipites, & commovebit eos à fundamentis, atque ad extremum usque desolati, erunt in dolore, & peribit memoria eorum.

20 Inibunt rationes peccatorum suorum pavidi, & revincẽt eos ex adverso iniquitates ipsorum.

c *Gr. somnis.*
d *Gr. in inquisitione ipsorum.*
e *Gr. occupaverit mori.*
‖ *Genes. 5.*
[3] confirmatio ab exemplo Chanoci, de quo Genes. 5. & Heb. 11.
[4] nam inde à temporibus Enoschi cœperat Ecclesia Dei corrumpi, & cultus perverti ex Kajinitarum conversatione, Gen. 4 & 6.
[5] id est, quasi nebulas fascini obducit, & præstinguit etiam virorũ optimorum animos.
[6] *sive* rotatio & circumductio in gyrũ; qua fere hominum hebetantur sensus, idque eo vehementiùs quo velocior est agitatio: metaphora à rhombis.
[7] sic interpretamur vocẽ hanc ex Scripturæ usu, cujus exempla in epistol. ad Hebræos exstãt quamplurima.
f *Gr. ponunt in intelligentia istud.*
‖ *Suprà 3. 9.*

Caput V.

1 TUnc stabit confidentia magna justus in conspectu eorum qui afflixerint ipsum, & qui abjecerint labores ipsius:

2 Videtes turbabuntur timore gravi, & stupefient propter *a* salutem inopinatam eorũ;

3 Dicentque apud se ipsos [1] resipiscentes, dicent (inquam) gemẽtes propter angustiam spiritus, hic erat quem habebamus quondam *b* ludibrio & communi probro.

4 Stulti vitam ejus æstimabamus furorem, & finem ejus ignominiosum.

5 Quomodo relatus est in filios Dei, & in sanctis *est* sors illius?

6 Planè erravimus à via veritatis, justitiæ luce non lucente nobis, & sole justitiæ non exorto nobis.

7 Iniquitatis & perditionis callibus expleti sumus, & perambulavimus deserta avia; viã autem Domini non cognovimus.

8 Quid juvit nos superbia? & quid divitiæ cum gloriatione contulerunt nobis?

9 Præterierunt illa omnia tamquam umbra, & tamquam nuncius prætercurrens,

10 Tamquam navis permeans fluctuantẽ aquam; quę quũ transivit, non potest inveniri vestigium, neq; via meatus ejus in fluctibus;

11 Aut tamquam ave volante per aërem nullum invenitur indicium meatus; sed turbans ictu verberatum levem *c* aëra & scissum *d* vi stridente motis alis permanet, posteaque non invenitur signum progressus in eo:

12 Aut tamquam sagitta in scopum missâ sectus aër statim in se ipsum resolvitur, adeò ut ignoretur transitus illius.

13 Ita etiam nos nati defecimus.

14 Acvirtutis quidem signum nullum *e* valuimus ostendere; sed in malitia nostra planè absumti sumus.

15 Nam spes impii ut lanugo delata à vẽto, & tamquam spuma tenuis à procella *f* impulsa, & tamquam fumus à vento dissoluta est, aut etiam præteriit ut diversorii in diẽ unum recordatio.

16 Justi verò in seculum vivunt, quorum merces est in Domino, & quorum cura est apud Altissimum.

17 Propterea regnum decoris accepturi sunt, & diadema *g* pulcherrimum è manu Domini; nam dextera sua proteget eos & brachio defendet eos:

18 [2] Sumet *ad* totam armaturã zelum suũ, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum:

19 Induet pro thorace justitiam, & imponet pro galea judicium [3] minimè simulatum:

20 Sumet in scutum inexpugnabile sanctitatem:

21 Acuet verò *h* severam iram pro gladio, & belligerabit cum eo ad finem usque mundus ipse contra insipientes istos.

22 Procedent directa tela fulgurum; & ex nubibus, tamquam ex arcu *i* bene in orbem adducto, insilient in scopum;

23 Et grandines *k* confertæ, ab indignatione lapides jaculante projicientur; indignabitur in eos aqua maris, fluviique simul severè exundabunt:

24 Instabit in eos spiritus potentię, & tamquam procella ventilando *ejiciet* eos: desolat enim totam terram iniquitas, & thronos potentum evertit maleficentia.

a *Gr. inopinatũ salutis.*
[1] Nõ quidem secundùm Deum, sed tãtùm vi malorum pressi; ut sequens exegesis docet.
b *Græ. in risum & in parabolã probri.*
c *Gr. spiritum.*
d *Gr. vi stridoris.*
e *Gr. habuimus.*
f *Gr. persequuta, si passive dici potest.*
g *Gr. pulcritudinis.*
[2] elegans descriptio paternæ providentiæ Dei in piorum salutem incumbentis, cui ex adverso respondet illa Christiani militis descriptio, Eph. 6.
[3] i. verissimũ & simplicissimum.
h *Gr. præcisam: sic vers. 23.*
i *Græ. bene rotundato.*
k *Græc. plenæ.*

Caput VI.

1 AUdite igitur reges, & intelligite, discite, ô judices extremitatum terræ:

3 Auribus percipite dominatores multitudinis, & superbientes de turbis nationum.

4 Nã data est à Domino potentia vobis, & potestas ab Altissimo; qui quæstionẽ habebit de operibus vestris, & consilia perscrutabitur.

4 Quandoquidem cùm ministri sitis regni ipsius, non judicastis rectè, neq; observastis legem, neque ex consilio Dei ambulastis;

6 Horribiliter & celeriter instabit in vos: nã judiciũ *a* severũ exercetur in eos qui præsunt.

7 Minimus enim quivis *b* condonationem habet misericordiæ; potentes verò potenter exquirentur.

8 Nam Dominus omnium non dissimulabit personam, neque verebitur magnitudinem; quum parvum ac magnum ipse fecerit, & pariter utatur providentia in omnibus.

9 Sed potẽtibus vehemẽs instat inquisitio.

10 Ad vos itaq;, ô *c* rẽges, pertinent sermones mei, ut discatis sapientiã, & non excidatis:

11 Nam qui sanctè servant res sanctas sanctificabuntur, & qui eam edocti fuerint [1] defensionem *d* consequentur.

a *Gr. præcisum.*
b *Gr. condonabilis est miser.*
c *Græ. tyrannis: sic vers. 22.*
[1] Id est, excusationẽ à vita anteacta sua & peccatis præcedẽtib⁹.
d *Gr. invenient.*

12 Expetite

12 Expetite igitur sermones meos, & *e* cupido animo instituimini.

13 Preclara est & numquam marcescit sapientia; quæ facile spectatur ab iis qui diligunt ipsam, & invenitur ab eis qui quærunt ipsam:

14 *Imò* occurrit cupientibus, ut [2] antè noscatur.

15 Qui manè attendit ad ipsam, non laboraturus est; nam assidentem foribus suis inveniet eam:

16 Nam cogitare de illa *f* prudentia perfectissima *est*, & qui vigilaverit propter eam, celeriter vacuus erit cura:

17 Quoniam illa dignos se *g* circumeundo quærit, & in callibus quibusq; apparet eis benevolè, atq; in omni cogitatione occurrit eis:

18 [3] Nam verissimum principium illius est disciplinæ cupiditas;

19 Cura autē disciplinę *est* charitas, & charitas observatio legum illius; attentio verò ad leges *est* incorruptæ vitæ firmamentum;

20 Vita autem incorrupta facit ut simus propinqui Deo:

21 Igitur cupiditas sapientiæ perducit ad regnum *ejus*.

22 Si ergo delectamini thronis & sceptris, reges populorum,

23 Honorate sapientiam, ut in seculum regnetis.

24 Quid autem sit sapientia, & quomodo exstiterit, renunciabo, nec celabo vos mysteria; sed à principio ortus pervestigans exponā *h* perspicuè cognitionem ejus, nec præteribo veritatem ipsam:

25 Neque etiam cum invidia tabifica ambulabo, [4] is enim non est cōmunionem adepturus sapientiæ.

26 Multitudo autē sapientum *est* salus mūdi, & rex prudens stabilimentum populi:

27 Quamobrem erudimini verbis meis, & utilitatem capietis.

e Gr. cupite & instituimini: Hebraismus.

[2] nēpe quàm ingenerata sit justa in animis illorum cupiditas.

f Gr. prudentiæ perfectio.

g Gr. circumit quærens.

[3] gradatio elegantissima per inductionē, quā mutatis interdum vocibus figuravit auctor, sed planè eodem sensu.

h Gr. in evidēs

[4] nēpe qui cū invidia ambulaverit.

CAPUT VII.

1 SUm quidem ego quoq; mortalis homo, æqualis omnibus, & progenitus ab *a* homine primo ex terra facto:

2 Et in utero matris figuratus sum caro tēpore decem mēsium; coagulatus sum sanguine ex semine viri; idq; per voluptatem *b* conjunctam somno:

3 Et ego quoque factus traxi communem nobis aërem, & in hanc terram [1] iisdem perpessionibus infestus decidi; primam vocem similem omnibus emisi flens:

4 In fasciis educatus sum & curis.

5 Nemo enim rex aliud habuit initium naturæ suæ;

6 Sed unus *est* omnium ingressus in hanc vitam, & par exitus.

7 Propterea oravi, & prudētia data est mihi; invocanti mihi advenit spiritus sapientiæ.

8 Prætuli eam sceptris & thronis, & divitias nullas duxi *c* cum ea comparandas esse:

9 Neque æquavi ei lapidē pretiosum; quia omne aurum respectu ej[9] arena exigua, & tāquam lutum æstimatur argentum ad eam:

10 Prę sanitate & specie dilexi eam, & proposui consilium mihi habendi eam pro luce; quia non occumbit proficiscens ex ea lux.

11 Advenerunt autē mihi hæc bona simul cum ea omnia, & innumeræ divitiæ *d* per eā:

a Græ. protoplasto.

b Gr. venientē cum somno.

[1] Græcam vocem legendā nominādi casu ipsum argumentū clamitat: quamobrem nobis hoc modo placuit reddere.

c Gr. incomparatione ejus.

d Gr. manibus ejus.

12 Et lætatus sum de omnibus, quòd eorū dux esset sapientia; quamvis ignorarem hanc eorum genitricem esse.

13 Hanc & sine dolo didici, & sine invidia trado; divitias hujus non abscondo.

14 Thesaurus est hominibus qui numquā deficit; quo qui utuntur, cum Deo contrahūt amicitiam, donis ex eruditione profectis cōmendati:

15 Mihi verò Deus dedit ut loquar ex sententia, & cogitem dignè donatis rebus: nam ipse & *e* ad sapientiam dux est, & constans sapientum rector:

16 Etenim in manu ipsius sumus, & nos, & sermones nostri, omnisq; prudentia, & opificiorum scientia.

17 Ipse enim mihi dedit eorum quæ sunt cognitionem certam, ut cognoscam constitutionem mundi & vim elementorum,

18 Principium & finē mediumq; temporū,

19 [2] Solstitiorum mutationes, & varietates tempestatū, anni *f* circuitus, & stellarū situs,

20 Naturas animantiū, & animos bestiarū, [3] spirituum vires, & cogitationes hominum, differētias plantarum, & radicum facultates:

21 Deniq; quæcumq; sunt occulta & manifesta novi; [4] artifex enim omnium docuit me sapientia:

22 Nam inest ei spiritus intelligēs, sanctus, *g* simplex, multiplex, subtilis, mobilis, splēdidus, impollutus, perspicuus, perpessionis expers, amās boni, acutus, expeditus, beneficus,

23 Humanus, stabilis, certus, securus, omnipotens, omnia intuens, & permeans omnes spiritus intelligētes puros & summè subtiles:

24 Nā omni motu res mobilior est sapientia, & pervadit ac permeat omnia puritate sua.

25 Nam vapor est potentię Dei, & syncerus fluxus à gloria omnipotentis; propterea nihil inquinatum in eam incidit:

26 Nam splendor est à luce æterna, & speculum efficacitatis Dei expers maculæ, ac imago bonitatis ejus:

27 Quumq; una sit, omnia potest, & in se ipsa manens innovat omnia, & per ætates singulas in animas sanctas transiens amicos Dei & prophetas comparat.

28 Nihil enim diligit Deus, nisi eum qui habitat cum sapientia:

29 Nam ea est speciosior sole, & superat omnem stellarum situm, cum luce comparata [5] prior esse deprehenditur:

30 Etenim illā excipit nox: sapientię verò non est prævalitura malitia.

e Gr. sapientia.

[1] sic legi, τροπῶν, postulat consequutio, libris omnibus reclamantib[9]

f Græ. circulos.

[9] hæc non ad ventos pertinere, sed ad animi humani facultates ex adjūctis perspicuè cognoscitur.

[4] elegās Christi & Spiritus æterni ex Deo Patre & Filio procedentis testificatio. reliquo capite & sequentis principio continetur.

g Gr. unigenus.

[5] dignitate & præstantia, ut exponitur ℣. sequente.

CAPUT VIII.

1 PErtingit autem à *a* fine uno ad alterū fortiter, & disponit omnia utiliter.

2 Hanc amavi & exquisivi à juvētute mea, & quęrens ducere hāc sponsam mihi *b* amore pulcritudinis hujus correptus sum.

3 Nobilitatem suam hac gloria exornat, quòd convictum Dei habet, Dominusque omnium amavit eam:

4 *c* Hæc enim est quæ docet scientiam Dei, & quæ eligit opera illius.

5 Quòd si divitiarum optabilis est possessio in vita, quid sapientia ditius hæc omnia operante?

6 Et si prudentia operatur, quis eorum quę in natura sunt artifex potius est quàm ipsa?

a Gr. fine ad finem.

b Græ. amator fui pulcritudinis.

c Græ. mysta enim est scientiæ Dei, & electrix operum.

d Græc. labores ejus.

7 Et justitiam si quis diligit, *d* elaboratæ ab ea res sunt virtutes: nam temperantiam & prudentiam edocet, justitiam & fortitudinẽ, quibus utilius nihil est in vita hominibus:

8 Sin etiam multiplicem experientiam desiderat aliquis, hęc novit vetera, & futura conjicit, scit versutias sermonum & solutiones ænigmatum, signa & portenta prænoscit eventusq; tempestatum ac temporum.

e Gr. mihi.

9 Judicavi itaque hanc ducendam ad convictum *e* meum, sciens futuram esse mihi cõsultricem bonorum, & consolationem à curis & molestia.

10 Per hanc gloriam in turbis habiturus sum, & honorem apud seniores juvenis:

11 Acutus inveniar in judicio, & in conspectu potentum admirationi ero:

12 Tacentem me exspectabunt, & loquẽtem attentè audiẽt; etiam loquente ampliùs, manum imponent ori suo.

13 Per hanc habebo immortalitatẽ, & memoriam ęternã venturis post me derelinquã:

14 Administrabo populos, & gentes subjicientur mihi:

15 Metuent me quũ audierint tyranni horribiles, in multitudine bonus videbor, & in bello virilis, ingressus domum meam acquiescam ei:

16 Non enim acerbitatem habet conversatio ejus, neque dolorem convictus ejus; sed lætitiam & gaudium.

17 Hęc ratiocinatus mecum & curans cum animo meo, immortalitatem esse in cognatione sapientiæ,

18 Et in amicitia ejus delectationem bonã, & in laboribus manuum ejus divitias indesinentes, & in communi colloquii cum ea exercitatione prudentiam, & celebritatem in communicatione sermonum ejus; circumivi quærens ut assumerem eam apud me:

19 Eram autem puer bona indole, animãque bonam sortitus eram;

20 Ac potiùs ut bonus eram, in corpus impollutum veneram:

21 Sed quum agnoscerẽ me non aliter fore compotem illius nisi Deus dederit; atq; hoc ipsum novisse cujus sit gratia, esse prudentiæ, accedẽs Dominum oravi eum, & dixi ex toto animo meo:

Caput IX.

1 [1] O Deus majorum & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo,

2 Et sapientia tua constituisti hominem; ut dominetur creaturis quæ à te factæ sunt,

3 Et administrans mundum sanctitate & justitia *a* recto animo judicia exerceat:

4 Da mihi sapientiam adsestricem *b* throni tui, ac ne reprobes me è numero filiorum tuorum:

5 Nam ego servus tuus sum & filius ancillæ tuę, homo infirmus, & vitæ brevis, & [2] tenuior adhuc in judicii ac legum intelligentia.

6 Etenim ut perfectus sit aliquis inter filios hominum, absente sapientia quæ à te est *c* nihili reputandus est.

7 Tu me antè elegisti regem populi tui, & judicem filiorum filiarumque tuarum:

8 Dixisti ut ædificem tibi domum, in mõte sancto tuo, & in civitate habitationis tuæ altare, imaginem [3] tabernaculi sancti quod ab initio præparavisti.

9 Tecum autem *est* sapientia, quæ novit opera tua, & quæ adfuit quum faceres mundũ, & quæ scit quid placeat in oculis tuis, & quid rectum ex mandatis tuis.

10 Emitte illam è sanctis cælis, à throno inquam glorię tuę mitte illam, ut *d* pręsens versetur mecum in labore, & cognoscam quid gratum sit apud te:

d Græc. mecum præsens laboret.

11 Illa enim novit omnia atque intelligit, estq; ductura me in actionibus meis moderatè, & conservatura me in gloria sua;

12 Eruntq; accepta opera mea quum judicabo populum tuũ justè, & ero dignus throno patris mei.

13 Quis enim hominũ cognoscat cõsilium Dei? aut quis cogitare possit quid velit Deus?

14 Nam ratiocinationes mortalium sunt timidæ, & [4] instabiles cogitationes eorum.

4 i. proclives, ac potiùs præcipites ad lapsum: quod Græca vox propriè denotat.

15 Infestum enim corruptioni corpus aggravat animam, & deprimit terrena habitatio mentem multis curis plenam:

16 Et vix conjicimus ea quę in terra sunt, & quæ ad manus *sunt* laboriosè invenimus; quæ autem in cælis *sunt* quis pervestigavit?

17 Et consilium tuum quis noverit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris sanctum spiritũ tuum *e locis* altissimis?

18 Sic enim correctæ sunt eorũ qui in terra *versantur* semitæ, & res quæ placent tibi homines edocti sunt:

19 Itaque sapientia fuerunt servati.

Caput X.

1 HÆc primum formatum ‖ parentẽ mundi, qui solus creatus est, conservavit, ‖ Genes. 1.

2 Et eximens eum à delicto *a* ipsius dedit ei potentiam dominandi omnibus rebus. a Græ. proprio.

3 Discedẽs autem ab hac injustus ‖ ira sua, unà periit cũ furoribus quibus occidit fratrẽ. ‖ Genes. 4.

4 Propter quem ‖ diluvio inundatam terrã iterum servavit sapientia, quæ exiguo ligno justum gubernabat. ‖ Genes. 7.

5 ‖ Hæc etiam in consensu improbarum gentium confusarum agnoscens justum, servavit eum inculpatum Deo; & in *b* ‖ summa filii *sui* miseratione fortem custodivit. ‖ Genes. 11. b Gr. visceribus filii. ‖ Genes. 22.

6 ‖ Hæc justum pereuntibus impiis liberavit fugientem ab igne in civitates quinque descendente: ‖ Genes. 19.

7 Cujus adhuc testimonium nequitiæ cõstituta est solitudo fumo diffluens, & plantæ inutili pulcritudine ferentes fructum, & statua salis constituta animæ non credentis monimentum.

8 Nam qui sapientiam præteriverunt non tantùm eo acceperũt damnum, quòd res bonas non *c* obtinent; sed etiam reliquerunt suæ ipsorum insipientiæ monimentum huic vitę, ut nẽ iis quidem in rebus lateant in quibus lapsi sunt: c Gr. cognoscitu to Hebraism.

9 Sapientia verò cultores suos è laboribus liberavit.

10 Hæc *d* ‖ fugientem ab ira fratris justum deduxit callibus rectis, demonstravit ei regnũ Dei, & dedit ei cognitionem sanctorum; locupletavit eum in ærumnis, ‖ quum multiplicaret labores ejus: d Gr. profugum iræ. ‖ Genes. 28. ‖ Gen. 31. & 32.

11 Quum avaritiâ dominatus exerceretur in ipsum hæc adfuit & ditavit ipsum:

12 Cõservavit ipsum ab inimicis, & ab insidiãtibus tutata est, certaminisq; validi pręmiũ dedit

[1] Ab hoc capite ad finem usq; libri oratio est & meditatio homine pio nõ indigna; cujus exemplũ videntur patres in suis meditationum, cõfessionum, & soliloquiorũ libris imitati.

a Gr. in rectitudine animæ judicium judicet.

b Gr. thronorũ tuorũ: enallage emphatica; ut vers. 12.

[2] q. d. tenuis quidem corpore, sed mẽte animoque tenuissimus.

c Gr. in nihilũ.

[3] i. illius cælestis & æterni quod Deus ostendit Moschi, Exo. 25. 40. ut interpretatur Apostolus Heb. 8. 5. nam sic accipiendum ostendunt verba sequentia.

dedit ei, ut cognosceret omni re potentiorem esse pietatem.

‖Gen. 37. & 39 13 ‖ Hæc venditum justum non dereliquit sed ex peccato liberavit eum: unà cum ipso descendit in foveam,

‖Gen. 41. 14 ‖ Neq; in vinculis dimisit eũ; *sed constanter adfuit* donec contulit ipsi sceptrũ regni, & potentiam in eos qui tyrannicè vexabant eũ, mendacesq; demonstrans illos qui vituperaverant eum dedit gloriam æternam ei.

‖Exod. 12. 15 ‖ Hæc populum sanctum & semẽ inculpatum liberavit à gente affligentium.

‖Exo. 5. & seq. 16 ‖ Ingressa est in animam administri domini, & formidabilibus regibus obstitit portentis & signis:

‖Exod. 14. [c] Gr. stellarum. 17 ‖ Reddens sanctis mercedem sanctitatis laborum suorum deduxit eos via mirabili, & fuit eis tegumentum interdiu, & lux *e* stellaris noctu.

18 Traduxit eos trans mare rubrũ, & transvexit eos trans aquas multas;

19 Hostes verò eorum inundatione persecutus *f* didit, quum ex profunditate abyssi *f* eduxisset eos.

[f] Gr. fecisset ut ebullirent ii: sic 2. Mac. 1. 12.

20 Propterea justi spoliatis impiis cantaverunt, Domine, nomen sanctum tuũ, & animo uno laudaverunt manum tuam propugnantem ipsos.

‖Exod. 15. [g] Gra. ponit. 21 ‖ Nam sapientia os mutorum aperit, & linguas infantium disertas *g* reddit.

CAPUT XI.

[a] Grac. manu. 1 FEcit ut succederent opera eorum *a* administratione [1] Prophetæ sancti.

[1] Id est, Moschis, quem servum Domini vocavit suprà 10. 16. ‖Deut. 8.

2 ‖ Permearunt desertum inhabitabile, & in *locis* aviis impegerunt tentoria:

3 Restiterunt hostibus, & inimicos ulti sunt:

‖Exod. 15. 4 ‖ Sitientes invocaverunt te, & data est ipsis aqua è petra abrupta, & è lapide duro remedium sitis.

5 Per quæ enim supplicio affecti sunt inimici ipsorum,

6 Per eadem ipsi in difficultatibus versantes sunt affecti beneficio.

7 Nam loco fontis peremnis fluvii qui sanguine sanioso turbatus fuerat ad redargutionem mandati *b* de cædendis infantibus,

[b] Gra. infantici dæ.

8 Dedisti ipsis aquam ex insperato largam,

9 Quum demonstravisses per sitim quæ tum fuerat quomodo adversarios punivisses.

10 Quum enim tentati fuerunt, quamvis misericordia erudirentur, agnoverunt quomodo ira judicati impii sint tormenta passi.

11 Etenim hos tamquam pater admonens probavisti, illos verò tamquam rex *c* severus condemnans in quæstionem adduxisti,

[c] Gra. præcisus.

12 Qui & absentes & pręsentes pariter cruciati sunt.

13 Nam [2] duplex eos occupavit dolor & gemitus, *d* rerum præteritarum recordantes:

[2] nempe quòd ipsi horrendã sitis gravitatẽ experirentur, & quòd iis ipsis rebus juvari populum Jehudæorum cognoscerẽt.

[d] Gr. recordationibus præteritorum.

14 Quum enim audivissent suis ipsorum suppliciis illos bono affectos esse, persenserũt Dominum.

15 Nam [3] quem *e* expositum olim abjectumque pro deplorato ludificantes habuerant, eum *f* posterioribus eventis mirati sunt, *g* quando siti fuerunt affecti à justorum siti dispare.

[3] i. Moschen, periphrasticè.

[e] Gr. in expositione.

[f] Gra. in fine eventorum.

[g] Gr. nõ similia justis sitientes.

16 Pro insipientibus autem ratiocinationibus injustitię ipsorum, quibus errantes colebant reptilia rationis expertia & bestias viles, misisti contra eos multitudinem animãtium rationis expertium ad vindictam;

17 Ut cognoscerent per quæ aliquis peccat per eadem puniri ipsum.

18 Non enim difficultatibus distinebatur omnipotens manus tua & quæ creavit mundum ex informi materia, quin posset immittere ipsis multitudinem ursorum, audacésve leones,

19 Aut plenas [4] *h* juvenis animi bestias incognitas, aut ignivomum efflantes halitum strepitúmve ventilati fumi, aut instar fulguris ejaculantes ab oculis scintillas graves;

[4] i. ferocium mi, ut solent juvenes feræ (quæ nõdum adversa experta sunt) audaciores & ferociores esse.

[h] Græc. recens creatæ.

20 Quarum non tantùm noxa eos poterat simul atterere, sed etiam aspectus perterrefaciens perdere.

21 Quinetiam sine his uno afflatu cadere poterant à justitia *i* persequente, & ventilari à spiritu potentiæ tuæ: verùm omnia mensura, numeroque, & pondere disposuisti.

[i] Gr. persequutiti: nõ passivè dicamus.

22 Nam *k* quòd multum potes hoc tibi semper adest, & robori brachii tui quis restiturus esset?

[k] Gra. multum posse.

23 Quãdoquidem tamquam momentum è lancibus *est* totus mundus coram te, & tamquam gutta roris descendens *l* mane in terram?

[l] Gr. matutinus.

24 Misereris autem omnium quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum *m* ut resipiscant.

[m] Gra. ad resipiscentiam.

25 Nam diligis omnia quæ sunt, & nihil abominaris eorum quæ fecisti; nec enim cõparasti quicquam quod haberes odio.

26 Ecqui autem mansurum fuisset aliquid nisi tu voluisses? aut conservatũ fuisset *n* quod non accersivisses?

[n] Gra. non vocatum à te.

27 Sed parcis omnibus eo quòd tua sunt, ô Domine, animarum amans:

CAPUT XII.

1 NAm spiritus incorruptus tuus inest omnibus:

2 Ideò qui excidunt eos paululum corripis, & revocans in memoriam quibus in rebus peccaverint admones, ut abalienati à malitia credant in te, Domine.

3 Etenim [1] antiquos habitatores sanctæ terræ tuæ odio habens,

[1] i. Cenaanæos, de quorũ maleficiis vide Levit. 18. & seq.

4 (Eo quòd inimicissima facerent opera veneficiorum, & sacra impia,)

5 Et liberorum occisores immisericordes, & viscera comedentes humanarum carnium,

6 Et epulum *a* sanguinarium, & interfectores [2] animarum ope carentium parentes è medio [3] sacramenti tui voluisti perdere manibus majorum nostrorum,

[a] Gr. sanguinis.

[2] i. liberorum suorum, qui egentes ope fuissent eam à parẽtibus imploraturi.

[3] i. terrę quam dedisti populo tuo, ut sit federis & hæreditatis cęlestis sacramentũ, ex sequente versu & Hieronymi interpretatione. Hunc enim versum sic lego, καὶ θοίνας αἵματος ἐκ μέσου μυστηρείου σοῦ, καὶ αὐθέντας γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων, ἐθελήσας ἀπολέσαι, &c.

7 Ut *b* ‖ dignos incolas acciperet Dei filios hæc terra apud te omnium pretiosissima.

[b] Gr. dignum incolatum filiorum Dei.

8 ‖ Sed etiam his tamquam hominibus pepercisti, & misisti præcursores tui exercitus vespas, ut illos paulatim profligarent ex ea:

‖Exod. 23. ‖ Jehoschu. 24.

9 Non *c* quod potentia deficeret te impios in acie tradendi in potestatem justorum, aut bestiis gravibus aut verbo præciso ad unum atterendi:

[c] Gr. impotens.

10 Sed judicium exercens paulatim dabas locum pœnitentiæ, non ignorans improbam esse naturam illorum, nativamq; malitiam illorum, & nequaquam mutatum iri ratiocinationem illorum in seculum;

11 (Nam semen erat maledictũ inde à principio) neq; timens aliquem in peccatis ipso-

rum securitatem dabas.

12 Quis enim dixerit, quid fecisti? aut quis restitur[9] sit judicio tuo? & quis sit accusaturus te nomine gentium perditarū quas tu fecisti? aut quis *d* cōstiturus adversum te veniat vindex pro injustis hominibus?

13 Nā non est Deus prēter te, cui curæ sūt omnia ut ostendas te non injustè judicasse:

14 Neq; rex aut tyrannus [4] oculum obfirmare poterit in te propter eos quos pœna affecisti;

15 Sed ut justus es, justè omnia disponis, alienum ducens à potentia tua ut condemnes eum qui pœna non debet affici:

16 Nam potentia tua justitiæ principiū est, & quod omnibus dominaris hoc facit ut parcas omnibus.

17 Quū enim non crederis pro perfectione potentiæ robur demonstrare, etiam in iis qui agnoscunt, [5] audaciam istam redarguis.

18 Tu autē dominiū habens roboris [6] ex ęquitate judicas, & cū summa indulgētia administras nos: adest enim tibi quādo vis potētia.

19 Docuisti autem populum operibus hujusmodi oportere ut justus humanus sit, & *e* bonam spem effecisti in filiis tuis; quādoquidem tribuis in peccatis resipiscentiam.

20 Si enim filiorū tuorum inimicos & reos mortis cum tanta attentione punivisti, tribuens tempus & *f* modum quibus abalienarentur à malitia ista:

21 Quanta cum accuratione judicasti filios tuos, quorū majoribus juramēta & conventiones tradidisti bonarum promissionum?

22 Nos itaque erudiens inimicos nostros *g* infinitè castigas; ut tuā bonitatem curemus judicantes *de eis*, judicati verò exspectemus misericordiam.

23 Unde etiam eos qui *h* imprudente vita injustè vixerūt propriis cruciavisti abominationibus.

24 Etenim per vias erroris erraverunt lōgiùs, deos existimantes esse etiam [7] inhonora inimicorum suorum animalia; decepti tamquam infantes vacui prudentia.

25 Propterea tamquā pueris rationis expertibus judiciū *i* ad ludificādum eos immisisti.

26 Qui autem ludibriis increpationis non commonefiunt, justum Dei judicium experturi sunt:

27 Nam de quibus illi, quum perpeterētur mala, *k* cum indignatione erant solliciti, de iis inquam quos putabant deos; [8] quum se iisdē puniri viderunt, verum agnoverunt Deum quem olim novisse [9] negaverant: ideoq; *l* extrema illa condemnatio supervenit illis.

d Græ. ad constitentiam tibi.

k i. obtutu fixo intueri faciem tuam, ut vel uno verbo obsistat tibi.

5 qua crederis non esse perfectā potētiā, aut si perfecta est, eam non demonstrare.

6 non autem severo judicio audaciam istā redarguis.

e Græ. bonæ spei fecisti filios tuos.

f vel locum: sed hoc maluimus.

g Græc. decies millies.

h Græc. imprudentia vitæ.

7 i. pecora ipsa Jisraelitarum, quorum hostes erant Ægyptii: vide Exod. 8. 26.

i Gr. ad ludificationem.

k Gr. indignabantur.

8 id est, quum viderent animalia sua (quę sentētia ipsorū erant divinitate prædita) à Deo profligari, Exod 9.

9 Eood 5. 2. & sequentibus.

l Græ. terminus ille condemnationu.

Caput XIII.

1 Etenim vani *sunt* omnes homines à natura, quibus inest Dei ignoratio; cū ex iis quę vident bonis non potuerint eum novisse qui est, neq; ad opera attendentes agnoverint artificem;

2 Sed aut ignem, aut vētum, aut citum aërem, aut orbem stellarum, aut violentam aquā, aut luminaria cæli Deos rectores mundi esse putaverint.

3 Quorum si delectati specie ista deos esse statuerunt, agnoscant quanto istis melior est dominus: nam ille naturalis auctor pulcritudinis creavit illa.

4 Quòd si potentia ac efficacitate in admirationem traducti, intelligant ex istis quanto *sit* porentior is qui comparavit ista:

5 Nam ex magnitudine & specie ac creatis rebus, conveniēter naturæ earum opifex spectatus est.

6 Veruntamen in rebus istis criminatio [1] est parva: etenim ipsi fortasse errant quærentes Deum & volentes invenire:

7 Nam in operibus illius cōversantes perscrutantur, & persuadentur visu, quia res quę videntur pulcræ sunt.

8 Verùm è diverso ne isti quidē sunt digni venia:

9 Nam si tantum valuerunt cognoscere ut potuerint conjecturis assequi [2] seculum, istarum rerum dominum quomodo non invenerunt citiùs?

10 Miseri verò *sunt*, & mortuis incumbūt spes eorum qui appellāt deos opera manuum hominum, aurum & argentum *a* arte elaboratum, & figurationes animalium, aut lapidē inutilem, opus antiquæ manus.

11 Sin autem etiā aliquis faber materiarius aptam operi arborem succidens serra circumraserit scitè omnem corticem illius, & artem convenienter adhibens comparaverit utile instrumentum ad ministerium vitæ,

12 Et resegminibus operis ad comparationem alimenti consumtis sese expleverit;

13 Quod autē ex istis rejectum fuerit nullā ad rem utile, lignum tortuosum, & ramis adnatis plenum sumēs sculpserit *b* accurato otio suo, & perita intelligentia formaverit illud, assimilaverit illud imagini humanæ.

14 Aut animanti alicui vili illud fecerit simile, inunxerit rubrica & fuco, rubefecerit colorem ejus, & omnem maculam quæ in eo *est*, obliverit;

15 Et faciens ei domūculam dignam eo in muro posuerit illud, & ferro confirmaverit:

16 Hic igitur providerit quidē illi ut non decidat, sciēs illud nō posse sibi ipsi adjumentum afferre: etenim imago est, & opus habet adjumento.

17 Sed quum de possessionibus, & nuptiis suis, & liberis orat;

18 Non pudet ipsum alloqui rem inanimā: sed de sanitate quidem invocat id quod nullis est viribus, pro vita verò quod mortuum est rogat, & pro auxilio *c* quod nullam planè sui experientiam exhibuit supplicat,

19 Et de profectione ab eo quod ne gressu quidē uti potest, & de quæstu & opere ac manuum cōsequutione ab eo quod ignavissimū est manibus, commodam effectionem petit.

Caput XIIII.

1 E Diverso aliquis se ad navigandum comparās & feros permeaturus fluctus, lignū putridius inclamat eo quod fert ipsum:

2 [1] Hoc enim cupiditas quæstuum excogitavit, & artifex peritia comparavit,

3 Tuaque, ô pater, gubernat providentia: nam *a* proposuisti etiam in mari viam, & in fluctibus securum callem,

4 Demōstrans te posse ab omni re servare, ut etiam sine arte aliquis possit [2] supergredi,

5 Neque vis otiosa esse opera sapiētiæ tuæ: propterea etiam minimo ligno credunt homines *b* se ipsos, & pervadentes fluctum [3] rate conservantur.

6 Nam etiā principio pereuntibus superbis gigantibus, spes mundi ad ratem confugiens reliquum

1 Hoc ita accipiendum est. q. d. isti homines duobus argumētis in sententiam hanc adducuntur, nēpe specie & operatione eorum quæ habent pro diis; ac proinde digniores sunt excusatione quàm illi de quibus deinceps à ℣. 10. nec tamen propterea planè sunt excusandi, ℣. 8.

2 id est, res naturales quę in seculo sunt, indagare.

a Gr. artu elaborationem.

b Gr. accurato otio suo.

c Gr. imperitissimum: sic hoc accipio activa significatione.

1 Institutam comparationem inter lignum idôli, & navis, ℣. 11. deinceps explicat; agens de ligno navis, usque ad vers. 8. de idôlis verò, sequentibus.

2 Gr. dedisti.

2 i. super mare ambulare, quum voles.

b Gr. animas.

3 vel potius navi tumultuariè facta, qualis est ea quam Festus caudicariam vocat.

reliquum fecit seculo semen naturæ *nostræ* gubernata manu tua.

7 ‖ Benedictum enim lignũ fuit[4] per quod est justitia:

8 Illud verò manu factũ maledictum est, ipsum, & qui fecit illud: quoniam hic quidem elaboravit, illud verò corruptum nominatur Deus.

8 Ex æquo *sunt* exosa Deo, & qui facit impiè & impietas ipsius:

10 Etenim quod factum est cum eo qui fecit punietur.

11 Propterea etiam in idôla gẽtium animadversio futura est, quia inter creaturas Dei ad rem abominandam facta sunt; ut *c* quę sint offendicula animis hominum, & laqueus pedibus insipientium:

12 [5] Principium enim scortationis est idolorum excogitatio, & illorum inventio corruptela vitæ:

13 Nam neq; à principio erant, neq; in seculum futura sunt,

14 Quum vana opinatione hominum venerint in mundum, ac propterea præcisus [6] illarum finis excogitatus sit.

15 *d* Acerbo enim luctu vexatus pater quũ filii citò sublati imaginem fecisset; hominem tunc quidem mortuum, nunc verò ut Deum affecit honoribus, & subditis mysteria sacrificiaque tradidit.

16 Deinde *e* procedente tempore invalescens hæc impia consuetudo tamquam lex custodita est, & tyrannorum pręceptis cultus sculptilibus attributus est:

17 Quos quum *f* in os nõ possent honoribus prosequi homines, eo quòd longè habitarent; longinquam eorum faciem effigurãtes, cõspicuam imaginem regis quem honorabant fecerunt, ut absenti *g* studiosè tamquã præsenti assentarentur.

18 Ad *h* incrementum autem cultus ignorantes etiam provocavit ambitio artificis.

19 Etenim hic fortasse dominatori volens placere detorserit arte similitudinem ad aliquid pulcrius:

20 Multitudo verò pertractum optima operis gratia hominem, qui paulò ante honorabatur, jam numen *esse* duxerint.

21 Atque *i* hæ fuerunt in vitam hanc insidiæ, quòd aut calamitati, aut tyrannidi servientes homines [7] nomen illud lapidibus & lignis imposuerunt quod communicari cum illis non potest.

22 Deinde nõ satis fuit errare in Dei cognitione; sed etiam in magno vivẽtes bello ignorantiæ, tanta mala appellant pacem:

23 Nam aut sacrificia ex cæde liberorum, aut occulta mysteria, aut furiosas ex alienis legibus comissationes agentes,

24 Neque instituta vitæ, neq; nuptias ampliùs puras custodiunt; sed alter alterum aut insidians tollit, aut adulterans dolore afficit:

25 Omnia denique se promiscuè habent, sanguis, & cędes, furtum, & dolus, corruptela, perfidia, tumultus, perjurium, perturbatio bonorum,

26 Gratiæ oblivio, animarum inquinatio, naturæ immutatio, nuptiarum confusio, adulterium, & impudicitia.

27 Nam idolorum quæ ne nominãda quidem essent cultus principium omnis mali, [8] causáque, & finis est:

[4] Gen. 6. i. quo Ecclesia, thesaurus justitiæ tuæ, fuit cõservata & adhuc permanet.

[c] Gr. & ad offendicula & ad laqueum.

[5] nam ex quo idola invecta sunt, timor Dei intercidit, & janua ad omnem nequitiam amplissima aperta est.

[6] nempe opinationum .q. d. falsi dolores sola opinione in stultorum mẽtib[9] ingenerati idôla invexerunt, quibus superstitiosi excogitarunt se doloré suũ brevi emollituros & superaturos esse.

[d] Gr. intempestivo: metaphora à fructibus immaturis.

[e] Gr. in tempore.

[f] Gr. in aspectu.

[g] Gr. per studium.

[h] Gr. intentionem.

[i] Græc. hoc fuit vitæ ad insidias

[7] i. nomẽ Dei.

[8] i. efficiens ut inde à principio fuerit atque sit: nam cessante causa (ut aiunt illi) effectus cessat, sic ergo causæ nõmen progressum & continuationem denotat.

28 Aut enim lætãtes furunt, aut prophetãt res falsas, aut vivunt injustè, aut pejerant citò:

29 Nam qui inanimis idolis confidunt, quando jurarunt improbè, non exspectant ut *k* injustitiæ arguantur.

30 Deutrisque verò subsequentur ipsos ea quæ justa sunt, [9] eo quòd male senserint de Deo attendentes idôlis, & injustè juraverint dolo contemnentes sanctimoniam:

31 Non enim eorum per quos juratur potentia; sed [10] jus peccantium semper injustorum hominum transgressioni supervenit.

CAPUT XV.

1 TU autẽ, ô Deus noster, bonus *es*, & verax, longanimis, & misericordia administrans omnia:

2 Etenim si [1] peccaverimus, tui sumus nos qui novimus potentiam tuam: non sumus autem peccaturi, scientes nos in tuis reputatos esse.

3 Nam cognoscere te absoluta est justitia, & nosse potentiam tuam radix immortalitatis.

4 Neque enim seduxit nos improbæ artis humana cogitatio, neq; umbra picturarum, *qui* labor infructuosus *est*, species maculata coloribus diversis,

5 Quarum aspectus insipientibus *a* appetentiam excitat, quæ cõcupiscit mortuæ imaginis speciem carentem spiritu.

6 Rerum malarum amatores, dignique talibus exspectationibus *sunt* & qui faciunt, & qui concupiscunt, & qui colunt eas:

7 Etenim figulus teneram terram premẽs laboriosè quidem fingit ad ministerium nostrũ unum quodq; *vas*; sed ex eodẽ luto finxit cùm vasa operibus mundi servientia, contrariaque omnia similiter, quorũ utriusq; quis *sit* cujusque usus iudicat figulus:

8 Tum improbè laborans Deum vanũ ex eodem fingit luto, *illius imaginem* [2] qui paulò antè è terra natus, paulò pòst proficiscetur in eam ex qua desumtus est, quum repetitum fuerit debitum præsentis vitæ.

9 Enimverò [3] curæ est ei non quòd laboraturus sit, neque quòd brevem vitam habeat; sed concertat cum aurificibus, & argentariis, & fabros ærarios imitatur, & gloriæ ducit quòd res adulterinas fingit:

10 Cinis *est* cor illius, & terrâ vilior *est* spes illorum, & vita illius luto inhonoratior:

11 Quia ignoravit eum qui finxit se, & qui inspiravit ipsi animam efficacem, & sufflavit in ipsum vitalem spiritum.

12 Verùm ratiocinati sunt rem ludricã esse vitam nostram, & vitam hanc publicum mercatum esse quæstuosum: nam oportere dicũt undecumque etiam ex malo acquirere:

13 Hic enim supra omnes novit se peccare, qui materiæ terreæ fragilia vasa sculptaq; fabricatur.

14 Omnes verò insipientissimi sunt miseri, inquã, insipiẽtiores animis infantium, inimici populi tui, qui potentia in ipsum abutũtur:

15 Quandoquidem omnia idola gentium Deos esse reputant, quibus neque oculorum usus ad aspectum est, neque nares ad contractionem aëris, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad contrectationem, & quorum pedes inanes sunt ad gressum.

16 Homo enim fecit illa, & spiritus mutuatus effinxit illa: nã nemo homo similem illis potest Deum fingere?

[k] Græc. injusti sint: Hebraismus.

[9] i. propter impietatem atque injustitiã, ut Rom. 1.

[10] i. in peccãtes à Deo latum, non ab idolis importatum.

[1] i. si vixerimus in peccatis, conscii sumus potẽtiæ tuæ: sed à peccatis abstinemus cõscii æternæ misericordię.

[a] Gr. ad appetentiam venis

[2] i. hominis mortalis: periphrasis.

[3] i. neq; laboris sui gravitatem, neque vitæ brevitatem expẽdit, modò ambitiosam gloriam suam ex opificio suo consequatur.

17 Sed cum sit mortalis, rem mortuã operatur manibus iniquis: melior enim est suis numinibus; quippe cùm ipse quidem vivat, illa verò minimè.

18 Quin etiam animalia colunt inimicissima: nam etiamsi [4] dementiâ inter se comparentur, aliis deteriora sunt;

19 Neq; ita pulcra sunt ad aspectum inter animantia, ut desideremus ea; sed [5] fugerunt & Dei laudem & benedictionem ejus.

[4] i. ab homine dementissimo, qui ipse (ut ut mente careat) neque ea desiderãda, neq; servanda judicabit; sed à natura sentiet animalia esse laude & benedictione carentia, ac proinde minimè esse colendas illorum species: quod ostenditur sequente vers. [5] id est, & illaudata sunt ipsa per se, ac potius turpia, & maledicta apud omnes: ut sunt serpentes, quos Ægyptii coluerunt.

Caput XVI.

[a] Græc. dignè

1 QUapropter à similib. puniti sunt *a* meritò, & à multitudine bestiarum cruciati.

2 ‖ Cujus punitionis loco benefecisti populo tuo, quibus *b* concupiscente appetentia alimẽtum præparasti novi gustus coturnicẽ:

‖ Exod. 17.
[b] Gr. ad concupiscentiam appetentiæ.

3 Ut illi quidem concupiscentes ab alimẽto averterentur [1] propter demonstratam illã appetentiam eorum qui emittebantur etiam necessariam, hi verò paulisper indigentes effecti etiam novum participarent gustum.

[1] i. propterea quòd Jisraelitarum (quos ejiciebant ex Ægypto) penuriam vidẽtes non curaverant, neque naturalis illarum appetentiæque necessaria est miserti fuerant.

4 Oportebat enim illis quidem qui tyrannidem exercebant indigentiam supervenire inevitabilem, his verò solùm ostẽdi quomodo hostes ipsorum cruciarentur.

5 Etenim quando illis sævus supervenit bestiarum furor, morsibusque tortuosorum anguium corrupti sunt;

‖ Num. 21.

6 ‖ Non ad extremum usq; mansit ira tua: sed ut admonerẽtur, ad breve tempus fuerũt conturbati, symbolum habentes salutis ad recordationem mandati legis tuæ.

7 Nam qui advertebat ad illud, non per illud servatus est quod videbatur ab ipso; sed per te servatorem omnium.

8 Atq; hoc *pacto* persuasisti hostibus nostris te esse qui liberas ab omni malo.

‖ Exod. 8.

9 ‖ Hos enim locustarum & muscarũ occiderunt morsus, neq; inventum est remedium animæ istorum; quia digni erãt qui ab hujusmodi rebus punirentur.

10 Filios verò tuos ne venenatorum quidẽ draconum superarunt dentes, quoniã misericordia tua ex adverso veniens sanavit illos.

11 Nam ad recordationem sermonum tuorum velociter conservati sunt quando aculeis cõfixi fuerant, ne in profundam oblivionem decidentes *c* abalienarentur à beneficio tuo.

[c] Gr. immobiles fierent.

12 Etenim neq; herba neque malagma curavit eos; sed tuus, Domine, sermo qui sanat omnia:

13 Tu enim vitæ ac mortis potestatem habes, & deducis ad portas inferni reducisque.

14 Homo quidem occidit malitia sua; sed egressum spiritum nõ reducet, neq; religaturus est animam desumtam:

15 Tuam verò manũ nihil potest effugere.

16 Nam impii qui negabãt te à se cognosci, flagellati sunt rubore brachii tui, novis pluviis, grandinibusq;, & imbribus *d* exagitati quæ non poterant effugere, & igne consumti.

[d] Gr. persequuti inevitabiliter.

17 Quod enim mirabile supra omnia est, in aqua exstinguẽte omnia plus efficacitatis habebat ignis; quia hic mundus justorum propugnator est:

18 Nam modò quidem mitescebat flamma ne combureret animalia quæ contra impios immissa erant, sed ipsi intuentes agnoscerent se exagitari judicio Dei:

19 Modò verò etiam inter aquam supra ignis facultatem ardebat, ut terræ injustæ fœtus corrumperet.

20 ‖ Quorum loco alimento Angelorum cibasti populum tuum, & [2] comparatum panem sine labore è cælo misisti ipsis, qui ad omnem voluptatem & omnem convenientẽ gustum poterat temperari.

‖ Psal. 78. 25.
[2] periphrasis man, qua auctor consultò utitur ut propriã Hebrææ vocis notationẽ indicet: vide Exod. 16. 16.

21 [3] Substãtia enim tua patefaciebat tuam erga liberos suavitatem, quum occurrentis cujusq; subserviens desiderio temperabatur secundùm illud quod volebat quisque.

[3] i. substantia man à te creata & data populo tuo: sic malim accipere quam referre ad naturam Dei.

22 Nix autem & glacies sustinens ignem non tamen liquescebat, ut agnoscerẽt ignem ardentem in nive & in pluviis coruscantem fructus hostium consumsisse.

23 Hic verò è contrario; ut alerentur justi, etiam propriæ facultatis oblitus est.

24 Nam creatura tibi qui fecisti omnia subserviens ad punitionem contra injustos intẽditur, & remittitur ad beneficentiam pro iis qui confidunt in te.

25 Propterea etiam in omnia tũc transformata, gratiæ tuæ omnium altrici subserviebat ad voluntatem *e* gentium;

[e] vel precantiũ

26 Ut discerent filii tui quos dilexisti, Domine, naturas fructuum non alere hominẽ; sed verbum tuum eos qui tibi credunt conservare.

27 Illud enim quod ab igne nõ consumebatur, simpliciter à radio solis calefactũ brevi liquescebat:

28 Ut notum esset oportere ut antevertamus solem ad gratias agendas tibi, & ad exortum *f* solis oremus te.

[f] Græ. lucis.

29 Nam spes ingrati tamquã hiberna glacies liquescet, diffluẽtque ut aqua inutilis.

Caput XVII.

1 [1] NAm magna *sunt* tua judicia & inenarrabilia; quapropter ineruditæ animæ erraverunt.

[1] His verbis explicatur causa cur pios oporteat solẽ antevertere sanctis officiis, ut dictum est suprà 16. 28. & cur è contrario Dei opera ab impiis non percipiantur.

2 ‖ Iniqui enim, qui se dominatu abusuros in gentem sanctam præsumebant, detenti vinculis tenebrarum, & compediti inclusi tectis noctis longissimæ, perfugæ à providentia æterna jacuerunt.

‖ Exod. 10.

3 Nam quum statuerent se in occultis peccatis obscuro oblivionis velamento latitaturos esse, dispersi sunt expavescentes graviter & simulacris perturbati.

4 Neque enim [2] spelunca quæ continebat ipsos vacuos metu conservavit; sed soni conturbantes ipsos circumstrepebant, & visa tristia *a* flebilibus formis apparebant.

[2] i. vana illa præfidentia quã statuerãt fore ut obscuro oblivionis velo, tamquã in spelunca latitarent, ut dixerat vers. proximo.

5 Ac ignis quidem nulla vis poterat illustrare, neque lucidæ astrorum flammæ sustinebant illuminare atram illam noctem;

[a] Gr. non ridẽtibus faciebas.

6 Sed apparebat ipsis solum pyra timore plena ultrò, exterritique à visione illa quæ nõ erat aspectabilis, ea quæ videbant ducebant *b* pessima:

[b] Græc. pejora. Atticismus.

7 Ita jacebant magicæ artis ludibria, & [3] contumeliosum indicium arrogantium prudentiæ suæ incumbentium.

[3] i. contumeliosa illa in Deum & Moschen magia, qua se jactaverant effecturos ut signa à Mosche edita essent ludibrio.

8 Nam qui promittebant timores & perturbationes à laborante animo depellere, hi ridiculo ex timore laborabant.

9 Etenim si nihil ipsos turbulentum conterruerat;

10 Bestiarum transvectionibus, & reptiliũ sibilis

sibilis abacti peribant tremebundi, & recusantes aërem intueri quem nulla ex parte poterant effugere:

11 Nam res timida est improbitas teste proprio condemnata, & semper res graves præsumit dum constringitur conscientiâ:

12 Nihil enim est metus nisi *c* abjectio eorũ adjumentorum quæ à ratiocinatione sunt.

13 Quum autem intrinsecus minor est ista [4] abjectio, eò majorẽ ratiocinatur esse ignorantiam illius causæ quæ tormentum præbet.

14 Ii verò qui noctem illam revera *d* intolerabilem & ex inferni intolerabilis speluncis supervenientem eumdem somnum dormiebant,

15 Modò portentis agitabantur fantasmatum, modò abjectione animi sui *e* deficiebãt, quum repentinus ipsis & non exspectatus timor supervenisset:

16 Deinde hoc pacto quicumq; tandem illuc inciderat custodiebatur cõclusus carcere carente ferro.

17 Nam sive agricola quis esset, sive pastor, sive laborum qui in desertis occupantur operarius, præoccupatus istam *f* inevitabilem necessitatem sustinebat:

18 Una enim tenebrarum catena omnes constricti erant.

19 Sive sibilãs ventus, sive [5] commoda vox avium inter densos ramos, sive numer[9] aquę euntis violentiâ, sive fragor immanis dejectarum petrarum, sive lascivientium animalium cursus invisus, sive rugientium immanissimorum animalium vox, sive *g* reflexa è cavitate montium echo, *hæc* illos exterrentia dissolvebant.

20 Totus enim mundus lucido perlustrabatur lumine, & in expeditis occupabatur operibus:

21 Solis autẽ illis supernè protensa erat nox gravis, imago tenebrarum quæ ipsos erãt susceptura, sed ipsi sibi graviores erãt tenebris.

b Gr. traditio: sic vers. seq. & 15.

[4] Græcè quidem legitur προσδοκία, i. exspectatio; sed vocem hanc pro altera consimili non dubito irrepsisse quã ex præcedẽte versu. & 15. reposuim[9]: sensus est quò minus urgetur conscientia, eò magis improbos cõfidere ignorari mala sua, quę sunt ipsorum cruciat[9] causæ.

d Gr. impossibilem.

e Græ. dissolvebantur.

f Gr. indissolubilem.

[5] sic vertimus τὸ ἐυμελὲς sequuti Vitruvium: est enim cõmodũ quicquid partes habet inter sese modulis convenientibus.

g Gr. refracta, sive repercussa infracta, ut loquitur Plinius.

CAPUT XVIII.

1 AT sanctis tuis maxima erat lux; quorũ vocem quidem audiẽtes, sed non videntes formam,

2 Prędicabant beatos illos quòd non paterentur eadem etiã quæ ipsi, & gratias agebant quòd non nocerẽt quãvis ante injuria affecti essent, & quòd discrepassent ab illis *a* veniam precabantur,

3 ‖ Quorum loco igne flagrantem columnã, quæ & dux esset profectionis ignotæ & sol innocuus magnificæ peregrinationis, prębuisti.

4 Etenim illi digni *erant* qui privarẽtur luce & custodirentur in tenebris, qui inclusos custodiverant filios tuos, per quos incorrupta legis lux seculo danda erat.

5 ‖ Quumq; consilia inivissent illi occidẽdi infantes sanctorum; ‖ & exposito & servato [1] uno filio ad redargutionẽ abstulisti illis multitudinem filiorum, ‖ quos uno animo insequentes perdidisti in aqua vehementi.

6 Illa nox[2] priùs innotuerat majoribus nostris, ut securè cognoscentes quibus credidissent juramentis, freti illis bono essent animo.

7 Sic accepta est à populo tuo tum salus justorum, tum inimicorum perditio.

8 Ut enim puniveras adversarios, sic etiam nos accersens glorificabas.

a Gr. gratiam

‖ *Exod. 13.*

‖ *Exod. 1*

‖ *Exod. 2.*

[1] Mosche.

‖ *Exod. 14.*

[2] nam Deus imperaverat, Exod. 11. & Mosche verbis illius denunciaverat Exodi 12.

9 Nam occultè sacrificaverant sanctí bonorum pueri, & *b* divinam legem cõcordia disposuerãt, eorumdem pariter & bonorum & periculorum participes fore sanctos, jam majorũ laudes animo pręceptas concinentes.

10 Resonabat verò absonus inimicorũ clamor, & miserabilis huc illuc ferebatur vox lamentantium puerorum,

11 Cùm servi pari jure cum domino puniti, tum popularis eadem perpetientis cũ rege:

12 Unoque animo omnes *c* mortem unam [3] nominantes mortuos habebant innumerabiles: neque enim ad sepeliendum sufficiebãt vivi, quum momento uno *d* honoratissima ipsorum generatio corrupta esset.

13 Nam qui nihil crediderãt propter [4] veneficia, in primogenitorum interitu confessi sunt populum filium esse Dei:

14 Quum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in *e* suo veloce cursu media esset,

15 Omnipotens tuus sermo è cęlis è *f* throno regali præcisus bellator in medium interitui adjudicatæ illius terræ desiliit,

16 Ut gladium acutum, ferens mandatum tuum non simulatum, qui cõsistens implevit omnia morte; cælum quidem pertingens, sed etiam in terra ambulans.

17 Tunc repentè & visa somniorum gravium exturbarunt eos, & institerunt timores inopinati:

18 Et alius alibi prostratus semimortuus patefaciebat quam ob causam moreretur.

19 Nam somnia quæ turbaverant eos hoc antè indicaverant, ne ignorantes cur malè afficiebantur perirent.

20 ‖ Contigit quidẽ aliquando justos etiã tentatio mortis, & fractio multitudinis facta est in deserto; sed non diu permansit ira:

21 Festinans enim vir inculpatus propugnavit, arma sui ministerii orationem, & suffitus placationem afferens obstitit iræ, & finẽ imposuit calamitati, ostendens se tuum servũ esse.

22 Vicit enim vastatorem illum nõ robore corporis, non armorum efficacitate: sed verbo subjecit ultorem, juramenta majorum federaque recordatus.

23 Nam quum jamque acervatim cecidissent alii super alios mortui, intermedius stans rescidit iram, & divisit viam quæ ad vivos *spectabat*;

24 [5] Quoniam talari vestimento impositus erat totus ornatus, & majorum gloriæ inerant sculpturæ lapidum ordinibus quatuor dispositæ, & majestas tua super diadema capitis illius.

25 His cessit vastator, & hæc timuit: nam sola illa sufficiebat iræ tentatio.

b Gr. divinitatis.

c Gr. in uno nomine mortis.

[3] id est, eam nominatim accersentes ex animo præ doloris sui gravitate.

d Græ. honoratior.

[4] id est, artes magicas, de quibus suprà 17. 7.

e Græ. propria velocitate.

f Græ. thronis regalibus, ut suprà 9. 4.

‖ *Num. 12.*

[5] i. quoniã sacerdotis summi officio defungebatur, qui in Lege typus erat Christi, ut Apostolus ad Hebræos docet.

CAPUT XIX

1 IMpiis verò ad finem usque [1] animus institit immisericors:

2 Prænoverat enim res etiam futuras illorum fore, ut quum ipsi permisissent discedere & *a* studiosè deduxissent illos, pœnitẽtia ducti persequerentur.

3 Nam quum adhuc haberẽt præ manibus luctus, ‖ ejularentq; ad sepulcra mortuorum; alteram adhibuerunt cogitationem amentię,

[1] i. spiritus Dei in illos infestus: nam hæc vox ἀπὸ κοινοῦ ad sequentẽ quoq; versũ transferenda est.

a Gr. cũ studio.

‖ *Exod. 11.*

& quos emiserant supplicantes eos ut fugitivos persequuti sunt:

4 Trahebat enim ipsos ad finem istum digna ipsis necessitas; quę eorum quæ acciderant oblivionem injecerat, ut plenè perferrent punitionem [2] tormentis illis deficientem;

[a] i. quæ sola punitio desiderabatur ad tormenta antecedentia.

5 Ac populus quidem tuus iter opinionem superans trāsiret; illi verò novam *b* consequerentur mortem.

[b] Gr. invenrēt.

6 Tota enim creatura in suo genere de integro supernè reformabatur, ut deserviret propriis mandatis, ut tui pueri custodirentur illæsi.

7 Castra inumbrās nubes, & ex aqua quæ antè illic fuerat *c* fundus aridæ terrę fuit conspicuus, ex rubro inquam mari via expedita, & viridans campus è fluctu violento,

[c] Gr. receptio vel revestitio: ut ita loquamur.

8 Per quem tota gens qui protegebantur manu tua transiverunt, spectantes portenta admirabilia.

9 Nam velut equi pasti sunt, & velut agni exsultaverunt laudantes te, Domine, liberatorem suum.

‖ Exod. 11.

10 ‖ Memores enim adhuc erant eorū quę evenerant in terra peregrinationis suæ; quomodo pro generatione animalium terra eduxisset muscas, & pro aquatilibus eructasset fluvius ranarum multitudinem.

‖ Exod. 16.

11 ‖ Postea verò ipsi quoq; viderunt novam progeniem avium, quum abducti concupiscentia peterent escas *d* delicatas.

[d] Gr. deliciarū.

12 Nam ad consolationem ipsorum ascenderunt è mari coturnices.

13 Atque hæ quidem pœnę supervenerūt peccatoribus, non sine antegressis signis, vi fulgurum: justè enim patiebantur à suis ipsorum improbitatibus: etenim *e* [3] gravissimum peregrinorum odium exercebant:

[e] Gr. gravius.

[3] quam gravitatem sequētibus auctor amplificat per Sedomitarum comparationem.

14 Cum [4] illi quidem *f* ignotos homines advenientes non acciperent, hi verò beneficos peregrinos servituti manciparent:

[4] puta Sedomitæ, quorū institutur cū Ægyptiis cōparatio.

[f] Gr. nō cognoscentes.

15 Neque solùm istud, sed ([5] quæcumque tandem sit horum consideratio) quum illi inimicè alienos exceperint, hi verò postquam *g* festivè acceperant, homines jamque juris ejusdem participes laboribus gravibus afflixerint.

[5] id est, utcumque istorum inter se comparatione placebit dispicere.

[g] Gr. cum festivitatibus.

16 Itaq; percussi sunt etiam cęcitate, sicut ‖ illi ad fores illius justi quum vastis circumamicti tenebris quisque suarum forium viam perquireret.

‖ Gen. 19.

17 Elementa enim per se commutata sunt, quemadmodum in Psalterio soni nomen numerosum mutant, etsi voces ubiq; permanēt: quod quidem ex accurato rerum quæ factæ sunt aspectu licet conjicere.

18 Nam terrestria in aquatica mutabātur, & natatilia transibant super terram.

19 Ignis valebat in aqua propriæ facultatis oblitus, & aqua naturam *h* exstinguendi non recordabatur.

[h] Græc. exstinctricem.

20 Flammæ è diverso carnes animantium corruptioni infestarum non tabefaciebant, quum hîc ambularent, [6] neq; liquabile *man*, glaciali specie, genus ad liquescendum commodum alimenti *i* suprà quàm humani.

[6] hic repetendum est ζευγματικῶς tabefaciendi sive liquefaciendi verbum: sensus est, neque flammæ ad quas coquebatur man hoc poterant efficere quod Solis radii præstabant; nam ad Solē man liquescebat facillimè; ad ignem verò coquebatur, non autem disperibat igne; quum alioqui constitutione glaciali esset, & æque dissolveretur Solē ac exarescceret: vide Exod. 16. & suprà 16. 27.

[i] Gr. ambrosia.

21 Nam in omnibus, Domine, magnificasti populum tuum, & affecisti gloria, neq; despexisti quin omni tempore & loco adsisteres.

ECCLESIASTICUS,
SIVE SAPIENTIA JESU FILII SIRACHI.

Incerti auctoris præfatio.

1 HIc Jesus Sirachi erat filius, [1] nepos Jesu ejusdem nominis.

[1] E gente Elkazari, ut habent quidam libri infrà 50. 21.

2 Hic ergo temporibus inferioribus vixit post captivitatem & revocationem *populi*, & post Prophetas omnes fermè.

3 Avus autem ipsius Jesus, quemadmodum hic quoque testatur, vir fuit [2] inter Hebręos laboris studiosus ac prudentissimus:

[2] sic interpretari malumus ex versu ultimo.

4 Qui non solùm aliorum hominum præditorum intelligentia qui ante ipsum fuerunt sapienter dicta contulit, verùm etiam ipse sua quædam pronunciavit permultæ intelligentiæ & sapientiæ plena.

5 Quum igitur librum hunc primus Jesus ferè bona ex parte collectum relinquens è vivis excessisset, Sirach ille post eum iterum assumens proprio filio Jesu reliquit illum.

6 Atque hic eumdem capiens totum convenienter aptatum in unum *a* volumen comparavit, & sapientiam de suo, patrisque, adeoque de avi nomine appellavit; ex ipso nomine sapientiæ alliciens, ut *b* ampliore studio auditor ad hujus libri meditationem accederet.

[a] Græ. compositionem.

[b] Gr. amanter magis haberet ad meditationem.

7 Itaque sermones prudentiæ, ænigmataque, & parabolas continet, & cùm singulares quasdam veteres Deoque gratas historias de viris qui bene placuerunt Deo, tum orationē & hymnum illius: præterea etiam quibus beneficiis dignatus sit Deus populum suum *prosequi*, & quibus expleverit malis inimicos ipsorum.

[3] Græcam vocem sic interpretor, cùm ex notatione illius, tum ex veritate hujus cōparationis: nam alioquin audax & ferme blasphemum fuerit hujus sapientiam cum Schelomonis æquare sapientia.

8 Sectator Schelomonis hic Jesus fuit, nihil minus quàm ille [3] incumbens probandæ sapientiæ & eruditioni: qui verè & multiplex fuit scientia, & appellatus est.

Prologus

Prologus auctoris in Sapientiam Jesu filii Sirachi.

1 Cùm multa & magna nobis per legem & Prophetas aliosq; qui hos sequuti sunt tradita fuerint, quorum causa laudandus est Jisraël eruditionis nomine & sapientiæ;

2 Atq; ita non solùm ipsos quum legent sapientiores fieri opus sit, sed etiam oporteat ut qui discendi erunt studiosi, exteris utiles esse possint cùm dicendo, tum etiam scribendo:

3 Avus meus Jesus, postquam se plurimùm in lectione dedisset tam legis prophetarumq; quàm aliorum librorum *a* quos à patribus accepimus, atq; in eis aptam facultatem consequutus esset;

[a] *Gr. patriorũ*

4 Adductus est ipse quoq; ut aliquid scriberet earum rerum quæ ad eruditionem & sapientiam pertinent,

5 Ut disciplinæ studiosi & qui horum facti sunt participes ampliùs adhuc augescant legitima institutione vitæ.

6 Itaque moniti estote ut *b* lectioni huic cum benevolentia & attentione incumbatis, nobisque detis veniam si facultate vocum quarumdam destitui videbimur quibusdam in locis, in quibus interpretandis studiosè laboravimus:

[b] *Gr. lectionem hanc faciatis.*

7 Non enim æque valent eadem per se, quum dicuntur Hebraicè, & quum in linguã alteram transferuntur:

8 Neque solùm ista; sed etiam alia, & lex ipsa, & prophetiæ, & *c* libri reliqui nõ mediocriter antecellunt sermone suo enunciata:

[c] *Gr. librorum*

9 Nam [1] trigesimo octavo anno Euergetæ regis, quum venissem in Ægyptum & aliquod tempus ibi consumsissem, inveni non mediocris disciplinæ viaticum.

[1] Aut hic locus corruptus dicẽdus est, aut ex eo corrigẽdũ Eusebii Chronicon, ubi Evergetes scribitur annos viginti sex tãtum regnũ Ægypti tenuisse: quod posterius malim.

10 Quapropter summè necessarium esse statui, ut ipse aliquod studium laboremque conferrem ad interpretandum hunc librum, multis vigiliis ad scientiam hanc adhibitis [2] illo temporis intervallo:

[2] nempe quo à regione mea abfui cõversans in Ægypto.

11 Ut ad finem librum perductum ederemus, atque hoc pacto eos qui in [3] peregrinatione voluerint studio disciplinę incumbere, antè informaremus in moribus quibus ex lege vitam traducerent.

[3] id est, hac vita, in qua peregrinamur absentes à Domino, ut Psal. 39. 13. & 119. 18. & 2. Corinth. 5. 6.

CAPUT I.

1 Omnis sapientia à Domino, atque apud ipsum est in seculum.

2 Arenam maris, & guttas pluviæ, diesque seculi quis enumeret?

3 Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, abyssumq;, & sapientiam quis pervestiget?

4 Prior omnibus creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æternitate.

5 Fons sapientiæ *est* sermo Dei *versantis* in altissimis, & viæ [1] ejus mandata æterna.

[1] puta sapientiæ, id est, viæ quibus pervenitur ad sapientiã, sunt mandata æterna Dei: sic interpretamur ex ℣. 24.

6 Radix sapientiæ cui retecta est? & callida ejus facta quis novit?

7 Unus est sapiens, reverendus valde, insidens throno suo,

8 Dominus; is creavit eam; & novit ac recensuit eam,

9 Et effudit eam in omnia opera sua, adest omni carni pro donatione ejus; & suppeditavit eam diligentibus ipsum.

10 Reverentia Domini est gloria, & prædicatio, lætitiaque, & corona exsultationis.

11 Reverentia Domini delectatura est cor, & inditura lætitiam, gaudiumq;, & longævitatem.

12 Timẽti Dominum bene futurum est ad finem usq;, & die mortis ejus benedicetur illi.

13 Principium sapientiæ est revereri Dominum: hæc adest fidelibus, in utero cũ ipsis creata est.

14 Cum hominibus [2] fundamentum æternitatis nidificavit, & cum semine eorum *quibus* credita est.

[2] id est, instravit inde à cõceptu viam fidelibus, quæ perventuri sunt ad vitam æternam

15 [3] Plenitudo sapientiæ est revereri Dominum: nam inebriat eos suis fructibus,

[3] vel exundatio; quam significationẽ spectare videtur inebriandi verbum.

16 Omnem domum eorum implet *a* desideratis rebus suis, & cellas fœtibus suis.

[a] *Gr. desideriis.*

17 Utraq; autẽ sunt dona Dei ad [4] pacem.

[4] id est, prosperitatem afferentia: respicit enim ad reverentiam Dei & sapientiam.

18 Corona sapientiæ *est* revereri Dominũ, progerminans pacem & incolumitatem *b* salutarem: nam gloriationem amplificat diligentibus eum.

[b] *Græc. salutis, vel curationis.*

19 Scientiam & cognitionem *c* intelligentem velut imbrem profundit sapiẽtia, & gloriam exaltat eorum qui obtinent ipsam.

[c] *Gr. intelligẽtia.*

20 Radix sapiẽtiæ est revereri Dominum, & rami ejus sunt *d* longævitatis.

[d] *Gr. longævitas.*

21 Reverentia Domini depellit peccata, & permanens avertit iram.

22 Non potest iracundus *e* quisquam justificari; nam momentum iracundię ejus *est* ruinæ ipsi.

[e] *Græc. vir.*

23 Ad tempus sustinet lõganimus, & postea editura est se lætitia ipsi:

24 Ad tempus occultaturus est sermones suos, & labia multorum enarrabunt intelligentiam ejus.

25 In thesauris sapientiæ *sunt* parabolæ *f* scitæ; sed abominationi *est* peccatori pietas.

[f] *Gra. scientiæ.*

26 Si cupis sapientiam, observa mandata; & Dominus eam suppeditabit tibi.

27 Sapientia enim ac eruditio est reverẽtia Domini, & *g* perplacet ei fides ac mãsuetudo.

[g] *Gr. placitum ejus.*

28 Ne diffidas reverentię Domini *h* quum egebis neque accedas eum duplice *i* animo.

[h] *Gr. indigens existens.*

[i] *Gr. corde.*

29 Ne simulatus esto [5] *k* ut si ora humana habeas, & labiis tuis ne adhære.

[5] id est, ut si duas aut plures personas ageres, aut duo pluráve ora haberes in capite tuo: hoc ita accipiendum adjuncta confirmant.

[k] *Gra. in oribus humanis.*

30 Ne exaltes te ipsum, ut cadens non inducas animæ tuæ ignominiam.

31 Nam revelaturus esset Dominus omnia occulta tua, & in medio congregationis dejecturus te;

32 Quoniam non accesseris ex veritate ad reverentiam Domini, sed animus tuus *fuerit* dolo plenus.

CAPUT II.

1 Filii, si ad serviendum Domino accesseris, compara *a* te ipsum ad tentationem,

[a] *Gra. animæ tuam. sic ℣. 25.*

2 Dirige cor tuum & perdura, neque præfestines tempore *b* quo inducetur illa.

[b] *Gr. inductionis.*

3 Agglutinator ei ac ne absistito, ut augearis ad finem usque tuum.

4 Quicquid inductum fuerit tibi, accipe libenter; & ad commutationem dejectionis tuæ *sperandam* esto longanimus:

5 Nam ut igne probatur aurum, sic homines accepti camino dejectionis.

6 Crede ipsi, & suscipiet te; & dirige vias tuas, spemque colloca in illo.

7 Qui reveremini Dominum, credite ipsi; ac non decidet merces vestra.

8 Qui reveremini Dominũ, spẽ habetote

de bonis, & de lætitia *c* æternitatis ac misericordiæ:

9 Qui reveremini Dominum, exspectate misericordiam ejus; neque declinate ut non decidatis:

10 Aspicite ad antiquas ætates, & videte,

11 Quis fiduciam habens in Domino pudefactus est?

12 Aut quis manens in reverentia ejus derelictus est? aut quis invocavit eum & *d* despectus est ab eo?

13 Quoniam pius & misericors Dominus, longanimus, ac plurimus misericordia, & remittit peccata, & servat afflictionis tempore.

14 Væ cordibus timidis, & manibus remissis, & peccatori ingredienti [1] calles duos.

15 Væ cordi remisso; quia non credit, propterea non protegetur.

16 Væ vobis qui perdidistis patientiam:

17 Ecquid facturi estis quum *e* animadvertet Dominus?

18 Qui reverentur Dominũ, non diffident verbis ejus; & qui diligunt eum, conservabũt vias ejus.

19 Qui reverẽtur Dominum, quærent *f* ut placeant ei:

20 Et qui diligunt eum explebuntur lege.

21 Qui reverentur Dominum, præparabũt corda sua, & coram eo abjicient se ipsos,

22 *Dicentes*; incidamus in manus Dei, ac non in manus hominum.

23 [2] Nam ut majestas ejus, ita etiam *est* ej' misericordia.

renitate glaciei superveniente ita dissolvẽtur peccata tua.

17 Tamquam blasphemus est qui derelinquit patrem suum, & exsecratione perfusus à Domino qui ad iram provocat matrem suam.

18 Fili, opera tua *e* mansuetè ad finem perduc, & ab homine accepto diligêris.

19 Quò major es, eò magis te ipsum abjice; & coram Domino *f* consequeris gratiam.

20 Multi sunt excelsi & gloriosi supra modum; sed mansuetis revelantur arcana: nam magna est potestas Domini, sed ab humilibus gloriam adipiscitur.

21 Difficiliora *g* captu tuo ne quæras temerè, & valentiora *h* viribus tuis ne exquiras insipienter; quæ mandata sunt tibi hæc sanctè cogita:

22 Non enim opus est tibi *i* ut occulta intuearis oculis.

23 *k* Ut redundantes sint sermones tui, ne curiosè laborato:

24 [4] Nam plura *l* quàm intellectus humanus capiat demonstrata sunt tibi.

25 Multos seduxit præsumtio ipsorũ vana, & suspicio prava labefactavit cogitationem eorum: [5] pupillas non habens indigebis luce; sed si cognitionis expers, ne annunciato.

26 Cor durum affligetur *m* tandem; & qui amat periculum, in illo periturus est.

27 Cor durum gravabitur rebus laboriosis, & peccator peccata addet peccato.

28 *n* Quum inducitur superbo *afflictio*, nõ est curatio: itinera ejus radicitus cõvellentur, quia planta improbitatis radicata est in eo.

29 Cor intelligentis cogitabit de parabola, & auris hujusmodi auditoris *o* à sapiente exoptatur.

30 Ignem flammantem exstinguet aqua, & misericors beneficentia expiabitur à peccato:

31 Nam Dominus qui reddit gratiosè facta, in posterum recordaturus est; adeò ut *p* quo tempore ceciderit ille, statumen consequuturus sit.

Caput III.

1 Me patrẽ audite filii, & ita facite ut salvi sitis.

2 Nam Dominus gloriam attribuit patri *a* ut superior sit liberis, & judicium matris firmavit in filios.

3 Qui honorat patrem, expiatur à peccato:

4 Et qui gloriam tribuit matri suæ, similis est ei qui thesaurum colligit.

5 Qui honorat patrem, de filiis lætabitur, & die orationis suæ exaudietur.

6 Qui gloriam tribuit patri, longævus erit:

7 Et qui auscultat Domino, quietem affert matri suæ.

8 Qui reveretur Dominum, honoraturus est patrem, & tamquam dominus serviturus iis qui genuerunt ipsum.

9 Opere & sermone honora patrem tuum matremq;, ut superveniat tibi [1] ab hominibus benedictio:

10 Nam patris benedictio statuminat domos liberorum, maledictio verò matris eradicat fundamenta.

11 Ne glorieris de ignominia patris tui; nã non est tibi *b* gloriæ patris ignominia.

12 Gloria enim hominis *exsistit* ex honore patris ipsius, & *c* probro *est* liberis mater ignominiosa.

13 Fili, suscipe in senectute patrem tuum, neque dolore afficias eum in vita tua:

14 Et si quando deficietur intelligentia, da veniam, ac ne dedecore afficias illum, [2] *sed honorem habe* omnibus viribus tuis.

15 Misericordia etiam *d* erga patrem tuum non tradetur oblivioni, sed contra peccata [3] statumen domus erit adstructum tibi:

16 Die afflictionis fiet mentio tui, velut se-

Caput IIII

Fili, vitam pauperis ne destituito, neque *a* oculis indigentibus [1] protrahas *beneficentiam*.

2 Animam esuriẽtem ne afficias molestia, neque protrahas viro *b* quum in egestate est.

3 Cor *c* exacerbatum ne ampliùs turbes, neque protrahas donum *ab* indigente:

4 Supplicem afflictum ne abjicias, neque avertas faciem tuam à paupere:

5 Ab egente ne avertas oculum, neque des locum homini maledicenti tibi:

6 Maledicentis enim tibi ex acerbitate animi sui orationem exaudiet qui fecit ipsum.

7 Amicum te ipsum *d* exhibe cõgregationi, & *e* coram magnate demitte caput tuum.

8 Inclina aurem tuam ad pauperem libenter, & responde ei *f* mansuete verbis pacis.

9 Exime eum cui fit injuria è manu injurii; neque sis minuto animo quum judicas.

10 Esto orphano tamquam pater, & pro viro matri *g* orphanorum:

11 Ita futurus es tamquam filius Altissimi, & diliget te magis quàm mater tua.

12 Sapientia exaltat filios suos, & prehendit manu eos qui quærunt ipsam.

13 Qui diligit eam, diligit vitam, & qui manè incumbunt in eam, lætitia explebuntur.

14 Qui obtinet eam, hæreditatẽ percipiet gloriæ;

---

[a] Gr. seculi.

[b] Gr. despexit eum, sed passivè ad evidentiam reddidimus.

[1] id est, incerto homini, qui huc illuc ex dubitatione diffidentiaque impellitur. Jacob. 1. 8. & suprà 1. 26.

[c] Gr. invisus.

[d] Gr. beneplacitum apud eum.

[2] id est, æquè hęc atque illa apud Deũ infinita est: elegans cõsolationis locus.

[a] Gr. super liberos.

[1] id est, à parentibus quibus auctoritatem & jus attribuit Dominus suę benedictionis conferendæ, ut Exod. 20. 11. sic interpretatur sequens versus.

[b] Gr. gloria.

[c] Gr. probrum.

[2] ellipsis contrarii, ut Gen. 33. 10.

[d] Gr. patris.

[3] sic interpretamur ex ver. 11.

[e] Gr. in mansuetudine.

[f] Gr. invenietis.

[g] Gr. te.

[h] Gr. te.

[i] Gr. occultis quæ inuseatur.

[k] Gr. in redundantibus sermonum.

[4] elegans ætiologia à rerũ sive materiæ quam Deus nobis explicavit verbo amplitudine. quasi dicat, ne anquiras fucos & lenocinia verborũ, quũ hoc neq; Dei exemplo præceptisve, neque rerum dignitati & amplitudini conveniat.

[l] Gr. intellectus hominum.

[5] hoc modo comparantur cæcis quicũq; prẽsumtionibus animi & suspicionibus circum fluentes se putant esse lynceos.

[m] Gr. in ultimis.

[n] Gr. in indulctione superbiæ.

[o] Gr. concupiscentia est sapientiæ.

[p] Gr. tempore casus sui invenient statumen.

[a] Gr oculos indigentes: sic sequente vers.

[1] Nempe suppeditare quod ad vitam est necessarium: quod nos exprimimus uno beneficentiæ nomine.

[b] Gr. in egestate ipsius

[c] Gr. irritatum nempe inopia.

[d] Gr. fac.

[e] Gr. magnati.

[f] Gr. in mansuetudine pacifica

[g] Gr. eorum.

gloriæ; & quocumq; ingreditur ea, *illic* benedicet Dominus.

15 Qui ſerviunt illi, ſunt miniſtraturi [2] ſancto: nam diligentes illam diligit Dominus.

16 Qui obedit illi, judicaturus eſt gẽtes; & qui attendit ad illam, confidenter habitabit.

17 Si [3] crediderit, hæreditatem percipiet illius; & in poſſeſſione erunt horum *h* poſteri.

18 Nam diſtortè *quidem* ambulatura eſt cũ eo *i* primùm,

19 Timorem & metum adductura ſuper eum, & cruciatura eum eruditione ſua, donec crediderit anima ipſius & tentaverit ipſum in ſtatutis ſuis:

20 Sed rurſum redibit ad ipſum rectà & lętificabit ipſum,

21 Detegens ipſi occultas res ſuas.

22 Si ſeductus fuerit; deſeret ipſum, & tradet ipſum *k* poteſtati caſus ipſius.

23 Conſerva occaſionem; & cave à malo:

24 Ac ne pudefias *l* precio animæ tuæ.

25 Nam eſt pudor adducens peccatum, & pudor eſt *m* glorioſus & gratus.

26 Ne ſuſcipias perſonam *n* damno animę tuæ, ac ne reverearis ad ruinam tuam.

27 Ne prohibeas ſermonẽ tẽpore ſalutis,

28 Ac ne occultes ſapientiã tuam *o* ut bellus videaris.

29 Nam ſermone cognoſcitur ſapientia, & eruditio ex verbis linguæ.

30 Ne cõtradicas veritati *p* ullo modo, ſed verecundia cohibetor *q* ne mentiaris inopia eruditionis tuæ.

31 Ne verecunderis confiteri peccata tua; neque vim affer defluxioni fluminis.

32 Ne ſubſternas te ipſum *r* cuiquã ſtulto, ac ne ſuſcipias perſonam potentis.

33 Ad mortem uſque certa pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te.

34 Ne ſis audax lingua tua, iners verò ac remiſſus in tuis operibus.

35 Ne ſis tamquam leo domi tuę & tamquã ex viſo proclivis ad percutiẽdum inter famulos tuos.

36 Ne eſto manus tua extenta ad accipiendum, ad reddendum verò contracta.

[2] id eſt, Deo quemadmodum hoc epitheto Hebræi plurimùm Deum notare ſolent.
[3] nempe ſapientia ſe ipſam homini commiſerit. quaſi dicat, nunquã extorquebitur à Deo qui cum ſe illa communicãbit: ſic accipitur hoc verbũ verſu 19.
h Gr. generationes.
i Gr. inprimiu.
k Gr. in manus caſus; Hebraiſmus.
l Gr. pro anima tua.
m Gr. gloria & gratia.
n Gr. contra animam tuam.
o Gr. ad bellicem.
p Gr. ne quidẽ ſecundum unũ.
q Gr. de mendacio inerudiciones tuæ.
r Gr. homini.

CAPUT V.

1 NE innitaris pecuniis tuis, ac ne dixeris, ſufficientes mihi ſunt ad vitam.

2 [1] Ne perſequaris animam tuam & robur tuum, ambulando in viis cordis tui.

3 Ne dixeris, quis in me judicem ageret propter opera mea? nam Dominus *a* omnino injuriam tuam ulturus eſſet.

4 Ne dixeris, peccaveram; ecquid mihi adfuit moleſtum? nã Dominus eſt longanimus, nequaquam verò dimiſſurus te.

5 De expiatione ne ſecurus eſto *b* quum abundaveris, addendo peccata peccatis;

6 Ac ne dixeris, miſeratio illius multa eſt, multitudinẽ peccatorum meorum expiabit.

7 Nam miſericordia & ira apud ipſum *ſitæ ſunt*; ſed ſuper peccatores incubabit ejus indignatio.

8 Ne differas te ad Dominum convertere; neque dejicias *c* de die in diem:

9 Subitò enim prodibit ira Domini, qua attereris quando curam abjeceris ejus, & tẽpore ultionis diſperderis.

10 Ne innitaris pecuniis *d* injuſtè partis: nã nihil adjuvaturæ ſunt *a* quo die ultio adducetur.

11 Ne ventiles ad omnẽ ventũ, neq; pergas in omnem viam: ita *eſt* peccator bilinguis:

12 Eſto ſtabilis certa tua intelligentia, & unus eſto ſermo tuus.

13 Eſto celer *f* ad bene audiendum, eſtoq; ex veritate vita tua, & cum tolerantia reſponſionem rectam eloquere.

14 Si tibi eſt intelligentia, reſpõdeto proximo; ſin minùs, manus tua ſuper os tuum eſto.

15 Gloria & ignominia in loquutione *eſt*, & lingua hominis *eſt g* ruinę ipſi.

16 Ne voceris ſuſurro, ac lingua tua ne inſidiator:

17 Nam furi quidem ineſt laborioſa turpitudo, ſed bilingui peſſima condemnatio.

18 In [2] re magna æquè ac parva ne ullam quidem rem ignorato.

[1] i. ne ſimiliter voluntati tuæ ad eam explendam, aut robori tuo ad demõſtrandum illud innitaris.
a Gr. ulciſcens.
b Gr. in abundantia.
c Gr. diẽ ex die.
d Gr. injuſtiu.
e Gr. die inductionis.
f Gr. in auditione tua bona.
g Gr. ruina.
[2] id eſt, utriſque in rebus certo explora voluntatem Dei; ut certior de ea factus ſecuro animo obſequaris.

CAPUT VI.

1 IN primis *a* pro eo quod amicus es ne efficiaris inimicus; nam [1] malum hoc nomen hęreditatẽ percipiet pudoris & probri: ita peccator bilinguis ignominiam habiturus eſt.

2 Ne efferas teipſum in conſilio animæ tuæ, [2] ut non huc illuc rapiatur, velut taurus, anima tua.

3 [3] Folia tua comede; ſed perdes fructus tuos, ac te ipſum relinques ut lignum aridum.

4 Anima prava perdit poſſeſſorem ſuũ, qui ludibrium inimicorum ipſam effecturus eſt.

5 Guttur ſuave multiplicat amicos ſuos, & lingua bene loquens multiplicat qui bonis verbis compellent ipſam.

6 Qui pacem colant tecum, multi ſunto; conſiliarii verò tui unus è millenis.

7 Si cõparaturus es amicum, in afflictione compara eum; neque citò credas te ipſum ei:

8 Nam eſt amicus tempore ſuo, qui non permanet die afflictionis tuæ:

9 Eſt item amicus qui ad inimicitiam *b* traducitur, & certamen *c* probroſum tibi revelaturus eſt:

10 Item amicus eſt menſarum particeps, qui non permanebit die afflictionis tuæ;

11 Sed rebus ſecundis tuis erit tamquam tu, & in familiares tuos utetur libertate:

12 Sin deprimeris, contra te ſtabit; & à facie tua occultabitur.

13 Ab inimicis tuis ſeparator, & ab amicis tuis tibi attende.

14 Amicus fidus valida *eſt* protectio; quem qui *d* adeptus eſt, theſaurum adeptus eſt.

15 Amici fidi non eſt pretium quo permutetur, & nullum eſt pondus *e* æquans pulcritudinem ejus.

16 Amicus fidus medicamentum *eſt* vitæ; quem qui timent Dominum, conſequentur.

17 Qui timet Dominum, diriget amicitiam ſuam; quia *f* prout ipſe *eſt*, ſic etiam propinqui ipſius futuri *ſunt*.

18 Fili, à juventute tua elige eruditionem, & ad canos uſque conſequeris ſapientiam.

19 Cujus bonos fructus exſpectato.

20 Nam in elaboratione ejus paululum fatigaberis, ſed citò comedes de fœtibus ejus.

21 Quàm aſpera eſt valde rudibus! quũ in ea non permaneat excors.

22 [4] Tamquã lapis indicaturę fortis apud illum futura eſt, nec tardabit abjicere eam:

23 Nam ſapientia [5] ſecundum nomẽ ſuum eſt, neque eſt multis manifeſta.

a Gr. pro amicitia &c.
[1] Nempe mutabilitatis & incõſtantię in amicitiis cõtinendis.
[2] quaſi dicat, ne ſi tuo ipſius cõſilio acquieſcas, ac non aliorum cõſilia complectaris; labores ex cõſiliorum inſtabilitate, & tamquã taurus ferociens incerto & vago impetu huc illuc feraris: quòd malum alienis ferè conſiliis cõtrigitur.
[3] loquutio eſt Συγκεφαλαιωτικὴ qua ſapiens hominẽ conſiliis ſuis prę-fidentem cõpellat allegoricè: tua (inquit) conſilia ſunt velut folia recens enata, quibus ſi utaris, & fructus tuos & te ipſum itaperdideris. ut ſi quis tenera folia germinaque arborum cõederet.
b Gr. tranſportatur.
c Gr. probri.
d Gr. invenit.
e Gr. pulcritudinu ejus.
f Gr. ſecundum ipſum.
[4] id eſt, non pluris faciet eam quàm lydium lapidẽ quiſquis aurũ neſcit, ſed perinde abjicit ut gemmã gallus Æſopicus.
[5] id eſt, ſapiẽtũ eſt ſolum, qui ſunt pauciſſimi.

24 Audi, fili, & elige sententiam meã, neq; abjice consilium meum; sed infer pedes tuos in pedicas ejus, & in collare ejus collum tuũ.

25 Subde humerum tuum, & bajula eam, neque inimicè feras vincula ejus.

26 Ex toto animo tuo accede eam, & totis viribus tuis conserva vias ejus:

27 Investiga, & quære, & innotescet tibi; deinde compos factus eam ne dimittito:

28 *g* Tandem enim consequeris requiem ejus, & vertetur tibi in lætitiam:

29 Eruntq; tibi pedicæ illius pro tegumẽto roboris, & collaria ejus pro stola gloriæ:

30 Nam ornamentum aureum est ei, & vincula ejus *sunt* glomus hyacinthinum.

31 Ut stolam gloriæ indues eam, & coronã exsultationis tibi ipsi circumdabis.

32 Si cupiveris fili, erudieris; & si dedas animum tuum, eris solers:

33 Si dilexeris audire, recipies intelligentiam, & si inclinaveris aurem tuam, sapiens eris.

34 In multitudine seniorum cõsiste, & qui sapiẽs *est* huic agglutinare; omnem narrationem divinam cupito audire, & parœmiæ intelligentiæ ne effugiant te.

35 Si virũ intelligentẽ videris, manè adito eũ; & gradus januarum ejus deterito pes tu[9].

36 Cogitationem habe in mãdatis Domini perfectè, & præcepta ejus meditare semper: ipse stabiliet cor tuum, & *h* concupita sapientia tradetur tibi.

g Gr. in ultimis invenies

h Gr. concupiscentia sapientiæ.

Caput VII.

1 NE facias mala, & mala non deprehendẽt te.

2 Absiste ab injusto, & peccatum declinabit à te.

3 Fili, ne serito in sulcis injustitiæ, & minimè *a* septuplum eorum metes.

4 Ne requiras à Domino principatum, neque à rege cathedram gloriæ.

5 Ne justitiam tibi asseras coram Domino, neque coram rege sapientiam.

6 Ne quæras fieri judex, ne nõ valeas injustè facta tollere; ne quando metuas à facie potẽtis, & ponas offensionem in recto itinere tuo.

7 Ne pecces in multitudinem civitatis, & ne immittas te ipsum in turbam.

8 Ne *b* alligeris bis peccato: nam uno non eris innocens.

9 Ne dixeris, ad multitudinem donorum meorum respiciet, & quum obtulero Deo altissimo accipiet: [1] ne parvo animo sis in oratione tua; & ne despicias exercere misericordem beneficentiam.

10 Ne derideas hominem *c* cujus anima in acerbitate versatur: est enim qui deprimat & qui exaltet.

11 Ne exares mendacium in fratrem tuum, neque amico facias *d* similiter.

12 Ne velis mentiri ullo mendacio: nã assiduitas ejus non est futura *e* bono.

13 Ne verbosus sis in multitudine seniorũ, neque repetas sermonem in oratione tua.

14 Ne oderis laboriosum opus, & agricolationem creatam ab Altissimo.

15 [2] Ne referas te ipsum in multitudinem peccatorum:

16 Memento iram non tardaturam esse.

17 Deprime valde animam tuã, cùm ultio impii ignis & vermis *futura sit*.

a Gr. ea septuplum.

b Gr. alliges bis peccatum.

[1] Sensus est, ne putes fore ut misericordiã donariis & oblationib[9] cõsequaris; sed omissa illa inani fiducia toto animo implora Dei misericordiã, qua una De[9] tibi propiti[9] est & tu acceptus illi: & eamdem misericordiã quã à Deo expetis, pro viribus tuis exerce, quam ille ut pater præstat, & tu ut filius misericordis patris.

c Gr. qui est in acerbitate animæ suæ.

d Gr. simile.

e Gr. ad bonũ.

[2] id est, ne facias peccatis tuis ut peccatoribus accẽsearis à Deo; sed judicii vẽturi metu in officio contineor.

18 Ne commutes amicum [3] ulla re quæ sit indifferens, neque fratrem germanum auro [4] ophirio.

19 Ne aberres ab uxore sapiente & bona; nam gratia ejus *est* superior auro.

20 Ne affligas famulũ opus facientẽ *f* fideliter, neq; mercenariũ qui tradit *g* se ipsum.

21 Famulum intelligentem diligito anima tua, ne prives eum libertate.

22 Si pecora tibi sunt, inspice illa: quòd si utilia sunt tibi, permaneant tibi.

23 Si liberi sunt tibi, erudi eos; & flecte à juventute collum eorum.

24 Filiæ sunt tibi, attende ad corpus earũ; neque hilarem præbeas erga illas vultum tuum.

25 Eloca filiam, & confeceris opus magnũ; sed viro intelligenti trade illam.

26 Uxor est tibi ex animo, ne ejicias eam; exosæ verò te ipsum ne addicito.

27 Ex toto corde gloria affice patrem tuũ, & matris dolores ne obliviscaris:

28 Memento te per illos fuisse genitum: quid enim redditurus es eis, quemadmodum illi *fecerunt* tibi?

29 Ex toto animo tuo reverere Dominum, & sacerdotes ipsius admirare; ex totis viribus dilige eum qui fecit te, & ne derelinquas ministros ejus.

30 Time Dominum, gloriaq; affice sacerdotem:

31 Et da ei partem prout mãdatum est tibi,

32 Primitias, & *sacrificium h* pro reatu,

33 Et donum *i* armorũ, & sacrificium sanctificationis, primitiasque [5] sanctorum:

34 Et mendico porrige manum tuam, ut consecrata sit benedictio tua.

35 Gratia doni corã omni vivente *spectata est*; etiam [6] super mortuo gratiam ne avertito.

36 Ne recedas à flentibus, sed cum lugentibus luge.

37 Ne pigreris infirmum invisere: nam ex hujusmodi *rebus* amaberis.

38 In omnibus sermonibus tuis memento *k* finis tui, & in *l* æternum non peccaturus es.

[3] sensus est, amicitiam tãtisper cõtinẽdum potes bona in Dei fide & conscientia; neque propter ullã rem mediam sive indifferẽtem, quam sine fidei dãno pius acquirere potest aut amittere, amicitiẽ jactutam facito: sic infrà 27. 1. legendum fortè ἕνεκα δραφέων, i. ulla re pretiosa. [4] Græca verba depravata sunt pro quibus ita legendum spondeo. μηδὲ ἀλλοτρίου πρὸς σόν σε ἐν χρυσῷ ὀφείρ.

f Gr. in veritate.

g Gr. animam suam.

h Gr. pro delicto.

i Gr. brachiorum.

[5] id est, quæ cum sanctis communicãda sunt ex lege, & ad sanctum locum pertinent.

[6] id est, etiam mortuorum nomẽ in posteris ipsorũ cole, ut loquitur Scriptura Ruth. 2 8 quod genus loquutionis explicant sequentia.

k Gr. ultimorũ tuorum.

l Gr. sæculum.

Caput VIII.

1 NE contendas cum homine principatũ obtinente, ne quando incidas in man[9] ipsius:

2 Ne rixeris cum homine divite, ne quando [1] statuat adversum te libram:

3 Multos enim perdidit aurum, etiam regum animus inclinavit.

4 Ne contendas cum homine *a* verboso, neque aggeras ad ignem illius ligna.

5 Ne ludificeris cum rudi, [2] ut non afficiantur ignominia progenitores tui.

6 Ne probro afficias hominem revertentẽ à peccato; memẽto nos omnes esse *b* infestos increpationibus.

7 Ne ignominia afficias *c* ullum de senectute ipsi[9], etenim ex *d* numero nostro senescunt *homines*.

8 Ne læteris de mortuo tibi inimicissimo, memento nos omnes mori.

9 Ne despicias narrationem sapiẽtum; sed in proverbiis illorum conversare:

10 Nam ab illis disces eruditionem, etiam ad ministrandum rectè magnatibus.

[1] i. ne muneribus oblatis ita prævaleas judicio contra te, ut fit quum lanci alteri plus ponderis imponitur: sic accipiendum commõstrat versus sequẽs quum dicitur etiam libra aut pretio apposito inclinari animos regum, qui tamen pretio minus corrũpi possunt.

a Gr. linguatẽ.

[2] i. ne sis dedecori tuis parentibus, ex proverbio Dionysodori Trœzenii apud Plutarc. πῶς πατὴρ αἰνέσῃ εἰ μὴ κακοδαίμονες ὦσι.

b Gr. in increpationibus. *c Gr. hominem.* *d Gr. nobis.*

11 Ne

11 Ne aberres à narratione senum: etenim didicerunt ipsi à tuis parentibus.

12 Quia ab ipsis disces intelligentiam, etiam ad dandũ tẽpore necessitatis responsum.

13 [3] Ne incendas carbones peccatoris, ne comburaris igne *o* flammante illius.

14 Ne resilias à conspectu contumeliosi, ut non insideat velut insidiæ ori tuo.

15 Ne mutuum des homini potentiori te; quòd si dederis mutuum, ita esto quasi perdideris.

16 Ne spondeas supra vires tuas: quòd si sposponderis, ita curam habe quasi soluturus.

17 Ne judicio experiaris contra judicem, nam secundùm opinionẽ illius *f* judicabitur.

18 Cum audace ne *g* facias iter; ut non sit gravis in te: hic enim pro voluntate sua facturus est, & unà peribis hujus insipientia.

19 Cum iracundo ne *h* ineas certamen, ac ne *i* facias cum eo iter solitarium: ita enim *videtur* sanguis in oculis illius, quasi nihil esset; & ubi non est auxilium, ibi dejiciet te.

20 Cum stulto consilium ne ineas, nam non posset celare verbum.

21 Coram alieno rem occultandam ne facias: nescis enim quid pariturus sit.

22 Cuivis homini ne exponas *k* animum tuum, & ne referat tibi gratiam falsam ullus.

[3] id est, ne provoces & irrites hominẽ sceleratũ.
[o] Gr. flammæ.
[f] Gr. judicabitur eum: hebraism.
[g] Gr. ambules in via.
[h] Gr. facias.
[i] Gr. ambules eum eo solitudinem.
[k] Gr. cor: ut ver. 3.

CAPUT IX.

NE sis zelotyp[9] uxoris *a* versantis in sinu tuo, neque doceas *eam* contra te disciplinam malam.

2 Ne dedas mulieri *b* te ipsum, ut [1] illa supra te ipsum ascendat.

3 Ne occurras mulieri meritoriæ, ne quando incidas in laqueos ejus.

4 Cum psaltria ne sis assiduus, ne quando capiaris institutis illius.

5 Virginem ne studeas habere notam, ne quando offensionem subeas [2] increpationibus illius.

6 Ne des te ipsum meretricibus, ut non perdas hæreditatem tuam.

7 Ne circumspicias *eam* per vicos civitatis, etiam in solitariis illius viis ne erres.

8 Averte oculum à muliere formosa, neq; studeas habere notã pulchritudinem alienã.

9 Nã pulchritudine mulieris multi seducti sunt, & ab ea tamquã ignis amor accenditur: ne ergo accumbas in ulnis complectens eam.

10 Cum muliere nupta ne sedeas planè, neque [3] symbolam cum illa conferas ad vinũ:

11 Ne quando declinet anima tua ad illam, tuoque spiritu in perditionem delabaris.

12 Ne relinquas amicum veterem, nam recens non est æqualis illi.

13 Ut vinũ novũ, amicus novus: si inveteratum fuerit, tũ *e* suaviter comprehende ipsum.

14 Ne invideas gloriæ peccatoris; nescis enim quæ sit illius subversio.

15 *d* [4] Ne placeãt tibi impiorum placita: memento eos [5] ad inferos usque minimè justos fore.

16 Longè absiste ab homine qui potestatem habet occidendi, ut minimè suspiceris timorem mortis.

17 Quòd si accesseris, ne derelinquas; ut non eripiat statim vitam tuam.

18 Cognosce te *e* medios laqueos pervadere, & in projecturis murorũ civitatis ambulare.

19 Pro viribus tuis conjecturam fac de *f* altero, & cum sapientibus ini consilia; cum intelligentibus esto confabulatio tua, & tota narratio tua de lege altissimi.

20 Viri justi sunto convictores tui, & in reverentia Domini esto gloriatio tua.

21 *g* Opera artificum laudatur opus, & dux populi sapiens sermone suo.

22 Formidabilis *est* in civitate sua vir *h* verbosus, & qui præceps est sermone suo odio futurus est.

[a] Gr. sinus tui, id est, tibi carissimæ: ut Deut. 28. 54.
[b] Gr animam tua: sic deinceps
[1] Nempe quæ ex lege viro subjecta est & tenetur lege illius, Rom. 7. 1. & 1. Corinth. 7. 39. quamobrem ἀνανδρος appellatur infra ver. 12.
[2] i. quum illa increpabitur facti sui nomine.
[3] aliud est symbolũ, id est, hospitalis tessera, aliud vero symbola, id est, collatum pretium nomine hospitii; hic vero planè de symbola verba accipienda sunt.
[e] Gr. cum lætitia.
[d] Gr. ne placeas tibi placita impiorum.
[4] hũc versum cum præcedẽte putamus conjungendũ prout duo membra inter se respondent, pro eo quod est, neq; illorum gloriam appetas, neque studia & institutum vitæ.
[5] id est, unquam.
[e] Gr. in medio laqueorum.
[f] Gr. propinquo.

CAPUT X.

1 JUdex sapiens erudit populum suum, & principatus intelligentis *ex ordine* institutus est.

2 *a* Qualis est judex populi, tales etiam *sunt* ministri ejus; & qualis est dux civitatis, tales omnes habitatores ejus.

3 Rex rudis perdit populum suum, civitas verò intelligentia potentum habitabitur.

4 In manu Domini *est* potestas hujus terræ, & eũ qui utilis est in ea suscitabit suo tẽpore.

5 In manu Domini est prosper successus viri, qui faciei literati gloriam suam appositurus est.

6 De ulla injuria ne irascaris proximo, & ne agas quicquam *b* contumeliosis factis:

7 Odiosa *est*, coram domino & hominibus superbia, & [1] ab utrisque ejicitur delictum injustum.

8 Regnum à *c* gente una ad alterum traducitur propter injustè facta, & contumelias, pecuniasque dolo partas: quamobrem superbit terra & cinis?

9 Avaro etenim nihil est iniquius:

10 Nam hic etiam suam ipsius animam venalem efficit, quia *d* dum vivit [2] abiiciunt *eam* interanea ipsius.

11 Longam infirmitatem resecat medicus; & [3] qui rex est hodie, cras etiã moriturus est:

12 Mortuo enim homine hæres serpentum & bestiarum ac vermium futurus est.

13 Principium superbiæ *est* quum homo absistit à Domino, quum ab opifice suo absistit *e* animus ipsius:

14 Nam principium peccati *est* superbia; & qui tenet eam contumeliis *quidem* abominandis afficit, sed subvertetur tandem.

15 Propterea *f* admirabiles inducit castigationes Dominus, & tandem subvertit eos:

16 Thronos magistratuum tollit dominus, & collocat mites in loco illorum intus:

17 Radices gentium superbarum evellit Dominus, & plantat in gloria humiles earum loco:

18 Regiones gentium subvertit Dominus perdens eas usque ad fundamenta terræ.

19 Sustulit ex eis, eosque perdidit;

20 Et amovit è terra memoriam eorum.

21 Non est à creatione indita hominibus superbia, neque ira animi natis mulierum.

22 Semen *g* securum *est* eorum qui reverentur Dominum, & pretiosa planta eorum qui diligunt ipsum; semen *h* ignominiosum est eorum qui non attendunt legi, semen *i* errabundum est eorum qui mãdata trãsiliũt.

23 *k* Inter fratres qui dux ipsorum est honoratus *est*; sed qui reverentur Dominum in oculis illius *sunt honorati*.

24 [4] Ante sortem principatus est reverentia Domini, duritas verò superbiaque amissio

[g] Gr. manu.
[h] Gr. linguam: ut supra. 8. 4.
[a] Gr. secundùm judicem populi; sic etiam, &c.
[b] Gr. contumelia.
[1] Hunc locum ex sermonis Hebraici cõparatione hoc modo reddimus, & sequentiũ verborum ratione: docetur enim sequentibus primùm ut ab hominibus expelluntur potẽtes qui auctoritate sua abutuntur; deinde vero ut deturbantur à Deo, sive morte, sive judiciis extra ordinem effectis.
[c] Gr. gente in gentem.
[d] Gr. in vita ejus.
[2] i. nihil minus quàm suã ipsius animã possidet, quũ eam perinde exponat ac si ultrò omnes hominis partes etiam intimæ conclamarent nullã animæ rationẽ haberi à se;
[3] i. & longam tyrannidem pestemq; reipublicæ resecat mors.
[e] Gr. cor.
[f] Gr. mirificas (ut ita loquamur) Dominus inductiones.
[g] Gr. securitatis.
[h] Gr. ignominiæ.
[i] Gr. erroris.
[k] Gr. in medio fratrum.
[4] i. antequam vir bonus obtineat principatum & honores sortiatur apud Deum, tamen tam est in pretio quàm magistratus ullus; ut contra qui dignitatem obtinet, si improbus est, nullius est pretii.

est principatus.

25 Divitis & gloriosi, ac pauperis, horum gloriatio *est* reverentia Domini.

26 Non est justum ut pauper intelligens afficiatur ignominia, neque convenit gloria affici [5] virum peccatorem.

27 Magnates quidem, judicesq; & potentes afficiuntur gloria, sed non est eorum quisquam major eo qui reveretur Dominum.

28 Famulo intelligenti ministrabunt liberi; & vir scientia prędituS quum eruditur, non obmurmurabit.

29 Ne sapiętem age in opere tuo faciendo, neque gloriosum age tempore angustiæ tuæ.

30 Nam melius est ei qui operatur & abūdat omnibus, quàm qui gloriosum agit & indiget pane.

31 Fili, mansuetudine gloriam compara animæ tuæ, & da honorem ei prout digna est.

32 Eum qui peccat in animam suam quis justum pronunciet? & eum qui vitam suam afficit ignominia quis ornet gloria?

33 Pauper afficitur gloria propter scientiam suā, dives verò afficitur propter divitias suas:

34 Is autem qui in paupertate afficitur gloria, quanto magis etiam afficeretur in divitiis?

[5] virum hoc loco ex Hebræorum usu accipe, pro eo qui divitiis aut alia re præstat: atque hoc pacto cōstabit antithesis.

Caput XI.

1 Sapiętia humilis *viri* exaltabit caput ipsius, & *a* inter magnates faciet ut cōsideat.

2 Ne laudes *b* quemquā de pulchritudine ipsius, neq; abomineris *c* ullū ex aspectu ipsius.

3 Parva *est* inter volucres apis, sed principatus *est* condimētorum dulcium fructus illius.

4 De amictu vestimentorū ne glorieris, & [1] die honoris ne extollaris; nam admirabilia sunt opera Domini, occultaque opera ejus hominibus.

5 Tyranni multi resederunt *d* humi, & is de quo nulla fuerat suspicio, gestavit diadema.

6 Multi potentes ignominia valde affecti sunt, & gloriosi traditi in aliorum manus.

7 Priusquàm perquisiveris, ne crimineris: cognosce primùm, atque tum increpa.

8 Priusquàm audiveris, ne respondeas; & in medium sermonum ne immittas verbum.

9 De re quæ *e* non attinet te ne litiges, & in judicio peccatorum ne consideas.

10 Fili, ne in multis occupentur actiones tuæ; nam si multis incubueris, non eris innocens; & si persequaris *multas* minimè consequeris; & si aufugeris, minimè effugies.

11 Est qui defatigatur labórans & festinans, atque eo magis deficitur.

12 Est ignavus indigens sublevatione, deficiens robore, & abundans paupertate, quem oculus Domini *f* beneficentissimè intuetur, & quem erigit ex abjectione ipsius.

13 Cujus exaltavit caput è contritione, & de quo multi contemplantes admirati sunt.

14 Bona & mala, vita & mors, paupertas divitiæque sunt à Domino.

15 Sapientia, scientiaque, & cognitio legis à Domino; charitas & viæ bonorum operum ab eo sunt.

16 Error & tenebræ creatæ sunt [2] cum peccatoribus; sed qui exsultant in malis, cum eis malum consenescit.

17 Donum Domini permanet piis, & benevolentia ejus successum bonum confert in seculum.

[a] *Gr. in mēdio magnatum.*
[b] *Gr. virum.*
[c] *Gr. hominē: sic deinceps.*

[1] Id est, quemadmodū considerato homine indignū est ut se de suis vestibus efferat, ita etiā indignum est ut de honoribū glorietur, cùm tā varii à Deo subministrentur exitus.
[d] *Gr. in pavimento.*
[e] *Gr. non est tibi.*

[f] *Gr. ad bona.*

[2] id est, cum omnibus hominibus qui à natura peccatores sunt, sed alii sapiętiam à Deo obtinent prędente vers. alii in naturali sua constitutione veterascunt.

18 Est qui ditescit attentione & parcimonia sua: [3] atque hæc portio ipsius *est* è mercede ipsius,

19 Quòd quum dicit ille, inveni requiem & jam comedam indesinenter de bonis meis, nescit tamen quale tempus præteribit ipsum, ut ea relinquat aliis moriens.

20 Consiste in [4] federe tuo, & versare in illo, atque in opere tuo veterasce.

21 Ne admireris opera peccatoris, sed crede Domino, & permane in labore tuo.

22 Nam leve *est factu* in oculis Domini, ut quàm citissimè ditet pauperem.

23 Benedictio Domini *est* in mercede pii, qui hora cita progerminat benedictionem ipsius.

24 Ne dicas, quæ est utilitas mihi *g* ab officio? & quæ deinceps mihi futura sunt bona?

25 Ne dicas, sufficiunt mihi, & *satis* multa sunt mihi quæ habeo, quid ergo deinceps affligem me in vita mea?

26 [5] Tempore bonorum *est* malorum oblivio, & tempore malorum non *est* bonorum recordatio:

27 Nam facile *est* coram Domino, ut die mortis reddat homini secūdùm opera ipsius.

28 [6] Afflictio horę oblivionem deliciarum efficit, hominis verò consummationem revelatio operum ipsius.

29 Ante mortē beatum ne prædices quēquam; etiam de liberis suis vir agnoscitur.

30 Ne quemvis hominem inducas in domum tuam: nam multæ *sunt* insidiæ diaboli.

31 Ut perdix venatrix in cavea, ita *est* cor superbi, & velut speculator invadēs ad ruinam:

32 Nam bona in mala convertens insidiatur, etiam iis qui stant à suis pattibus imponit maculam.

33 E parva scintilla multæ cōficiuntur prunæ, & homo peccator in sanguinem insidiatur *multum*.

34 Attentè cave à malefico; nam res pravas fabricatur, nę quando indat tibi maculam in seculo *duraturam*.

35 [7] In domum recipe alienum, & te pervertens conturbatione abalienabit te à rebus quæ tibi propriæ sunt.

[3] videlicet quæ exponitur sequente versu.

[4] videlicet quod tu cum Deo inivisti & accepta ab eo promissionum fide cōfirmasti te in functione tua permansurū: ut exponitur sequente ỷ.
[g] *Gr. placiti.*

Hic versus ad verba quoq; præcedentia pertinet illius hominis qui dicit se usurū rebus prēsentibus, & quādoquidem sibi bona adsunt se mala oblivione sepulturum, & de illis tum demum fore sollicitū quū supervenerint. quæ verba redarguūtur sequentib.

[6] comparatio est à minore ex præcedente hypothesi: si ita est ut dicis (inquit) tēpore malorū non esse boni recordationē & unius horę afflictionem afferre deliciarū omniū oblivionem, quid ergo futurum putas quum in judicio suo opera hominis revelabit Deus?

[7] ironicōs principium versus accipiendum est. Alluditur autem ad proverbium, qui canē alit externam, &c.

Caput XII.

1 Quādo benefacis cognosce cui facias, & *a* referetur gratia tuis beneficiis.

2 Benefac pio, & retributionem consequeris, quòd si non ab ipso, at ab altissimo.

3 Non erunt bona ei qui assidue incumbit in mala, & qui misericorde beneficentia non gratificatur; da pio, ac ne peccatorē suscipias.

4 Benefac humili ac ne des impio, impedito panes tuos, ac ne des ei, ut non illis potestatem in te comparet: nam duplicia mala *b* cōperies *obvenire* tibi pro bonis omnibus quibus eum affeceris.

5 Nam etiam altissimus peccatores odit, & piorum gratia redditurus est ultionem; sed custodit eos ad diem illum validū ultionis eorum; da viro bono, ac ne suscipias peccatorem.

6 [1] Nō ejicitur secundis rebus amicus iste, sed non occultus erit in adversis inimicus.

7 Secundis rebus alicujus tristes *sunt* inimici ejus, adversis autem illius etiam amicus separatur.

8 Ne credas inimico tuo in seculum.

9 Nam sicut æs affert æruginem, sic etiam [2] pravitas

[a] *Gr. erit.*

[b] *vel. reperiet tibi.*

[1] Hic versus de improborum amicitia dicitur hoc modo, quum bene est, non agnoscuntur amici infidi, ac proinde ejici non possunt: sed rebus adversis non erit obscura illorum inimicitia quod argumentum hoc toto capite exornatur.

[2] nempe vitium affert amicitiæ, ut æs rebus adjunctis æruginé.
[3] id est, experieris hac cautione adhibita non fore tibi damnosam illius æruginem, quam alioqui ex diuturno contagio contracturus esses.

2 pravitas illius.

10 Etiam si abjiciat se & inflexus ambulet, insiste animæ tuæ & custodi ab illo *ipsam*: sic eris erga ipsum tamquam qui abstergit speculum, & cognosces [3] non intulisse æruginem ad extremum usque.

11 Ne statuas eũ apud te ipsum, ne quando quũ subverterit cõsistat in loco tuo; ne colloces eum ad dexteram tuam ne quando sedem tuam quærat occupare, & *c* tãdem cognoscas sermones meos & pungaris verbis meis.

[d] *Gr. unà fermentari.*

12 Quis misereatur incantatoris à serpente morsi, aut omnium accedentium bestiis? sic hominis peccatorem accedentis & se *d* admiscentis peccatis ejus *nemo misericordiam habebit*,

13 Horam *unam* tecum permanebit in statione justa; sed si declinaveris, nequaquam perdurabit:

[4] id est, te eversum ludificabitur, nec amplius dissimulabit odium: loquutiones sunt parœmiacæ, ut 2. Reg. 19. Psa. 22. & alibi passim.

14 Ac labiis quidem suis aget suavem inimicus, sed in animo suo versabit consilia te in foveam evertendi:

15 Oculis suis lacrymabitur, sed si occasionẽ invenerit non poterit impleri sanguine; mala si obveniant tibi ibidem priorem quàm te inveniet illum; & quasi velit succurrere supplãtabit calcem tuum.

16 [4] Caput suum movebit, & applaudet manibus, & hîc illîc susurrabit multa, ac vultum suum commutabit.

CAPUT XIII.

[a] *Gr. supra te.*

1 QUi attrectat picem, inquinabitur ea; & qui communicat cum superbo, similis fiet ei.

2 Pondus *a* superans vires tuas ne tollas in vita tua, & cum eo qui robustior est te aut ditior te ne communices.

3 Quid communicatura esset olla cum lebete? illa si allidet, eadem conteretur.

[b] *Gr. rogant ipsum: Hebrais.*

4 Dives quum injuriam fecit, *b* rogatur tamen; pauper quum injuriam fecit, hic etiã minatur ampliùs.

[1] Apostrophe ad pauperem.
[c] *Gr. operatur in te: Hebrais.*

5 [1] Si utilis fueris, *c* opera tua utitur; quòd si deficiaris, afflicturus est te.

6 Et si habueris, cõvictor erit tu[9]; quumq; exhauserit te, tum non laborabit ipse.

[2] id est, uno aut altero cõvivio obstringet te ita ut pudori futurum sit tibi, nisi operam tuam universam ei cõmodaveris arbitratu ejus.
[d] *Gr. in ultimũ:*

7 Si opus te habuerit, & seducet te arridens tibi, & faciet tibi spẽ alloquens te bonis *verbis* & dicens, quid opus *est* tibi?

8 Sed pudore afficiet te [2] cibis suis bis aut ter *oblatis*, donec exhauserit te, & *d* tãdem deridebit te; ac posteà videns te derelinquet te, & caput suum movebit adversum te.

[3] i. hac inani honoris specie, quę te imprudentem videtur primùm lætitia perfundere.

9 Attentè cave ne seducaris mente,

10 Et ne abjiciaris [3] hac lætitia cordis tui.

11 Accersente potentiore te, esto ut qui subducit se; & eo magis te perget accersere.

12 Ne irruas, ut non detrudaris nullo judicio habito; & ne longè absistas, ut non tradaris oblivioni.

[4] puta in se ipsum. q. d. qui verba non tẽperat & liberat coram potẽtioribus, is vitæ suæ pessimè cõtulit.
[5] i. quisquis cũ potẽtioribus versaris, etiã tum quũ dormis istud documentum meum cogitare debes.

13 Ne des operam ut ex æquo alloquaris eum, & ne credas pluribus verbis ejus: nam multa loquutione probaturus est te, & tamquã arridens perquisiturus res occultas tuas.

14 [4] Immisericors est qui non custodit sermones: nam afflictioni tuæ & vinculis non parciturus est.

15 Conserva & attende valde ut audias, nã cum casu tuo obambulas.

16 Audiens ista, [5] in somno tuo vigila.

17 Tota vita dilige Dominum, & invoca eũ ad salutem tuam.

18 Omne animal diligit simile sibi, & omnis homo diligit [6] propinquum sibi.

[6] id est, conditione non absimilem.

19 Omnis caro cõgregatur cum suo genere, & ad similem sibi agglutinatur vir.

20 Quid cõmunicaturus esset lupus cum agno? similiter peccator cum pio?

21 Quæ pax esset hyenæ cum cane? & quę pax divitiũ cum paupere?

22 Ut venationes leonum sunt onagri in deserto, ita pascua divitum *sunt* pauperes.

23 Ut abominationi *est* superbis abjectio, ita *est* abominationi apud divitem pauper.

24 Dives [7] jactatus statuminatur ab amicis, pauper verò cadens ampliùs ab amicis depellitur.

[7] vel ejectus procellis & rerum adversũ fluctib[9].

25 Divitis collapsi multi sunt defensores; quum res tacendas eloquutus est, tamen justum ipsum pronunciant:

26 Si humilis lapsus est, increpatur ipse; *si* enunciaverit *e* verbum intelligentiæ, non tamen tribuitur ipsi locus.

[e] *Gr. intelligentiam.*

27 Divite loquente omnes silent, etiã sermonem ejus exaltaverunt ad nubes usque.

28 Paupere loquente dixerunt, quis iste *est?* & si offenderit ampliùs, subvertere solent ipsum.

29 Bonæ *sunt* divitiæ quibus non inest peccatum, & mala paupertas in ore impii.

30 Cor hominis mutat vultum ipsius, sive ad bona *spectet*, sive ad mala: nam animus in delectatione virescens bonũ vultum efficit.

[8] i. quòd jamque bona præsentia percipit & iis cum delectatione fruitur cui cõmodo ex adverso opponitur parabolarum inventio. i. quum torquendus est animus in dictis excogitãdis, aut rebus pervestigandis quæ fugiunt nos.
[f] *Gr. cum labore.*

31 Vestigium cordis [8] in bonis *versantis* est vultus virens, inventio autem parabolarum est *f* laboriosa cogitatio.

CAPUT XIIII.

1 BEatus *est* vir qui nõ labitur ore suo, ac nõ pungitur peccatorum multitudine:

2 Beatus quem non cõdemnat anima ipsius, & qui non decidit de spe sua in Dominum.

[a] *Gr. parvi verbi.*

3 Viro *a* sordido non *sunt* bonæ divitiæ, & viro invido quorsum pecuniæ?

[b] *Gr. ab anima sua.*

4 Qui colligit *b* subtrahendo animæ suæ, colligit aliis; & de bonis illius facient delicias alii.

5 Qui sibi ipsi malus est, cuinã erit bonus? non enim lætatur de pecuniis suis.

6 Non est pejor eo qui sibi ipsi invidet, atque hæc retributio *est* malitiæ illius.

7 Nam si benefecerit *sibi*, invitus facit, & *c* tandem declarabit malitiam suam.

[c] *Gr. in ultimũ.*

8 Invidus ad aspectũ oculi malus *est*, avertens faciem, & dispiciens animas.

9 Avari oculus non impletur parte, & injustitia improbi exsiccat animam ipsius.

10 Oculus malus invidet pani, & indigens *est* in mensa sua.

11 Fili, prout habueris, tibi ipsi benefacito, & oblationes dignè offerto Domino.

12 Memento mortẽ non tardare, & pactũ *d* cum sepulcro non fuisse demõstratum tibi.

[d] *Gr. sepulcri.*

13 Antequam moriaris benefac amico, & pro facultate tua extẽde *beneficium* & dato ei.

14 Ne defrauderis die bono, & pars cupiditatis bonæ ne prætereat te.

15 Nonne alteri relictur[9] esses labores tuos? & defatigationes tuas *e* divisuris hæreditatẽ?

[e] *Gr. in divisiones hæreditatis.*

16 Da & accipe, & *f* sanctè regito animam tuam:

[f] *Gr. sanctificato.*

17 Nam nõ est in sepulcro cur alimentum quæras.

18 Omnis caro tamquam vestimentũ vete-

rascit: nam hæc constitutio *est* inde à seculo, *g* omnino moriturus es.

g Gr. morte.

19 Quemadmodum folium virens in densa arbore illud abjiciente & hoc producente, ita etiam *se habet* generatio carnis & sanguinis: illa moritur, hæc verò gignitur.

20 Omne opus putrescens deficit, & cum eo abiturus est opifex illius.

21 Beatus vir qui cum sapientia res honestas meditatur, & qui intelligẽtia sua res sanctas disserit;

22 Qui cõsiderat vias suas cum corde suo, etiam res occultas [1] illius percipiet mente: *h* persequere illam ut vestigator, & *i* velut insidiator vias illius explora.

23 Qui flexus inspicit per fenestras illius, & ad januas illius auscultat:

24 Qui versatur proxime domum illius, & pangit ad muros illius palum, statuens tentorium suum ad manum illius:

25 Hic diversabitur in diversorio [2] bonorum, ponet liberos suos sub tegmine illius, & sub ramis illius acquiescet.

26 Protegetur ab illa adversus æstum, & in gloria illius diversabitur.

[1] Puta sapientiæ, de qua sequentia omnia dicuntur per allegoriam elegantissimam ut est Prov. 9.
h Gr. exi post illam.
i Gr. insidiare viis illius.
[2] id est, quo in diversorio omnia bona à Deo circũfluunt.

Caput XV.

1 Qui reveretur Dominum facturus est [1] ista, & potitus cognitione legis adipiscetur illam:

2 Quæ tamquam mater occurret ipsi, & tamquam *a* virginalis cõjunx excipiet ipsum.

3 Cibabit ipsum pane intelligentiæ, & bibendam præbebit ipsi aquam sapientiæ.

4 Statuminabitur super illam, ac minimè inclinabitur; & incumbet illi, ac minimè pudore afficietur.

5 Nam efferet eum supra proximos ipsius, & in medio Ecclesiæ aperiet os ejus.

6 Lætitiam & coronã exsultationis adipiscetur, & nomen æternũ erit hæreditariũ ei:

7 Nequaquam verò homines insipientes illam apprehensuri sunt, & viri peccatores neutiquam visuri illam,

8 Procul abest à superbia, & viri mendaces non faciunt mentionem illius.

9 Non *est* speciosa laus in ore peccatoris, quoniam à Domino non est immissa ei.

10 Nam per sapientiã prædicanda est laus, & Dominus prosperũ ei successũ daturus est:

11 Ne dicas, per Dominum factũ est ut deficerem; nam quæ odio habet ea non faceres.

12 Ne dicas, ipse finxit me; nam non habet opus viro peccatore.

13 Omnem rem abominandam odit Dominus: itaque *b* non amatur *illa* ab iis qui reverentur ipsum.

14 Ipse à principio quum fecit hominem permisit ipsum consilio ipsius, *dicens*; si voles, custodies mandata & fidem, faciendo quod placet.

15 Apposuit tibi ignem & aquam, ad utrũ volueris extende manum tuam.

16 [2] Coram hominibus est vita & mors:

17 Et utrumcumque placuerit dabitur ipsi.

18 Nam multa *est* sapientia Domini, & validus *est* potentia & videns omnia,

19 Et oculi ejus intuẽtur eos qui reverẽtur ipsum, & ipse cognoscit omne opus hominis.

20 Non præcepit cuiquam ut faciat impiè, nec dedit cuiquam peccandi licentiam.

[1] Quæ antè dicta sunt inde à versu 21.
a Gr. virginitatis.
b Gr. non est amata.
[2] id est, humano genere in Adamo. hîc autẽ frequentes anastrophæ sententiam illũminant.

Caput XVI.

1 Ne expetas inutilem liberorũ multitudinem, neque læteris de filiis impiis, si multi fuerint: ne læteris de ipsis, nisi adsit ipsis reverentia Domini.

2 Ne fidenter incumbas vitæ illorum; neque innitaris illorum multitudine:

3 Præstat enim justus unus *aliis* mille,

4 Et mori sine liberis quàm impios habere liberos.

5 Nam ab uno intelligente *a* instrui civitas habitatoribus potest, impiorum verò tribus citò desolabitur.

6 Multa hujusmodi vidit oculus meus, & potentiora his audivit auris mea.

7 In congregationem peccatorum accenditur ignis, & in gentem contumacem exardescit ira.

8 ‖ Nõ fuit placatus in omnes illos veteres gigantes, qui defecerãt robore insipiente suo:

9 ‖ Non pepercit vicinitati Loti, quos abominatus est propter superbiam ipsorum:

10 ‖ Non misertus est gentis *b* perditæ eorum qui procedebant cum peccatis suis quæ *c* perpetraverant:

11 Atque ita sexcenta millia peditum quæ collecta fuerant, in duritia cordis ipsorum flagellans, miserans, verberans, curansq; Dominus misericordia & eruditione conservavit; nam siquis fuerit dura cervice in populo, mirandum est istud si impunè tulerit:

12 Misericordia enim & ira sunt apud illũ.

13 Celeriter princeps est *d* placidissimus aut effundẽs iram: prout est multa misericordia ejus, ita etiam reprehensio ejus; quemque secundùm opera ipsius judicaturus est.

14 Non effugiet cum rapina pecator; ac minimè deficiet pii tolerantia.

15 Omni misericordi beneficentiæ da locum: nam quisq; secundùm opera sua inventurus est. ‖ Dominus induraverat Parhonem ne cognosceret ipsum, ut agnoscerẽtur efficacitates ipsius *rebus creatis* sub cęlo: omni creaturæ misericordia ejus manifesta est, nam lucem suam ac tenebras [1] adamante dispescuit.

16 Ne dicas, à Domino abscondar & apud excelsum quis mei memor futurus est?

17 In populo *e* quamplurimo nequaquam erit recordatio mei: nam quæ *est* anima mea *f* inter res creatas immensas?

18 Ecce cælum & cælum *g* summum, abyssus, & terra, & quæ in eis sunt, ad aspectum ejus commoventur; totus mundus qui factus fuit & qui est, [2] ad voluntatem ejus.

19 Unà mõtes ipsi & fundamẽta terræ, respiciẽte ad ea Domino, cõcutiuntur tremore.

20 Neque condignè cor de istis cogitare potest: nam vias illius quis percipiat animo?

21 [3] *Est* procella quam nemo videre potest; verùm plurima ipsius opera sunt in abditis.

22 Opera justitiæ ejus quis annunciare, aut quis sustinere possit? nam [4] longè *est* fedus ipsum & exquisitio *rerum* omnium in morte.

23 Qui submittit se, cogitat ista; sed vir insipiens res stultas seductus cogitat.

24 Audi me, fili, & disce scientiam, atque ad sermones meos attende *h* animo tuo.

25 Ostendam *i* pensitatè eruditionem, & accuratè enunciabo scientiam ejus.

26 Nam ex judicio Domini *sunt* opera ej[9] inde

[a] *Gr. eo habitabitur civitas.*
‖ *Gen. 6.*
‖ *Gen. 19.*
‖ *Exod. 14.*
b Gr. perditionis.
c Gr. fecerant.
d Gr. placationum.
‖ *Exod. 9. 16.*
[1] id est, firmissimè & validissimè: nam adamantinũ ex natura gẽmæ appellam[9] quicquid invictum *est* & robustissimum, ut Ismenias apud Plutarchum dicit amoris inter populares vincula esse adamantina ad rempubl. continendam.
e Gr. plure.
f Gr. in immissa creatura.
g Gr. cæli.
[2] puta cõmoveatur: quod ἀπὸ κοινοῦ oportet repeti.
[3] comparatio est à minore, & sensu integerrimo.
[4] id est, ne tũ quidem quũ ad tẽpus mortis pervenit homo, aut fedus Dei perfectè cõprehendere, quãtumvis sit eruditus ac pius, aut opera perquirere & pervestigare potest; quemadmodũ sapiens in Ecclesiaste docet.
h Græc. corde.
i Gr. in pondere eruditionem & in accuratione.

inde à principio;& *k* ex quo facta sunt, disposuit partes eorum.

27 Ornavit in seculum opera sua, prout ih manu ejus sunt principia illius in *l* generationem quamque: neque esurierunt neque fatigata sunt [5] in opificiis ejus, neque defecerunt ab operibus ejus.

28 Alterum non fuit alteri angustiæ,

29 Et in seculum usque non sunt immorigera sermoni ejus:

30 Nam [6] postea in terram respiciens Dominus implevit eam bonis suis.

31 *m* Cadaver omnis animantis tegit superficies illius, & in illam *n* revertuntur ipsa.

k Gr. à factura ipsorum.
l Gr. generationes generationum.
[5] idest, quo tẽpore creabat Deus, nihil effecerunt omnia; sed tãtum fuerunt prẽstò ad mãdatum Dei.
[6] nimirum quàm creata sunt à Deo.
m Gr. animã: ut Levit. 21. 1
n Gr. reversio ipsorum est.

CAPUT XVII.

1 DOminus creavit è terra hominem.

2 Et rursus in eam convertit ipsum.

3 Dies *a* numeratos & præfinitum tempus dedit ipsis, quum daret ipsis potestatem in ea quę super terram sunt:

4 Et induens eos robore *b* pro conditione ipsorum, secundùm imaginem suã fecit ipsos:

5 Imposuit timorem ejus cuilibet carni, ut bestiis & volucribus dominaretur.

6 Sed partem tribuens in *sua* similitudine [1] *c* sexto loco dedit ipsis mentem, *d* septimoque sermonem ad interpretationem efficacitatum ejus.

7 Consilium, & linguam, oculosque, aures & cor dedit ad cogitandum illis; scientia intelligente implevit eos, bonaque & mala demonstravit eis:

8 Adhibuit oculum suum ad corda eorum, dedit ut per secula gloriari possint de *factis* mirabilibus ipsius; ut intelligenter enarrent opera ipsius,

9 Et *e* nominatissimam sanctificationem ipsius electi laudent:

10 Adjecit eis scientiam, & legem vitæ hęreditariam dedit eis, ut percipiant animo se nunc mortales esse:

11 Fedus *f* perpetuum statuit cum eis; & judicia sua demonstravit eis.

12 Magnificam gloriam viderunt oculi eorum, & *g* gloriosam vocem ejus audivit auris eorum, quum diceret eis,

13 *h* Attentè cavete ab omni injustitia, & mandata eis singulis de propinquo daret.

14 Non sunt absconditæ ab oculis ejus vię illorum, perpetuò sunt ei expositæ; sed omnis homo à iuventute ad res malas *spectat*: itaque [2] non potuerunt corda sua pro lapideis facere carnea.

15 Nam *i* ‖ quum dividerentur gentes totius terræ, unicuique genti constituit ducem; sed assumsit Jisraelem *k* pro parte sua; quem ut primogenitus est nutrit eruditione, & in partem communicans lucem dilectionis non dimittit eum.

16 Quapropter omnia opera ipsorum sunt tamquam sol coram illo, & oculi illius assiduè intuentur vias ipsorum.

17 Non fuerunt occulta ab eo iniusta ipsorum facta, sed omnia peccata ipsorum exposita fuerunt Domino; Dominus verò, qui bonus est & agnoscit figmentum suum, neque dimisit eos, neq; reliquit *l* quin parceret ipsis.

18 Nam [3] misericordia *m* in virum *est* tamquam sigillum penes ipsum, & gratiam *n* erga hominem velut pupillam conservat, imperti-

a Gr. numeri.
b Gr. secundum ipsos.
[1] Nempe post quinque αἰσθήσεα, id est, sensus instrumenta, quę cum reliquis animãtibus homini sunt communia.
c Gr. sextum.
d Gr. septimũ.
e Gr. nomẽ sanctificationis.
f Gr. seculi.
g Gr. gloriam vocis.
h Gr. attẽdite.
[2] sed hoc potest unus qui promisit Deo, Jechezk. 11. 19. & 36. 26.
i Gr. in divisione gentium.
‖ *Deut. 32. 8.*
k Gr. sibi partẽ
l Gr. parcens.
[3] hanc germanam esse hujus versus interpretationem nobis tacentibus confirmãt adjuncta omnia. sensus est, Deum arcano suo consilio habere obsignatam misericordiã suam, qua suos in gratiam accepturus & velut pupillã oculi conservaturus est.
m Gr. viri.
n Gr. hominis.

ens filiis suis filiabusq; resipiscentiam; posteà vero exsurgens retribuet ipsis, retributionem inquam ipsorum retribuet in caput ipsorum.

19 Veruntamen resipiscentibus conversionem dedit, & revocavit eos qui tolerantiam deserebant.

20 Revertere igitur ad Dominũ, & relinque peccata: precare *o* in os, & minus offende.

21 Reduc *te ipsum* ad altissimum, & cõverte ab iniustitia: nam ipse dux futurus est è tenebris ad illustrationem *p* salutarem:

22 Et valde odio habe rem abominandam.

23 Altissimum quis laudet in sepulcro, loco viventium & edentium celebrationem?

24 A mortuo, tamquam si non esset, perit celebratio.

15 Vivens & incolumis corde laudat Dominum,

26 Magnam esse misericordiam Domini Dei nostri, & placationem revertentibus ad ipsum sanctè:

27 [4] Non enim posse omnia inesse hominibus, cùm non sit immortalis filius hominis.

28 Quid lucidius sole? at hic tamen deficit: [5] item vir qui cogitat carnem & sanguinẽ.

29 Potentiam *q* quidem altissimi cæli [6] ille considerat, sed homines omnes sunt terra & cinis.

o Gr. ante faciem & minus offendiculum.
p Gr. salutis.
[4] ac propterea illos Dei misericordia opus habuisse.
[5] q. d. cùm sol ipse quantacumque sit luce præditus amittat eam, non mirum est si homo quoque deficit, qui nihil nisi humanũ à natura sapit humano & carnali modo.
q Gr. altitudinis cæli.
[6] nempe qui vivit & incolumis est corde, ver. 25, hic quidem Deũ agnoscit, ad quem omnis potestas in cælo terraq; pertinet; sed hoc à gratia, non autem ex natura est: quî enim posset terra & cinis supremam cæli potestatẽ agnoscere?

CAPUT XVIII.

1 QUi vivit in seculum, is creavit omnia [1] communi lege,

2 Dominus, solus iustus, cùm non sit præter eum alter qui fecit habitabilem mundum palmo manus suæ, cujus voluntati obediunt omnia: nam ipse rex omnium est, distinguens in eis potentia sua à prophanis res sanctas.

3 Cuinam *a* contulit ut enunciet opera ipsius? aut quis pervestigavit magna ipsi [2] facta?

4 Robur majestatis ipsius quis enumeret? & quis propositurus sit *b* enarrationem miserationum ejus?

5 Non possunt minuere aut addere, neque pervestigare possunt *homines* mirabilia *operà* Domini.

6 Quum absolverit homo, tum principium est; quumque desiverit, tum dubitaturus est *unde incipiat*.

7 Nam quid *est* homo? & quis usus illius? quodnam *est* bonum illius? & quod malum illius?

8 Numerus dierum hominis, ut sint plurimi, *est* annorum centum: sed *c* cuique præfinitum obdormiendi tempus omnium ratiocinio non potest computari: tamquam gutta aquæ è mari, & tamquam calculus arenæ, ita sunt mille anni inter dies seculi.

9 Propterea longanimus est Dominus erga illos, & diffundit misericordiã suã in illos.

10 Vidit & agnovit exitum eorum malum futurum esse:

11 Propterea copiosam adhibuit placationem suam.

12 Misericordia hominis *est* erga proximum suum:

13 Misericordia verò Domini erga omnẽ carnem.

14 Arguens, erudiensq;, docens, & convertens, ut pastor gregem suum.

15 Excipientium eruditionem miseretur, & festinantium ad judicia ejus.

19 [2] Fili, *d* secundis rebus utens ne præbeas

[1] Nempe rebus creatis omnibus, ut ortum & interitum habeant: & penes ipsum solum in rebus omnibus cõstat perfectio, ut docent sequentia.
a Gr. effecit.
b Gr. enarrare.
c Gr. non supputabili autẽ omnibus numero *est cujusque dormitio.*
[2] id est, vide ut secundis & adversis rebus, sive abundes sive indigeas, sive des, sive petas, ut sermonem tuũ temperes, & omnẽ offensam avertas.
d Gr. in bonis ne des, reprehensionem.

reprehensionis argumentum, neq; in ulla oratione molestiam sermonis improbi.

17 Nónne æstum sedat ros? sic melior est sermo donatione.

18 Ecce nónne sermo superat donationem bonam? at utrumq; *est* penes hominem gratia præditum.

19 Stultus ingratè exprobrat, & donũ invidi tabefacit oculos.

20 Priusquàm loquaris disce, & ante invalitudinem cura.

21 Ante judiciũ compara te ipsum ut benefacias, & hora animadversionis placationẽ *e* consequeris.

e Græ. invenies

22 Antequàm infirmeris, abjice te continentia, & tempore peccatorum demonstra conversionem.

23 Ne impedias quin reddatur tempestivè votum, neq; differas ad mortem usq; *f* ut justè facias.

f Gr. justificari.

24 Antequàm voveas, compara te ipsum; ac ne esto similis viro tentanti Dominum:

25 Recordare indignationem [3] *venturam* diebus mortis, & tempus vindictæ *venturum* *g* quum faciem avertet Deus.

26 Recordare tempus famis tempore abũdantiæ, paupertatem & indigentiam *h* quando eris dives.

27 A matutino ad vespertinum usq; cõmutatur tempus, & omnia ista sunt cita corã Domino: homo sapiens in re qualibet religiosè metuet, & dieb[9] peccatorum attẽtè cavebit à delicto; insipiens verò non observat tempus.

28 Omnis *vir* intelligens sapientiam & eruditionem agnovit,

29 Et ei qui *i* adeptus est illam celebrationem tribuit.

30 Qui intelligentes sunt ii quoq; sermonibus sapientiam testantur, & destillãt parœmias accuratas in vitam: *k* optima *est* fiducia in Dominum solum, [4] quandoquidem mortuum cor adhæret rei mortuæ.

31 *l* Ne sequaris concupiscentias tuas, sed prohibe *te* à tuis appetitionibus.

32 Si suppeditaveris animo tuo rem quam concupiscit, quæ lubet ipsi; facies *m* ut gaudeant inimici tui de eo, qui invident tibi.

33 Ne læteris de multis deliciis tuis, neque requiras consilium illarum *adipiscendarum*.

34 Ne fias pauper cõvivia ex fœneratione frequenter exhibẽdo, quum nihil est in marsupio tibi: nam famosus esses insidiator tuæ ipsius vitæ.

[3] nempe si temerè tẽtaveris Dominũ, ut Ecclesi. 5.
g Gr. in aversione faciei.
h Gr. in die divitiarum.
i Gr. invenit.
k Gr. melior.
[4] ætiologiam hanc accipio hoc modo: Deus solus vivens, adeoque vita ipsa est; ac proinde quisquis alteri quàm Deo confidit, non tantùm rem mortuã pro vivente amplectitur, sed etiam ipse jam eò mortuus est quòd derelinquit vitam.
l Gr. ne eas post.
m Gr. gaudium inimicorum tuorum.

Caput XIX.

1 Operarius ebriosus nõ solet ditescere, & qui nihili facit res parvas paulatim ruit.

2 Vinum & mulieres seducunt intelligentes; & qui agglutinatur scortis, est audax:

3 Tineæ & vermes hæreditario jure possidebunt illum, & arefiet *a* traductus in exemplum infamiæ maximæ.

a Gr. in traductione majore.

4 Qui verò credit *se illis*, levis *est* animo; & qui peccat, in *b* se ipsum delinquit.

b Gr. animam suam.

5 Qui lætatur de constitutione prava, condẽnabitur; qui verò oculum contra voluptates intentum habet, coronam parat vitæ suæ.

6 Qui compos est linguæ suæ, *c* cum altero sine pugnis traducet vitam; & qui odit loquacitatem, minimè afficitur malo.

c Gr. non pugnanti cõvivet

7 Nunquam repetas sermonem, & nihil tibi detrimento erit.

8 Ne enarra apud amicum aut inimicum *d* rationes alienæ vitæ; & [1] nisi in te redundaturum esset crimen peccati, ne reveles:

d Græ. vitas alienas.
[1] Id est, nisi tu ipse dissimulando onerares te crimine, aut suspicione criminis.

9 Nam qui audiverit te, & observaverit te, is suo tempore odio habiturus est te.

10 Audivisti sermonem? moriatur apud te, & bono animo esto; non enim rumpet te.

11 *e* A sermone stultus cruciatur doloribus, ut à fœtu parturiens.

e Græ. à facie sermonis.

12 Ut sagitta fixa in femore hominis, [2] ita est sermo in ventre stulti.

[2] i. non magis à stulto contineri potest, quam fœtus à parturiente, aut sagitta à transfixo homine.

13 Argue amicum, ne quando fecerit; & si fecerit, ne quando pergat:

14 Argue proximum, ne quando dixerit; & si dixerit, ut non repetat:

15 Argue amicum; nam sæpe exsistit vana calumnia, & ne cuivis sermoni credito *f* animus tuus.

f Gr. cor

16 Est qui labitur sermone, sed nõ ex animo; ecquis autem est qui non sit lapsus lingua sua?

17 Argue proximum antequàm mineris, & [3] concede locum legi Altissimi quũ ira vacas.

[3] id est, ne prius transversus abripiaris ira, quàm ex proximo cognoveris id cujus nomine putabas irascendum

18 Reverẽtia Domini *g* principiũ est quo ad accipiendum *proximum* adduceris, & sapientia ab eo dilectionem comparat: cognitio mandatorum Domini *est* eruditio vitæ, & qui faciunt res placentes ei, percipiunt immortalitatis *h* fructum: reverentia à Domino est tota sapientia, & omni sapientiæ adest effectio legis & cognitio omnipotentiæ ejus; [4] servus qui dicit Domino, ut placet *tibi* non faciam; & si posteà faciet, irritat altorem suum.

g Gr. principium acceptionis.
h Gr. arborem, metonymice: Hebraismus.
[4] explicatio proximè precedentis dicti ab exemplo domestico: ut servus qui reveretur herum suum, sapit & facit voluntatem ejus agnoscẽs imperium ejus; sic etiam pius hos officiorum gradus prosequitur erga Deũ & Dominum suum.

19 Improbitatis scientia nõ est sapiẽtia; neque est prudentia, ubi cõsilium peccatorũ est.

20 [5] Est improbitas quę eadẽ abominanda est, sed est insipiens qui parum valet sapientia.

21 Præstat timidus qui trepidat in intelligentia, eo qui abundat prudentia & transgreditur legem Altissimi.

22 Est astutia accurata quæ ipsa injusta est, & est qui pervertat gratiã in proferendo judicio; sed qui justè judicia pronunciat hic sapiẽs est.

[5] quasi dicat, scitè distinguendum est inter eos qui certa malitia improbè in peccatis se ipsos occupãt, & eos qui animi imbecillitate abducũtur: quæ duo genera deinceps amplificantur.

23 Est qui pravè agẽs flexus ambulat *i* pullatusque; sed apud se plenus est ignito dolo.

i Gr. pullitiæ.

24 Unà quidem deflectit vultum, & surdũ voluntariè agit; sed ubi non cognoscitur *k* [6] priùs te afficiet malo.

k Gr. præveniet tibi malefaciendo.
[6] nẽpe quàm percipiatur aut cognoscatur à te

25 Etiamsi præ tenuitate roboris impeditus fuerit à peccando; si occasionem invenerit, afficiet malo.

26 Ex aspectu cognoscitur vir, & ex *l* obvia personæ specie cognoscitur qui valet mente.

l Gr. occursione personæ.

27 Ornatus viri, & risus dentium, gressusq; hominis enunciant constitutionem ejus.

28 Est redargutio quæ intempestiva est, & qui tacet *eam*, is quoque prudens est.

Caput XX.

1 [1] Quemadmodum meli[9] est redarguere, quam occultè indignari: sic qui redarguenti confitetur, à detrimẽto prohibebitur.

[1] Sensus est: utrumq; horum æquè salutare est, peccantem officiosè redarguere, & peccatum cõfiteri; nec facilè judices utrius liberi.

2 [2] Ut concupiscentia eunuchi de vitianda puella, ita *est* quisquis vi exercet judicia.

[2] id est, corrumpuntur quidem judices; sed judicia ipsa ac potius justitia minimè: nam justitia non est ab hominibus, qui circumveniri possunt; sed à Deo, cujus integritas in dicendo jure non magis ab homine constuprari potest quàm ab eunucho impotentissimo virgo: quod enim differtur, non aufertur judicio ipsius ineluctabili.

3 Est tacens qui sapiens deprehenditur, & est aliquis odiosus præ multa loquacitate sua.

tas anteponenda sit, reprehendentis, an confitentis culpam.

4 Eſt tacens eò quòd non habet reſponſionem, & eſt tacens qui opportunitatem novit.

5 Vir ſapiens taciturus eſt ad opportunitatem uſque; procax verò & inſipiens opportunitatem tranſſilit.

6 Qui abũdat ſermone, abominationi eſt; & qui potentiam ſibi arrogat, odio eſt.

7 Quàm pulcrum *eſt* hominem reprehenſum declarare reſipiſcentiam! ſic enim voluntarium peccatum fugiturus es.

8 Placent quidem mala viro peccatori, ſed inventum eſt ad detrimentum ipſius.

9 Eſt donatio quæ tibi nõ profutura eſt, & donatio eſt cujus dupla futura eſt retributio.

10 Accidit diminutio propter gloriationẽ, ſed eſt qui per humilitatem extulit caput.

11 Eſt qui parvo emit multa, ſed illa perſolvit ſeptuplo.

12 Sapiẽs ſe ipſum reddit ſermonibus amabilem, ſtultorum verò gratiæ effunduntur.

13 Donatio inſipientis nõ eſt tibi ſi acceperis profutura, ſimiliterq; etiã invidentis, propter neceſſitatem *a* ab eo impoſitam: nã oculi ejus *ſpectant* ut pro uno accipiant multa.

14 Pauca dabit, ſed exprobrabit multa, & aperiet os ſuum tamquam præco.

15 Hodie mutuò dabit, & cras repetet, odioſus Domino & hominibus *vir* hujuſmodi.

16 Stultus dicet; non eſt amicus mihi, non eſt gratia *b* beneficiorum meorum:

17 Qui comedũt *c* cibũ meũ ſunt vani lingua.

18 O quoties & quàm multi iſtum deriſuri ſunt! [3] nam neque illud quod habuit, *d* acceptum recto ſenſu dedit; neque ſimiliter quod non habet ipſi perinde eſt.

19 Lapſus à pavimẽto tolerabilior *eſt* quàm lapſus à lingua: ita ruina malorum [4] ſtudioſè advenit.

20 Homo ingratus, [5] ſermo intempeſtivus in ore rudium aſſiduè futurus eſt.

21 Ab ore ſtulti *prolata* reprobatur parabola; nequaquam enim dicit eam tempore ſuo.

22 Eſt qui vetatur peccare præ indigentia; ac ne in ſua quidem quiete compungitur.

23 Eſt qui perdit ſe ipſum pudore, & quidẽ perſonæ obſervatione ſe ipſum perdit.

24 Eſt qui gratiam ex verecundia promittit amico, deinde gratis eum inimicum parat.

25 Labes mala *eſt* in homine mendacium; & in rudium ore aſſiduè verſatur.

26 Optabilior *eſt* fur quàm *e* mendax aſſiduus; utrique verò perditionis hæreditatem conſequentur.

27 Mores hominis mẽdacis ſunt *f* ignominioſi; & pudor ejus comitatur ipſum aſſiduè,

28 Sapiẽs provecturus eſt ſe ipſum ſermonibus, & vir prudens magnatibus placiturus.

29 Qui *g* colit agrum ſuum, altiorem faciet acervum ſuum; & qui magnatibus placet, veniam exorabit injuſtitiæ ſuæ.

30 Xenia & dona excæcant oculos ſapientum, & velut paſtomis ori indita avertunt reprehenſiones.

31 *h* In ſapientia occulta, & theſauro abdito, quæ nam *eſt* utrobique utilitas?

32 Præſtat homo occultãs ſtultitiam ſuam homini occultanti ſapientiam ſuam.

33 Præſtat tolerantia *i* infracta in quærẽdo Domino, homini ſuam ipſius vitam ſine Domino [6] agitanti.

CAPUT XXI.

1 FIli, *quum* peccaſti, ne pergas ampliùs; ſed priorum cauſ. deprecare.

2 Tamquam *a* à ſerpente fuge à peccato; nam ſi acceſſeris ipſum, mordebit te.

3 Dentes leonis *ſunt* dentes ejus, tollentes animas hominum.

4 Similis gladio ancipiti *eſt* omnis iniquitas, plagæ illius non eſt curatio.

5 Inſultatio & contumelia deſolant divitias: ita ſuperborum domus deſolabitur.

6 [1] Precatio pauperis ab ore *ipſius* ad aures *ſolùm* illius; ſed judicium illius ſtudioſè advenit.

7 Qui odit reprehenſionem, veſtigio inſiſtit peccatoris; ſed qui reveretur Dominum, convertetur ex animo ſuo.

8 Notus è longinquo eſt, qui valet lingua; ſed conſideratus novit, quam ille labitur.

9 Qui ędificat domum ſuam pecuniis alienis, *eſt* qui colligit ſibi ipſi lapides ad tumulũ ſepulturæ ſuæ.

10 Stuppa coacta *eſt* iniquorum congregatio, & *b* conſumit eos flamma ignis ad perditionem.

11 Via peccatorũ lapidibus quidẽ complanata eſt; ſed in extremo ejus *eſt* mortis fovea.

12 Qui cuſtodit legem Domini, tenet intelligentiam ejus:

13 Aſſumtio autem ſapientiæ *eſt* conſummatio reverentiæ Domini.

14 Non erudietur is qui non eſt [2] ſolers.

15 Solertia enim eſt quæ multiplicat *illi c* acerbitatem.

16 Cognitio ſapiẽtis velut inũdatio multiplicari ſolet, & cõſiliũ ejus ut caſtus fons vitæ.

17 Inteſtina ſtulti ſimilia ſunt confracto vaſi: ullam ſcientiam non tenent in vita ſua.

18 Sermonem ſapientem quum audiverit ſcitus, laudat eum & *d* [3] adhibet ſibi; ſin eum audivit qui caret intelligentia, & diſplicet ipſi & avertit eum poſt tergum ſuum.

19 Narratio ſtulti *eſt* tamquam onus in via: in labiis verò intelligentis invenitur gratia.

20 Os prudentis in Eccleſia requiri ſolet.

21 Tamquam domus deleta, ita *eſt* ſtulto ſapientia: cujus ſermones ſi cum animo reputẽtur, cognitioni hominis vacantis intelligentia ſermones inſunt quos nequeas perquirere.

22 *e* Pro pedicis *eſt* in pedibus dementium eruditio, & velut manicæ ad manum dexterã.

23 Stultus in riſu extollit vocem ſuam, vir autem ſolers vix placidè arriſurus eſt.

24 Tamquam mundus aureus *eſt* prudenti eruditio, & tamquã armilla impoſita brachio dextero.

25 Pes ſtulti *f* citò infertur in domũ *alterius*, ſed homo peritus multarum rerum pudore ab ea continebit ſe.

26 Imprudens à foribus flexus in domum introſpicit, ſed vir eruditus conſiſtit foris.

27 Ruditas eſt hominis *g* quũ auſcultat ad fores, prudens verò ignominiã iſtã gravabitur.

28 Multiloquorum labia *res* narrant quæ nõ attinent ipſos, prudentum verò ſermones ſtatera ponderantur.

29 In ore ſtultorum *eſt* cor ipſorũ, in corde autem ſapientum eſt os ipſorum.

30 Quum exſecratur impius [4] ſatanam, is ſuam ipſius animam exſecratur.

31 Inquinat ſuam ipſius animam ſuſurro; & ubicumq; inquilinus fuerit, odio futurus eſt.

CAPUT XXII.

LApidi conſpurcato comparatur piger, & quiſque exſibilat ignominiam ejus.

2 Stercori bubulo è ſterquiliniis compara-

---

a Gr. ejus.
b Gr. boni mei.
c Gr. panem
[3] id eſt, duobus nominibus in ludibriũ iſte traducitur: primùm enim donum ipſius non eſt donũ, cuũ alia mente donaverit quàm donatorem hilarẽ & gratioſum decet, deinde verò tam dolet de re donata, quàm ſi ea carere minimè potuiſſet hic autem duo ſunt Hebraiſmi ſententiã meã: metalepſis in accipiẽdi verbo; quã bene Hieronymus obſervavit, ut 1.xo.25.2. deinde ellipſis negationis ἀπὸ κοινοῦ in poſteriore membro.
d Græc. accepit
[4] i. ultrò ſeſe offert ac diligentiſſimè: metaphora.
[5] i hominis ingrati atq: inepti ſermones alieni ſunt: ſed appoſitio in verbis Hebrais gratiam habitura eſſet Latino ſermoni inſolẽs.
e Gr. mẽdacib.
f Gr. ignominia.
g Gr. operatur terram.
h Gr. ſapientia abdita & theſaurus nõ apparens, qua utilitas in ambob? pleonaſmus Hebraicus.
i Gr. non averſabilis.
[6] i. circumducenti & quaſi rotis huc illuc verſanti inſtabilitate maxima.

a Gr. à facie ſerpentis.
[1] Id eſt, quum pauper divitẽ contumelioſum deprecatur, aures quidem illius, ſed animũ minimè afficit, ac propterea judicium Dei contumelioſum hominẽ affecturũ eſt duritiæ tantæ & inhumanitatis nomine.
b Gr. conſummatio eorum eſt flamma.
[2] nẽpe in cuſtodiẽda lege Domini: nam hic verſus & ſequẽtes ſunt duorum præcedentiũ exegetici.
c Gr. amaritudinem.
d Gr. ad ſe apponit.
[3] i. ſibi ipſi applicat; ſic accipiendũ docet antitheſis.
e Gr. pedica.
f Gr. citus in domũ.
g Gr. auſcultare.
[4] qui homicida eſt à principio, mẽdacium & impiorũ pater.

tur piger; quem quisquis tollit, manum solet excutere.

3 Pudor patri est in genitura filii carentis eruditione, & filia *talis* ad detrimẽtũ gignitur.

4 Filia prudens hęres viri sui futura est; quę autem pudore afficit *eum*, ad tristitiam genitoris *afficit*.

5 Patrem viramq; pudore afficit audax, sed apud utrosq; ignominiosa futura est.

6 Musicorum *sonorum* in luctu narratio intempestiva *est*, flagella verò & correctio tempore sapientiæ.

7 Liberi qui cum vita bona educantur, suorum genitorum abscondunt ignobilitatem; liberi qui in contemtu & ruditate exsultant, inquinant nobilitatem cognationis suæ.

8 Conglutinat testam qui docet stultum, & excitat dormiẽtes è profundo somno; narrat dormitanti qui narrat stulto: nam *a* consummata narratione dicet, quid est?

9 Mortuum defle, quia defecit *eum* lux; & stultum defle, quia defecit eum intelligentia.

10 Suaviùs defle mortuum, quia requievit:

11 Nam stulti vita *b* gravior est morte.

12 Luctus mortui septemdialis *est*, sed stulti ac impii *luctus perdurat* omnibus diebus vitæ ejus.

13 Cum insipiente ne habeas sermonem multum, neq; ambules cum eo qui caret intelligentia: nam ut nullo sensu est, omnia tua nihili facturus est.

14 Cave ab illo ut molestiam non habeas, & *c*[1] quisquiliis ejus minimè inquineris.

15 Declina ab illo & requiem *d* cõsequeris, & nequaquam securus esto in dementia ejus:

16[2] Plumbo futurum esset aliquid gravius, & si quod aliud nomen est *rei alicui graviori* plumbo.

17 Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem vacantem intelligentia.

18 Coaxatio lignea devincta ad ædificium concussione non dissolvitur: ita cor statuminatum super *e* consulta cogitatione nullo tẽpore timore perterrebitur.

18 Cor fundatum super intelligẽte cogitatione *est* [3] velut ornatus *f* arenati in pariete xysti.

20 Valli in alto siti ex adverso venti, nequaquam mansuri sunt;

21 Ita cor meticulosum in cogitatione stulti ex adverso cujusq; timoris minimè permãsurum est.

22 Qui pungit oculum, elicit lacrymas; & qui pungit cor, provocat sensum.

23 Qui mittit lapidem in volucres, abigit illas; & qui probris afficit amicum, dissolvit amicitiam.

24 Si in amicum strinxeris gladium, ne desperes: est enim *g* reconciliationis via.

25 In amicũ si aperveris os, ne verearis; est enim componendi ratio, prętérquam ex probro, superbiaq;, & arcani revelatione, & doloso ictu: ex his enim omnis amicus aufugit.

26 *h* Fide utere erga propinquum in paupertate *illius*, ut læteris rebus secundis illius.

27 Tempore afflictionis permane apud illum, ut cohæres sis hæreditatis illius: [4] neque enim semper *i* circumhærentem constitutionem oportet contemnere, neque admirabilis *est* dives qui non habet mentem.

28 Ante ignem *præit* vapor camini & fumus, sic ante *k* cædes convicia.

29 Amicum protegere non erubescam, & à conspectu ejus nequaquam abscondam me;

30 Quòd si mala mihi per ipsum evenerint, quisquis audiverit cavebit ab illo.

31 [5] O si quis inderet mihi ad os meum custodiam, & ad labia mea sigillum solers; ut nõ corruerem repentè ab illa, & me non perderet lingua mea.

Caput XXIII.

1 Domine pater & dominator totius vitæ, ne derelinquas me in consilio[1] istorum, neque sinas me inter istos cadere.

2 (Quis institueret in cogitationem meam flagella, & in corde meo eruditionem sapientiæ?)[2] ut in peccatis errore commissis tu mihi parcas Domine, & non sinas eorum contumelias qui ex professo peccatores sunt:

3 Ut nõ multiplicentur errores mei & abundent peccata mea ad contritionem; itaque corruam coram adversariis, & gaudeat de me inimicus meus, ii quorum spes procul est à misericordia tua.

4 Domine Pater & Deus vitæ meæ, elationem oculorum ne tribuas mihi, & giganteum animum semper amove à servis tuis.

5 Spes inanes & cupiditates averte à me, & contine semper eũ qui cupit servire tibi: ventris appetẽtia & concubitus ne occupẽt me, & animo impudẽti ne tradas me famulum tuũ.

6 Audite, liberi, eruditionem oris veracis; quam qui servabit, minimè deprehendetur labiis ipsius.

7 In sua imprudentia intercipietur peccator, & conviciator superbusq; offendent istis.

8 Juramẽto ne assuefacias os tuum, & nominare sanctum ne assuefias.

9 [3] Nam quemadmodum famulus *a* non paucis vibicibus afficitur, de quo assiduè habetur quæstio; ita qui jurat & Deum semper nominat, à peccato minimè mundus erit.

10 Vir qui multùm jurat plenus est iniquitate, & non abscedet à domo ejus flagellum.

11 Quum abundabit peccatum ejus in ipso, etiamsi despexerit, peccat [4] dupliciter.

12 Quòd si inaniter juravit, justus non habebitur: nam implebitur domus ejus *b* inductis flagellis.

13 [5] Est sermo circumvestitus morte, ne deprehendatur iste in hæreditate Jaĩakobi.

14 Nam à piis omnia hęc abstitura sunt, qui in peccatis non involventur.

15 *c* Intemperanti juramẽto ne assuefacias os tuum: huic enim *d* culpa inest peccati.

16 Recordare patris & matris tuæ, nam inter magnates considebis,

17 Ne fortè oblivioni tradaris coram illis, & consuetudine tua ipsius marcescas; velles enim te non natum esse, & diem exsecrareris partus tui.

18 Homo consuescẽs sermonibus *e* probrosis, omnibus diebus suis nequaquã erudietur.

19 [6] Duo genera *f* multum peccant, & tertium adducit iram:

20 Animus fervidus ut ignis ardens, qui nõ exstinguitur donec consumtus sit:

21 Homo scortator peccãs in suo ipsius corpore, qui nõ desinit donec ignem accenderit.

22 Scortatori homini quilibet cibus suavis *est*, nequaquã cessaturus est donec moriatur.

23 Homo digrediens è cubili suo, dicens cum animo suo, quis videt me?

24 Tenebræ

[a] *Gr. in cõsummatione.*

[b] *Græc. supra mortem est.*

[c] *Gr. excussione.*

[1] Id est, ne per ludibriũ pedes excutiat contra te, & velut ramentis pedum in te cõjectis te ipsum commaculet.

[d] *Gr. invenies.*

[2] i. si dissimula res securè dementiã stulti, tandem experiẽtia cognosceres eam plumbo, & si qua alia res gravior plũbo nominari potest, longè gravioré esse, ut sequẽs versus explicat.

[e] *Græ. consilii.*

[3] id est, cõvenientissimum est, quẽadmodum in xystis sive hypæthris ambulationibus atque gymnasiis convenientissimum est parietes arenato aut marmorato æquabili & politissimo incrustari.

[f] *Gr. arenatus.*

[g] *Gr. regressio.*

[h] *Græc. fidem posside.*

[4] id est, non decet virum bonum ex præsente specie temporis usque judicare.

[i] *Gr. circumscriptionem.*

[k] *Gr. sanguines.*

[5] optãs verba ex Hebræorum usu.

[1] qui ex professo peccatores sunt, prout sequẽte ỳ. nominantur: relativũ præiens antecedẽti ex Hebręorum usu.

[2] i. ut nõ sinas me per erroré peccata committere, tamquam si parceres flagellis & eruditioni meæ, ac proinde me non domitũ manu tua peccatis permitteres: sic accipiendum docenẽ sequentia.

[3] ut justa sit comparationis hujus ἀπόδοσις, duo versus conjungendi sunt; quod quicumq; nõ animadvertẽrunt, plurimũ in hujus loci interpretatione laborarunt. sensus est, servum de quo propter maleficia cõtinua habetur quæstio, eodẽ loco habendum esse atq; hominem juramentis deditum: ut usq; reũ esse peccati, hoc versu; & indesinenter flagellatum iri, vers. seq.

[a] *Græ. non minuitur à vibice.*

[4] nẽpe quòd peccat, & quòd despiciens peccati gravitatẽ Deũ ipsum despicit, & in peccatis magis ac magis involvitur.

[b] *Gr. inductione.*

[5] nempe juramẽtum ejusmodi: nam in sermone de juramentis pergit usq; ad vers. 18.

[c] *Gr. intemperantiæ.*

[d] *Gr. sermo.*

[e] *Gr. probri.*

[6] hæc tria proponit deinceps ad finem usque capitis. hominem animo æstuantem, vers. seq. adulterum. usq; ad ver. 32 & adulteram, reliquo capit.

[f] *Gr. multiplicant peccata.*

24 Tenebræ circumstãt me, & parietes tegunt me, & nemo videt me, quid vererer? peccata mea minimè recordabitur altissimus:

25 Cui timori *sunt* oculi hominum, quasi non noverit oculos Domini altissimi millies sole lucidiores esse,

26 Qui inspiciunt omnes vias hominum, & considerant in partes occultas usque,

27 Cui antequàm hæc omnia crearentur nota erant omnia, similiterq; postquam consummata sunt pervidet omnia.

28 Hic in plateis civitatis vindicabitur, & ubi non suspicatus fuerit deprehendetur.

29 Similiter etiam mulier relinquens virũ suum, & *g* hæredes ex alio parans.

g Gr. hæreditatem.

30 Etenim primùm nõ paruit legi Altissimi, ac secundò in virum suum deliquit, tertiò verò scortatione adulteravit, & ex alio viro præbuit liberos.

31 Hæc in Ecclesia producetur, & in liberos hujus animadversio erit.

‖ Sap. 3. & 4.

32 Non mittent in diversum filii istorum radicem, & rami istius non ferent fructum:

33 Relinquet ad exsecrationem memoriam sui, & probrum istius non delebitur.

34 Ita cognoscent qui reliqui facti fuerint, nihil esse melius reverentia Domini, & nihil suavius eo qui attendit mandatis Dei.

35 Gloria magna *est* sequi Deum, & longitudo vitæ *in eo sita est*, *h* ut accipiaris ab illo.

h Gr. tu accipi.

CAPUT XXIIII.

1 SApientia [1] laudat *a* seipsam, & in medio populi sui gloriatur.

2 In Ecclesia Altissimi os suum aperit, & coram potentia ejus gloriatur, *dicens*,

3 Ego ex ore Altissimi proveni, & tamquã nebula cooperui terram:

4 Ego in exelsis *locis* tentorium habui, & *fuit* thronus meus in columna nubis:

5 Rotunditatem cæli circuivi sola, & in profunditate abyssorum ambulavi:

6 In fluctu maris & in tota terra, atque in omni populo ac gente acquisivi:

7 Et apud hæc omnia quæsivi requiem, ut in hæreditate alicujus commorarer.

8 Tunc mandavit mihi creator omnium, & qui creavit me fecit ut requiesceret tentorium meum, dicens,

9 In Jaïakobo tentorium pone, & hæres esto Jeruschalaimis.

10 Ante seculum à principio creavit me, & in secula minimè defectura sum; in tentorio sancto coram illo ministravi.

11 Atque ita Tzijone stabilitã sum, in civitate sanctificata similiter fecit ut quiescerẽ, & Jeruschalaimis *est* potestas mea.

12 Itaque radicata sum in populo affecto gloria, in parte Domini, hæreditatis ipsius.

13 Tamquã cedrus in Libano exaltata sum, & tamquã cupressus in mõtibus Chermonis:

14 Tamquã palma [2] Hengedi exaltata sum, & tamquam plantæ rosæ Jerichuntinæ:

15 Tamquã olea decora in specioso cãpo, & tamquam platanus ex aquis exaltata sum:

16 Tamquam cinnamomum, & tamquam pila aromatica, & tamquam myrrha electa *b* emisi odorem bonum:

17 Tamquam galbanum, & onyx, stacteq;, & tamquam thuris vapor in tabernaculo.

18 Ego velut terebinthus extendi ramos meos, suntque *c* gloriosi & gratiosi rami mei.

19 Ego tamquam vitis germinans protuli odorem bonum; & flores mei *d* afferunt fructum gloriosum & divitem.

20 Ego mater *sum* dilectionis optimæ, reverentiæque, & cognitionis, & spei sanctæ:

21 Quas communico cum liberis meis omnibus, semper futuras iis [3] qui indicuntur ab ipso.

22 Accedite ad me qui cupitis me, & fructibus meis quos gigno implemini:

23 Nam memoria mei dulcior *est* melle, & hæreditas mea favo mellis.

24 Qui comedunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc erunt sitientes mei.

25 Qui auscultat mihi, pudore nõ afficietur unquam; & qui *e* colunt me, [4] nõ aberrabunt.

26 Hæc omnia *dicit* liber federis Dei altissimi.

27 ‖ Lex quam mandavit nobis Mosche hæreditariam in congregationibus ‖ Jaïakobi: ne *f* deficiatis, quin robore valeatis in Domino: ut confirmet ipse vos, agglutinamini ipsi: Dominus omnipotens Deus solus est, neque est ampliùs præter ipsum servator:

28 Qui implet omnia tamquam [5] Pischon sapientia sua, & tamquam Tigris diebus novorum *fructuum*:

29 Qui replet tamquam Euphrates intelligentia, & tamquam Jarden diebus messis:

30 Qui demonstrat tamquam lucem eruditionem scitam, & tamquam Gichon diebus [6] flavescentis segetis.

31 Non *g* agnovit primus perfectè illam, similiterque ultimus non pervestigavit illam:

32 Nam [7] ex mari plurimæ emergunt cogitationes illius, & consilium illius ex abysso magna.

33 Ego sapientia tamquam fossa ducta è flumine,

34 Et tamquam aquæ ductus, processi in paradisum:

35 Dixi, irrigabo optimum hortum meũ, & inebriabo areolam justam meam:

36 Ecce autem factus est mihi ex fossa fluvius, & ex fluvio meo factum est mare:

37 Quia eruditionem tamquam matutinũ tempus illustro, & demonstro eam in longinquum usque?

38 Quia doctrinã [8] ad prophetiã effundo, quã relicturus sum in generationes æternas.

39 Videtis me non mihi soli laborasse, sed omnibus qui exquirunt illam.

[1] id est, seipsam prædicat per spiritũ Dei iis laudibus quæ sequuntur inde à versu 3.

a Gr. animam suam.

b Gr. dedi.

c Gr. gloria & gratia.

d Gr. sunt fructus gloriæ & divitiarum.

[3] id est, quos mihi dedit pater, ut Christus loquitur Joh. 10.

e Gr. operãtur in me: metaphora à terra.

[4] à verò scopo, qui piorũ animis objectus est: sic interpretamur Græcã vocem ex notatione illius, & præcedentis mẽbri cõparatione.

‖ Deut. 33.

f Gr. dissolvamini valere.

[5] de his nominibus quatuor vide Gen. 2. 11. & sequẽtibus: pertinent enim ad fluvios duos Euphratem & Tigrin, qui Babyloniam atque Seleuciam fœcundãt restagnatione sua, ut testantur Herodotus, Diodorus. & Plinius lib. 18. natur. histor. c. 17. & 18. Hic autẽ ellipsis est relati, & sequentibus versibus, pro eo quod est tamquam Pischon &c. replent adjacẽtem agrum.

[6] nã sub illud tẽpus exũdat Euphrates & Tygris, quod significatur voce Græca: etsi alii interpretãtur vindemiam, quæ in Babylonia & circum Euphratem nulla est, dicitur enim τρύγητος non ἀπὸ τῆς τρυγὸς, id est, à vino; sed ab ariditate quæ segetem maturat, ac proinde ei τρύγης & τρυγήτου nomen dedit; quamvis à verbo τρύχω deducit Phavorinus.

g Græc. consummavit agnoscere.

[7] id est, infinito fonte, metaphoricè.

[8] hoc est, ut eos qui accipiunt me efficiam prophetas, ex quorum ventre (ut loquitur Christus) profluunt rivi salientis aquæ Joan. 7. 18. atque huc spectavit auctor, quum exemplum suum adduceret seq. versu.

CAPUT XXV

1 TRibus reb. [1] speciosa effecta sum & surrexi speciosa coram Domino, coram Domino & hominibus:

2 Concordia fratrũ, & amicitia propinqui, & viro ac muliere quibus inter ipsos cõvenit.

3 Tria verò genera odit anima mea, & infensus sum valde vitæ illorum:

4 Pauperem superbum, & divitem mẽdacem, senemque mœchum *a* minima præditum intelligentia.

5 In juventute tua si nihil coëgeris, quomodo poteris in senectute tua *b* consequi?

6 Quàm speciosum *est* canitiei judicium, &

[1] i. deterso mœrore omni recreor tantopere, ut vultu testatã faciam lętitiã meam.

a Gr. minutum intelligentia.

b Gr. invenire.

[2] de quo vide Gen. 14. sic autem legendum cum libri veteres ostendunt, tum ipsa sentẽtia.

senioribus cognitio consilii!

7 Quàm speciosa *est* senũ sapientia, & gloria præditis *decora* cogitatio atque consilium!

8 Corona senum *est* experientia multiplex, eorumque gloriario reverentia Domini.

9 Novem cogitata prædicavi beata esse ex animo meo, & decimũ proloquar lingua mea.

10 Homo de liberis lætans *beatus est*, & qui vivens videt ruinam inimicorum:

11 Beatus qui habitat cum uxore intelligẽte, & qui lingua non labitur, & qui non servit homini indigno se:

12 Beatus qui *e* adeptus est prudentiam, & qui *eam* narrat ad aures audientium.

13 Quàm magnus est qui adeptus est sapientiam! sed nemo est qui superet reverẽtem Domini.

14 Dilectio autem Domini supra omnia excellit ad illustrationem.

15 Qui tenet [2] eam, cui comparari posset?

16 Reverentia Domini principium *est* dilectionis ejus, fides verò principium adglutinationis *d* ad illum.

17 [3] Omnem plagam, modò ne plagam cordis; & omnem improbitatem, modò ne improbitatem mulieris;

18 Omnem *f* invasionẽ, modò ne invasionem [4] osorum; & omnem ultionem, modò ne ultionem inimicorum:

19 (Non est caput valentius capite serpentis, neq; est animus valentior animo inimici)

20 Habitare cum leone & dracone malim, quàm habitare cum improba muliere.

21 Improbitas mulieris mutat faciẽ illius, & faciem illius offundit tenebris *ut sit* [5] tamquam ursa.

22 Inter propinquos suos accumbẽs vir illius etiam *g* invitus propter illam ingemiscet.

23 Ex qua *est* omnis improbitas ad improbitatem mulieris, *h* sorte peccator accidat illi.

24 Ut ascensus arenosus ad pedes senis, ita *est* mulier garrula quieto viro.

25 [6] Ne accidas ad pulcritudinem mulieris, & mulierem ne concupiscas [7] deliciarũ causa.

26 Ira, & impudentia, ac turpitudo magna *i* inest mulieri, si suppeditaverit quę opus sunt viro suo.

27 Cor humile, faciemq; mœstam, & plagam cordis *efficit* mulier improba;

28 Manus remissas, & genua soluta quæ non consolatur virum suum in angustia.

29 A muliere principium *est* peccati, & per eam nos omnes morimur.

30 Ne des aquæ effluendi locum, neque mulieri improbæ licentiam exeundi.

31 [8] Si non ambulat ad manum tuam,

32 A *k* carne tua resecaillam, da *libellum* & dimitte *illam*.

c Gr. invenit: sic deinceps.
[2] illustrationem, de qua proximè dixit.
d Gr. illius.
[3] hi versus propter ellipsin verbi obscuritatem permagnam habere visi sunt immeritò, quũ verbũ habeatur ver. 20. quod cum his versibus conjungendũ est, sensus est, se à Domino paratum esse omnes plagas perferre ab hominibus, omnes æstus, omnéque violentiam, modò Deus eas plagas, technas, violentiamq; avertat quæ hìc describuntur: quãobrẽ eas exornat auctor sequẽtibus, & se ipsum explicat.
e Gr. ac non: & sic deinceps.
f Gr. inductionem.
[4] id est, quàm osores & inimici voluerint. q.d. modò ne tradatur anima mea desiderio inimicorum meorum, quemadmodum permultis locis orabat David.
[5] i. ferocissima & nemini parcens: similitudo est in scripturis frequens, ut 2. Schem. 17. 8.
g Gr. invitè.
h Gr. sors peccatoris.
[6] i. ne abjicias te: quod Latinè dicas, ne accidas ad genua aut pedes mulieris raptus amore formæ.
[7] i. propter delicias illius te victurum sperans in deliciis.
i Gr. est mulier: sic versibus seq.
[8] i. si in te qui vir ipsius es minimè acquiescit, sed se nefariè adjungit alteri discedens à manu tua, cui se data conjugii fide obstrinxerat.
k Gr. carnibus tuis.

Caput XXVI.

Inf. vers. 21. 1 Mulieris bonę beatus *est* vir, & numerus dierum ejus duplex.

2 Mulier fortis lætitiam affert viro suo; & annos vitæ illius implet *a* prosperitate.

3 Bona mulier bona portio est, in partem *b* reverentibus Dominum dabitur:

4 [1] Divitis enim ac pauperis animus bonus *est* erga Dominum, omni tempore vultum habentes hilarem exsultant.

5 A tribus formidat cor meum, & à quarti conspectu metuo.

6 Calumnia civitatis, & concio populi,

7 Et obtrectatio, *ista* omnia supra mortem laboriosa sunt:

8 Sed *c* onerosa cordi & luctifica *est* mulier æmulans zelotypiâ mulierem *alteram*:

9 Et flagellum *est* linguæ cum omnibus de te communicans.

10 [2] Jugum boum exagitatum *facit* mulier improba: qui habet eam ita *est* ut qui prehendit scorpium.

11 Iram magnam *efficit* mulier ebriosa, & vertiginosa, quę inhonestam constitutionem suam minimè contegit.

12 Scortatio mulieris in elatis oculis atque in palpebris ejus cognoscitur.

13 In filiam *d* inverecundam confirma custodiam, ut quum invenerit sibi licentiam esse non utatur *ea*.

14 *e* Impudentem oculum à tergo observa, ac ne mireris si delinquat in te.

15 Quemadmodum viator sitiens os aperit invento fonte, & de omni aqua propinqua bibit; *ita* adversum omnem palum sessura esset, & adversus telum apertura pharetram.

16 Gratia mulieris delectat virum ipsius, ossaque illius pinguefacit scientia illius.

17 Donatio Domini *est* mulier taciturna atque benevola, neque est *f* quicquam quo erudita illius anima commutari possit.

18 Gratia *g* suprema *est* pudica & fidelis mulier;

19 Neque est pretium ullum æquè pendẽdum ac temperans anima illius.

20 Ut sol Domini oriens in altissimis, ita pulcritudo bonæ mulieris est in ornamento domus ipsius.

21 Ut lucerna elucens in lychnucho sancto, ita *est* pulcritudo vultus *illius* in ætate stata.

22 Ut columnæ aureæ impositæ basibus argenteis, ita *sunt* pedes speciosi in pectoribus firmis *illius*.

23 Fili, florem ætatis tuæ conserva sanum, ac ne des alienis robur tuum.

24 Quum requisiveris ex omni agro [3] fœcundam sortem, sere propria semina fretus bono genere tuo:

25 Ita fœtus tui superstites, & audenter generosum animum obtinentes *h* augescent.

26 Mulier *i* meretrix æqualis [4] sui reputabitur; quæ autem subest viro, turris *k* defendens à morte reputabitur utentibus.

27 Mulier impia in partem iniquo dabitur, pia verò datur reverenti Dominum.

28 Mulier inhonesta ignominiam *l in virũ* excitabit, filia verò honesta etiam virum verebitur.

29 Mulier inverecunda ut canis reputabitur, quæ autem verecundiam habet reverebitur Dominum.

30 Mulier honorãs virum suum omnibus apparebit sapiens, quæ autem non honorat eũ *m* superbè impia ab omnibus agnoscetur.

31 Bonę mulieris vir beatus *est*, numerus enim annorum ejus futurus est duplex.

32 Mulier clamosa & loquax spectata est, ad arcendos inimicos *aptu*:

33 Et hominis cujusque anima [5] quę similiter arcetur istis, in bellicis seditionibus *n* sibi ipsi degendum cogitat.

34 Duob[9] *nominibus* afficitur tristitia cor meum,

a Græc. pace.
b Gr. reverentium.
[1] Nempe qui bonam uxorem habet.

c Gr. onus cordis, & luctus.
[2] i. conjuges inter se sunt veluti conjugati boves: quod si mulier improba est, nihil jugo illo miserius.
d Gr. non aversabilem: sic vers. 29.
e Gr. post impudentem, oculum observa.
f Gr. commutatio erudita animæ.
g Græc. super gratiam.
[1] allegoria qua electa uxor cum agro fertili comparatur.
h Græ. magni evadent.
[1] *Gr. mercenaria.*
[4] i. porcæ altili: sic enim Græci appellant εἴδολον ut à syagro distinguatur.
k Græ. mortis.
l Gr. contrà teret.
m Gr. in superbia.
[5] Græcam vocem aliud ferè significare novimus; sed si quis adjuncta benè expenderit, videbit eam nõ ex nomine τρόπος (ut vulgus fecit interpretum) componendã esse, sed potiùs ex τρῶσις, quę posita est præcedente versu: atque hoc pacto hic locus habet evidentiam.
n Gr. animam suam transfigit.

um, & de tertio advenit mihi indignatio:

35 Si vir bellator inopia deficit, & viri intelligentes si *o* flocci fiunt,

36 Et si quis revertitur à justitia ad peccatũ: hũc cõparabit Dominus *p* ut cædatur gladio.

37 Vix eximitur mercator è delicto, neque justus est à peccato caupo.

o Gr. stercorẽtur, ut ita dicamus.
p Gr. ad gladium.

CAPUT XXVII

1 *Ei* indifferentis gratia peccaverũt multi, & qui quærit abundare, oculum suũ avertit.

2 Inter compages lapideas pãgitur clavus, & inter venditionem atque emtionem peccatum *a* ultrò citroque teritur.

3 Qui non obtinet *b* studiosè reverentiam Domini, hujus citò subvertetur domus.

4 Dum excutitur cribrum, remanent sordes; similiterq; 3 exuviæ hominis in eloquutione ejus.

5 Vasa figuli caminus probat, tentatio verò hominis colloquio ipsius *probatur*.

6 Culturam arboris demonstrat fructus illius, sic eloquutio cogitationis quæ inest cordi hominis.

7 Ante eloquutionem ne laudaveris quẽquam, hæc enim *est* tentatio hominum.

8 Si sequaris jus, comprehendes ipsum; & indues ipsum velut talarem *vestem* gloriæ.

9 Volucres ad similes sibi divertunt, veritas vero ad eos revertitur qui *c* colunt *ipsam*.

10 Leo insidiatur venationi, similiterque peccatum iis qui operantur malum.

11 Narratio pii semper *est* cum sapientia; imprudens verò mutatur ut luna.

12 Inter eos qui carẽt intelligẽtia 4 observa tẽpus; inter consideratos verò assiduè versare.

13 Narratio stultorum *d* offensioni est, & risus eorum hæret deliciis peccati.

14 Sermo illius qui plurimùm jurat capillos arrigit, & certamen istorum *e* facit ut obstruamus aures.

15 *f* Effusionem sanguinis *facit* superborũ pugna, & cõviciatio illorum gravis auditu *est*.

16 Qui revelat arcana, amittit fidem; ac nequaquam amicũ inventurus est ex animo suo.

17 Benevolentia prosequere amicum, & fidus esto cum eo:

18 Quòd si revelaveris arcana ejus, nequaquam persequaris *g* eum.

19 Quemadmodũ enim perdit homo inimicum suum; ita 5 perdit propinquum suum.

20 Et quemadmodum si volucrem è manu tua dimiseris, ita propinquum dimisisti; & minimè *h* venando consequeris ipsum.

21 Ne prosequaris ipsam: nam abstitit procul, effugitque ut dorcas è laqueo:

22 Nam vulnus obligari potest, & de convicio est reconciliatio:

23 Sed qui revelavit arcana, amisit fidem:

24 Qui nutat oculo, fabricatur mala; & qui novit eum, absistet ab eo.

25 E regione *quidem* oculorum tuorũ suave efficiet os suum, & sermones tuos mirabitur; sed posteà pervertet os suum, & tuis sermonibus offensiones addet.

26 *i* Permultum 6 odi, neq; est quem ei cõparem, & Dominus odio habiturus est.

27 Qui lapidẽ in altum mittit, super caput suum mittit, ita plaga dolosa diducit vulnus.

28 Qui fodit foveam, in ipsam incidet:

29 Et qui statuit laqueum, capietur ipso.

30 Malefico mala supervenientia morabũtur apud ipsum, quamvis minimè cognoscat unde adveniant ipsi.

31 Illusio & probrum superborum *est*, vindictaque ut leo insidiatur illis.

32 Laqueo capientur qui lætantur de ruina piorum, & dolor consumet eos ante mortem ipsorum, simultas, & ira, & quæcunque sunt res abominandæ: hujusmodi vir inquam peccator *k* possidetur istis.

a Gr. stercorẽtur, ut ita dicamus.
b Gr. ad gladium.
1 i. ejus rei qua homines bona fide & conscientia carere possent, ut mercatores & caupones lucro: sic suprà 7. 18. alii legunt ἡμερῶν, *ut sit sensus, rei pretiosæ gratia.*
2 nempe à justo oculũ suũ adjicit ad rem indifferẽtem.
a Gr. cõteritur.
b Gr. per studiũ in reverentia.
3 tamquam spolia adẽta ipsi, quum inter loquendũ excutitur & perturbatione animi ad sermonẽ fundendum adducitur: elegans metaphora, quam exponunt sequentes versus.
c Gr. operãtur.
4 nempe quo subterfugias eorum consortium, ut docet antitheton.
d Gr. offensio.
e Gr. sepimentum auriũ est.
f Gr. effusio sanguinis est superb.
g Gr. post eum.
5 id est, æquè perdit amicũ suum retegẽdis arcanis ac si inimicus esset.
h Gr. venabẽdo.
i Gr. multa.
6 nempe istũ qui retegit arcana amici sui.
k Gr. possessus est istorum: nã vocem Græcam passive sumit Siracides.

CAPUT XXVIII.

1 *a* VLtori obvenit ultio à Domino, qui peccata ejus *b* constanter servatur 9 est.

2 Dimitte injuriam proximo, ac tum deprecanti tibi solventur peccata tua.

3 Homo in hominem conservat iram, & à Domino curationem petat?

4 Et in hominem similẽ sibi non adhibens misericordiam, pro peccatis suis deprecetur?

5 Quum ipse qui caro est conservet simultatem, ecquis expiet peccata illius?

6 Memento *c* finis; & desine inimicitias gerere:

7 Ac ne simultatem exerceas in proximũ *ad* corruptionem & mortem; sed in mandatis permane.

8 Memento mandatorum, neque simultatem exerceas in proximum:

9 Et *memento* federis altissimi, ac 1 despice *d* rem ignoratione commissam.

10 Abstine à lite & minues peccata: nam homo iracundus incendit pugnam.

11 Vir peccator amicos turbat, & inter eos qui pacem habent immittit calumniam.

12 *e* Prout est materia ignis, ita accenditur: prout est cõfirmatio pugnæ, *ita* augetur ignis: prout est robur hominis, *ita* furor est illius: & prout sunt divitię hominis, *ita* illius extollunt iram.

13 Contentio accelerata accendit ignem, sed pugna accelerans effundit sanguinem.

14 Si flaveris in scintillam, accenditur; sin exspueris in illam, exstinguitur; ambo verò ex ore tuo exeunt.

15 Susurronẽ ac bilinguem exsecramini: multos enim habentes pacem perdiderunt.

16 Lingua duplex multos divexavit, & dissipavit eos ab *f* una gente ad alteram:

17 Et civitates munitas sustulit, domosq; magnatum subvertit.

18 Lingua duplex mulieres fortes ejecit, & privavit eas laboribus ipsarum.

19 Qui attendit ei, nequaquã requiem cõsequetur, neque habitabit cum trãquillitate.

20 Plaga flagelli efficit vibîcem, sed plaga linguæ confringit ossa.

21 Multi ceciderunt acie gladii, sed nõ *tam multi* quàm qui propter linguam ceciderunt.

22 Beatus est qui protegitur *g* adversus illã, qui non *h* expertus est furorem illius;

23 Qui non traxit jugum illius, & vinculis illius non alligatus est.

24 Nam iugum illius iugum *est* ferreum, & vincula ejus vincula ærea.

25 Mors pessima *est* *i* quę affertur ab illa, & sepulcrum utilius est illa.

26 *Illa* piis minimè dominatura est, & flammã illius minimè comburentur.

27 Qui derelinquunt Dominũ, incident in

a Gr. ulciscens à Domino inveniet ultionẽ.
b Gr. servans.
c Gr. ultimerũ
1 Id est, injuriam ab homine acceptã ita dissimula, quasi ab imprudente fuisset facta.
d Gr. ignorationem.
e Gr. secũdum materiam: sic sequentia.
f Gr. gente ad gentem.
g Gr. à facie ejus.
h Gr. pertrãsivit in furore illius.
i Gr. mors illius.

illam: atque in his accendetur ac non exstinguetur unquam, immittetur in ipsos tamquã leo, & tamquam [2] pardalis perimet ipsos:

28 [3] Ecce circumsepi possessionem tuam spinis; at ori tuo fac januas & vectes.

29 Argentum tuum & aurum tuum colliga; sed sermonis tui trutinam confice, & ori tuo fac januam & vectem:

30 Et attende ne quando labaris illis, ut non concidas coram *k* insidiatore.

[2] sive pardus fœmina, quã mare longè atrociorem esse ac fraudulentiorem testantur omnes auctores idonei.
[3] similitudines Συγκριτικὰ quibus demõstratur studiũ ad sermones nostros adhibẽdum.
[k] *Gr. insidiãte.*

Caput XXIX.

1 Qui *a* exercet misericordiam, fœneratur propinquo; & qui se pro illo confirmat *b* facultate sua, servat mandata.

2 Mutuum da propinquo tempore *c* quo opus habet, iterumq; redde propinquo tempore suo.

3 *d* Firmum exhibe sermonem tuum, & fidus esto erga illum: ita omni tempore *e* quod opus erit tibi consequeris.

4 Multi tamquam rem inventam existimaverunt fœnus, & laborem exhibuerunt iis qui ipsos adjuverant.

5 Usq; dũ acceperit, osculatur manus illius, & pro pecuniis propinqui submittit vocẽ:

6 Tempore autem restitutionis protrahit tempus, & *f* affert excusationem socordiæ, ac causatur tempus:

7 Quòd si potuerit dare, vix reportabit dimidium, & [1] reputabit illud tamquam rem inventam.

8 Sin minùs *quum* privaverit eum pecuniis suis, & *g* immeritò inimicum eum comparaverit,

9 Exsecrationes & convicia rependet ei, pro gloria ignominiam reddet ei.

10 Multi itaque propter improbitatẽ *istam* aversantur hominem, & privari metuunt.

11 Verumtamen *h* afflicto propinquo longanimus esto, & in *conferenda* misericordi beneficentia ne protrahas eum.

12 Propter mandatum suscipe pauperem; & in egestate ipsius ne averseris eum.

13 Perde argentum propter amicum & fratrem, ac ne abscondas illud subter lapidem *i* ut pereas.

14 Colloca thesaurum tuum secundùm mãdata Altissimi, quod utilius erit tibi quàm aurum ipsum.

15 [2] Concludito misericordem beneficentiam in penuariis tuis, eaque te ex omni afflictione eximet:

16 Supra scutum robustissimũ & supra hastam validam contra hostem propugnabit te.

17 Vir bonus spondebit pro altero; sed qui amisit pudorem derelinquet illum.

18 Beneficiorum sponsoris ne obliviscaris; exposuit enim animam suam pro te.

19 [3] Sponsionem bonam evertit peccator.

20 Spõsore usus fugit peccator, atq; inutilis *vir* animo suo reliquit eũ qui liberavit ipsũ.

21 Sponsio multos *k* commodè agẽtes perdidit, & agitavit eos ut fluctus maris:

22 Viros potentes ejecit domibus, qui erraverunt per alienas gentes.

23 Peccator transgrediens mandata domini in sponsionem incidet, & [4] qui persequitur operarum conductiones incidet in judicia.

24 Suscipe propinquum pro facultate tua, & attentè cave tibi ipsi ne incidas.

[a] *Gr. facit.*
[b] *Gr. manu.*
[c] *Gr. necessitãti ejus.*
[d] *Gr. firma.*
[e] *Gr. necessitatẽ tuam invenies.*
[f] *Gr. reddit sermonẽ socordiæ.*
[1] i. videbitur sibi in eum esse beneficus à quo accepit beneficium.
[g] *Gr. gratis.*
[h] *Gr. in afflictione.*
[i] *Gr. ad perditionem.*
[2] i. pro eo quod thesaurum colligis argenti & auri, thesaurum compara misericordiæ.
[3] id est, virum bonum qui pro ipso fidejusserit: sic accipimus ex sequentium interpretatione.
[k] *Gr. diligẽtes.*
[4] i. redemtor & publicani: hi enim ferè sponsores & fidejussores exigunt.

25 *l* Præcipua vitę humanæ *sunt* aqua & panis, vestisque & domus tegens [5] imbecillam conditionem.

26 Melior *est* vita pauperis sub tegmine trabium, quàm epulę splendidę ex alienis rebus.

27 Æquè parvis ac magnis rebus acquiesce, ac ne audias probrum domus tuæ.

28 Mala *est* vita *migrantis* de domo in domũ: nã ubi inquilin[9] es, *m* nõ audes aperire os.

29 Hospites accipies, & potũ præbebis ingratis, & adhuc præterea [6] res acerbas audies:

30 Adveni, inquiline, instrue mensam, & si quid est *n* penes te pasce me;

31 Abi, inquiline, à cõspectu [7] gloriæ; opus est domo, hic frater mihi in hospitiũ advenit.

32 [8] Gravia *sunt* ista *o* prudenti, increpatio de domicilio, & fœneratoris probrum.

[1] *Gr. principatus.*
[5] id est, naturam infirmã nostram, quæ sub dio (ut fit in aliis animantibus) nõ posset perdurare, hîc autẽ transitur ad secundum locum capitis.
[m] *Gr. non es aperturus.*
[6] quæ per μίμησιν duobus versibus proximè sequentibus exponũtur.
[n] *Gr. in manu tua.*
[7] id est, hominis gloriosi, quem pluris facio quàm te.
[8] conclusio duas summas capitis partes repetens ὑστερον πρότερον.
[o] *Gr. habenti prudentiam.*

Caput XXX.

1 Qui amat filiũ suũ, assiduè flagella ei adhibitur [9] est ut lętetur de eo *a* tandem.

2 Qui erudit filium suum, lætabitur de eo, & inter spectatos de eo gloriabitur.

3 Qui docet filium, invidentiam acuit inimici, & coram amicis de eo exsultaturus est.

4 Defuncto illius patre ita *est* tamẽ quasi nõ esset mortuus; nam similẽ sibi reliquit post se:

5 *Quem* in vita sua videns lętatus est de eo, nequeim obitu suo afficitur tristitia;

6 *Quia* contra hostes reliquit vindicem, & qui amicis *b* referat gratiam.

7 Qui *c* strigilem adhibet filio, colligat vulnera illius, [1] quamvis ad omnem clamorem turbentur viscera ipsius.

8 Equus indomitus evadit *d* molestus, & filius sibi permissus evadit præceps.

9 *e* Blandè educa filium, & terrorem incutiet tibi; collude ipsi, & tristitia afficiet te.

10 Ne rideas cum ipso, ut non afficiaris dolore, & tandem collidas dentes:

11 Ne des ei licentiam in juventute, ac ne despicias errata ejus.

12 Flecte collum ejus in juventute, & frãge latera ejus dum est infans; ne fortè induratus sit tibi inobsequens, & dolori sit animæ *f* tuæ.

13 Erudi filium tuum, & *g* operam da ei, [2] ut non offendas turpi conditione ejus.

14 Prestat pauper sanus & *h* cõstitutione sua valens, diviti [3] flagellis affecto in corpore suo.

15 Sanitas & bona cõstitutio quolibet auro melior *est*, & corpus validũ immensis opibus.

16 Non sunt divitiæ quæ meliores sint sanitate corporis, neq; est lætitia superans gaudium cordis.

17 Potior *est* mors quàm vita *i* acerba, aut invaletudo permanens.

18 Res bonæ inclusæ [4] ad os clausum *sunt velut* fercula ciborum ad sepulcrum sita.

19 Quid prodest [5] holocaustum idolo? nam neque edit, neque odoratur: ita est is *k* quem persequitur Dominus:

20 Qui videt oculis, & gemit, tamquã eunuchus amplectens virginẽ, atq; ingemiscẽs.

21 Ne tradas *l* tristitiæ animum tuum, neq; angas te ipsum consilio tuo.

22 Lætitia cordis *est* vita ipsa hominis, & exsultatio *m* producit dies viri.

23 Dilige animum tuum, & consolare cor tuum, tristitiamque procul à te siste.

24 Multos

[a] *Gr. de ultimis ejus.*
[b] *Gr. reddat.*
[c] *Gr. circumradit.*
[1] i. quamvis invito animo eò adducatur patet ut filiũ veluti strigile perfricet, & clamoribus illius dũ flagellatur afficiatur nõ mediocriter: qua eadem similitudine Schelomo in Proverbiis usus est.
[d] *Gr. durus.*
[e] *Gr. lacta.*
[f] *Grè. tibi.*
[g] *Gr. operare in eo.*
[2] id est, ne tãdem nequitia illius ad gravem aliquam offensionem provoceris fractus impatientia.
[h] *Gr. habitu.*
[3] i infirmitatibus corporis, ut plerũq; appellãtur in Testamento novo & interpretantur sequentia.
[i] *Gr. amara.*
[4] i. ante os illius qui eis nõ audet uti, impedit adversa valetudinis.
[5] Græcam vocem sic interpretamur ex usu veterum, ut cõfirmant sequentia; nõ edit res appositas, neq; odoratur res quæ cremantur igne.
[k] *Gr. qui persequitur à Domino ut passivè dicamus.*
[l] *Gr. in tristitiam.*
[m] *Gr. prodit dierum.*

24 Multos enim perdidit occidítq; tristitia.
25 *n* Invidia & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectutem adducit sollicitudo.
26 Cor splendidum & *o* bene affectum[6] in epulis ciborum suorum curam habet.

n Græ. zelus.
o Græ. bonum
[6] id est, hilariter epulatur, neque cibum suum onerat varia sollicitudine, quæ maximè inter edendum infesta est valetudini: est ergo hic ellipsis particulæ solùm, quasi dicat, in epulis curam habet solùm ciborum suorum, ac non rei alterius quæ ipsum torqueat.

CAPUT XXXI.

1 VIgilię divitiarum *causa* tabefaciunt carnes, & cura earum amovet somnum.
2 Sollicitudo *a* pervigil postulat dormitationem; & infirmitatē gravem eluit somnus.
3 Defatigatur dives in *b* cogendis pecuniis, & in quiete impletur deliciis suis.
4 Defatigatur pauper penuria victus, sed in quiete sua efficitur egentior.
5 Qui amat aurum, non erit justus; & qui persequitur corruptionē, hic implebitur *ea*.
6 Multi fuerunt vincti propter aurum; & perditio eorum *c* occurrit eis.
7 Lignum offensionis *est* ils [1] qui sacrificant ipsi, & omnis imprudens capietur eo.
8 Beatus *est* dives qui inculpatus deprehēditur, & qui non *d* sectatur aurum.
9 Quis est ille, ut beatum prædicemus eū? fecerit enim in populo suo res admirabiles.
10 Quis probatus eo perfectè versatus est ut *e* extollatur gloria? quis quum posset transgredi non transgressus est? & quum *posset* malum facere non fecit?
11 Propterea cōfirmabuntur bona ejus, & beneficia misericordiæ ejus enarrabit Ecclesia.
12 Ad mensam magnificā assidens ne aperias fauces tuas in ea:
13 Neq; dicas, multa certè sunt imposita eī.
14 Memento malam rem esse oculum nequam:
15 Quid [2] oculo nequius creatum est? propterea de omni aspectu lacrymatur.
16 Quocumque inspexeris, ne extendas manum tuam:
17 [3] Ac ne cum eo in patina collidas.
18 Intellige res propinqui ex te ipso, & de omni verbo cogita: ‖ comede ut homo quæ apposita sunt tibi; [4] neque devora, ne odio habearis.
19 Cessa primùm eruditionis gratia, neque esto insatiabilis, ne fortè offendas:
20 Quòd si inter plures consederis, ne *f* primus eorum extendas manum tuam.
21 Quàm sufficit homini erudito res modica? nam in cubili suo non anhelat; somnus *g* sanus *est*; cum intestino [5] mediocri surgit manè, *h* compos animæ suæ:
22 *i* Laboriosæ vigiliæ, & cholera; tormina-que adsunt viro insaturabili:
23 [6] Quòd si coactus fueris in epulis, exsurge, deambulans vome; & quiesces.
24 Audi me, fili, ac ne contemnas me, & *k* tandem comperies sermones meos.
25 In omnibus operibus tuis est [3] promtus, & ulla infirmitas minimè obveniet tibi.
26 [7] Splendido in cibis benedicunt labia, testimonium *est* fidele bonitatis illius:
27 Improbo propter cibum obmurmurat civitas, & accuratum *est* testimonium improbitatis illius.
28 In vino ne agas virum: nam vinum multos perdidit.
29 Fornax probat id quo duratur acies ex immersione; ita vinum in corde superborum ex ebrietate *facit*.
30 Tamquam vita *est* vinum hominibus, si *l* moderatè illud biberis.
31 Quænā vita est *homini* qui destituitur vino? hoc enim creatū *est* ad lætitiā hominibus.
32 Exsultationē cordis, lætitiamq; animi *efficit* vinum potum tempestivè, quod satis est.
33 *m* Acerbam animam *facit* vinum multū potum; irritatione & adverso casu.
34 Auget animum ebrietas imprudētis ad offensionē: minuit robur, & acquirit vulnera.
35 In cōvivio vinoso ne redarguas propinquum, neque facias eum nihili in lætitia ejus:
36 Sermonem *n* probrosum ne dixeris ei; neque angas eum *o* obversantem tibi.

a Gr. vigiliæ.
b Gr. coactione pecuniarum.
c Gr. fuit in cōspectu eorum.
[1] i. qui requirunt aurum studiosè, & illud velut numē colunt.
d Gr. it post aurum.
e Gr. sit in gloriatione.
[2] nempe isto qui nequam est, ut dicitur præcedente versu: nam eo nequam est quòd ad cujuslibet rei aspectum lacrymatur, quasi jam animo eam devorasset: quod significant verba sequentia.
[3] i. ne cōmittas ut æquè manus tua in patinam involans, aliis offensioni sit, prout est oculus tuus; sed ex te ipso de aliis judica, qui nolles ab altero patinam exhauriri.
‖ *Inf. 37. 32.*
[4] nempe ut bestia: hominis antithetō.
f Gr. prior.
g Gr. sanitatis.
[5] i. mediocriter pasto, ac non farcto. q. d. commodè dormiunt qui cibo utuntur mediocri.
h Gr. & animq ejus est cum eo.
i Gr. labor vigiliæ.
[6] præceptum ἐκτεχνῶν.
k Gr. in ultimū.
[7] i. homini in ratione victū minimè sordido benedicunt omnes; & testantur pietatē ejus: sordido verò cōtrà, sequēte versu.
n Gr. exprobrationis.
o Gr. in occursu ejus.
m Gr. acerbitas animæ est.
l Gr. in mensura ejus.

CAPUT XXXII.

1 DUctorem *si* te cōstituerunt *homines*, ne extollitor; esto eis tamquā un[9] ex ipsis:
2 [1] Curam eorum habe, atque ita sede.
3 Et omnem tui copiā facito, quumq; probaveris te, requiescito: ut per illos afficiaris lętitia, & ornamenti causa coronam adipiscaris.
4 Alloquere [2] seniorē: hoc enim decet te:
5 Sed *a* quum accurata scientia agitur, musicos etiam modulos impedi.
6 Ubi est *b* concentus, ne effundas eloquium, neque intempestivè agas sapientem.
7 Sigillum carbunculi impositū ornamento aureo, *est* concentus musicorum in *c* vinoso convivio.
8 Sigillum smaragdi in aureo instrumento *est* musicorum melos ad vinum suave.
9 [3] Loquere adolescēs vix, si opus erit tibi; si bis interrogatus fueris:
10 *d* Summatim sermonem contrahe: paucis multa.
11 Esto tamquā is qui novit, & silet tamen.
12 Inter magnates ęqualem ne præbeas te, & ubi senes *sunt* ne multa effutias.
13 Ante tonitru celer præit fulgur, & ante verecundum procedit gratia.
14 Tempestivè expergiscere, ac ne aciem extremam agito; [4] excurre domum, ac ne desideto:
15 Ibi lude & fac quæ cogitaveris; sed sine peccatis, & sermone superbo:
16 Atque his fruens benedic ei qui fecit te, & qui inebriat te bonis suis.
17 Qui reveretur Dominum, excipiet eruditionem ejus; & qui manè incumbunt, adipiscentur benevolentiam.
18 Qui quærit legem, explebitur ea; simulator verò offendet in eam.
19 Qui reverentur Dominum, consequētur judicium, & [5] jura accendent & lucem.
20 Homo peccator declinat redargutionem, & pro voluntate sua invenit [6] judicia sibi convenientia.
21 Vir *e* consultus minimè cogitationem negligit: *f* inconsultus verò & superbus non pertimescit metum:
22 Sed postquā fecit, apud se sine cōsilio *est*.
23 Sine cōsilio ne facias quidquam, & quū feceris ne pœniteat te.
24 Via in qua adversus casus est ne ambules, & ne offendas in lapidosis *locis*.
25 Ne credas viæ [7] quæ sine offendiculo est, sed à filiis tuis cave:
26 In omni bono opere crede *g* tibi ipsi: hęc

[1] i. postquam eorum curam habueris, tū vacato tibi solutus curis.
[2] i. in conviviis bonis & gravitate prędītis conversare.
[2] *Gr. in accuratione scientiæ.*
b Gr. acroama.
c Gr. vini.
[3] i. esto tardus ad loquendū, & ad audiendum velox, ut ℣. 11. q. postea exponitur κατάπ. q d. committe potiùs ut bis rogeris, quàm ut præceps sis in loquendo.
d Gr. capitula, ut ita loquamur.
[4] nempe à negotiis & occupationibus tuis.
[5] i. facient ut omnia juris officia exhibentes omnibus pręluceāt velut faces, & animos accēdāt in studio & cognitione juris.
[6] i. quærit homines qui ad blandiantur nequitiæ suæ.
e Gr. consilii.
f Gr. alienus à consilio.
[7] i. quæ alioqui tibi videtur esse tutissima, adeò ut ne liberis quidem tuis credas te: seq. ℣.
g Græ. anima mea.

enim est mandatorum observatio.

27 Qui credit Domino, attendit mandato; & qui fidem habet in eo, non minuetur.

CAPUT XXXIII.

1 REverenti Dominum non obveniet malum: sed in tentatione etiam iterum eripiet ipsum *Deus*.

2 Vir sapiens non odit legem, *a* hypocrita verò in ea *versatur* ut in procella multorum *fluctuum*.

3 Homo intelligentia præditus se credit legi, & lex ei fidelis futura est.

4 Utcumque interrogatio manifesta *sit*, præpara sermonem, atque ita audieris; colligato eruditionem, & tunc respondeto.

5 [1] Rota plaustri *sunt* viscera stulti, & cogitatio ipsius *est* velut axis qui vertitur.

6 Equus *b* admissarius est tamquã amicus irrisor: sub omni sessore hinnit.

7 Quamobrẽ dies superat diem, & omnis lux diei per annum à sole data?

8 Cognitione Domini disparata sunt,

9 Qui mutavit tempora & ferias:

10 Nam ex illis alios exaltavit & sanctificavit, alios ex illis reposuit [2] in dierum numero.

11 Homines quoque omnes *qui* è solo *sunt*, prout è terra creatus est Adam,

12 *c* Plurima scientia Dominus disparavit ipsos, & mutavit vias ipsorum.

13 Ex ipsis aliis benedixit, exaltãsq; ex ipsis sanctificavit & admovit sibi; ex ipsis *verò alios* exsecratus est, & abjecit, evertitq; eos è sedibus ipsorum.

14 Velut figuli lutum in manu ejus *sunt*.

15 Omnes viæ ejus ex placito ipsi [9] *sunt*, ita *est* homo in manu illius qui fecit ipsum redditurus ipsis secundùm judicium suum.

16 Ex adverso mali bonum *est*, & ex adverso mortis vita; similiter ex adverso peccatoris pius est, similiterque ex adverso viri pii peccator; denique similiter (intuêre in omnia opera Altissimi) *d* bina *sunt omnia*, unum ex adverso alterius.

17 Ego verò ultimus evigilavi, tamquam is qui spicas legit post [3] messores, profeci benedictione Domini, & tamquam vindemiator implevi torcularis lacum.

18 Cõsiderate me mihi non soli laborasse, sed omnibus quærentibus eruditionem.

19 Audite magnates, & ductores Ecclesiæ auribus accipite.

20 Filio, & uxori, fratri, aut amico ne des potestatem in te ipsum, *e* dum vivis; neq; des alteri pecunias tuas, ut non de illis roges quũ pœnitebit te.

21 Dum adhuc vivis & spiritus est in te, ne alienaveris te *mancipans f* ulli carni:

22 Melius enim est ut liberi precentur te, quàm ut tu respicias ad manus filiorum tuorum.

23 In omnibus tuis operibus *g* superiorem administrationem obtine, neque afficias labe gloriam tuam.

24 *h* Quo die consummabuntur dies vitæ tuæ, & tempore mortis, divide hæreditatem.

25 Pabula, virgaque, & onera *sunt opus* asino; cibus, & castigatio, operaque famulo.

26 Utere operâ ejus cum castigatione, & quæret requiem: sine remissas illi manus, & quæret libertatem.

27 Jugum & lorum curvant cervicem *illi*; famulo verò malefico tormenta & cruciatus.

28 Immitte eum ad opus, ut non otietur: nam multum malum docuit otium.

29 Ad opera constitue eum, quemadmodum decet eum:

30 Quòd si non obsequatur, fac compedes habeat graviores; sed ne esto nimius in ullam carnem, & sine judicio ne facias quidquam.

31 [4] Si est tibi famulus, esto tibi tamquam *i* tu ipse, quia sanguine parasti ipsum: si est tibi famulus, age eum ut fratrem, [5] quia est tamquam tu ipse.

32 Indigebis eo, si afflixeris eum injustè & movens aufugerit; qua via requireres ipsum?

CAPUT XXXIIII.

1 VAnæ *sunt* exspectationes & mendaces viro carenti intelligentia, somniaque [1] addunt alas insipientibus.

2 Ut qui captat umbram & persequitur ventos, ita est qui se adhibet somniis.

3 *a* Rem hanc secundùm illam *exhibet* somniorum visio, *ut* ex adverso faciei [2] *exhibetur* similitudo faciei.

4 De re immunda quid mundari potest? & de mendace quid verum esse?

5 Divinatio, auguriaq;, & somnia vana sunt, & [3] tamquam puerperæ visa habet cor tuum.

6 Nisi ab altissimo demittantur *b* qui invisat te, ne adhibeas ad illa cor tuum:

7 Multos enim seduxerunt somnia, & exciderunt qui spem in eis habuerant.

8 [4] Sine mendacio perficitur lex, & sapientiæ in ore fideli *est* consummatio.

9 Vir [5] qui erravit, novit multa; & qui multa expertus est, enarrat sermones intelligentes:

10 Qui non est tentatus, novit pauca;

11 Qui verò erravit, multam calliditatem habet.

12 Multa vidi in errore meo: itaque intelligentiæ meæ *sunt c* quæ sermonibus meis informantur.

13 Sæpe ad mortem usq; periclitatus sum, & conservatus sum:

14 Propterea spiritus vivet reverentium Dominum,

15 Cùm spes eorum incumbat ei qui servat ipsos.

16 Qui reveretur Dominum, nihil extimescit, neque expavescit; quia ille spes ipsius est.

17 Reverentis Dominum anima beata est.

18 Cui adhibet se, & quod *est* statumẽ illi [9]?

19 Oculi Domini intenti amãtibus ipsum, *d* protectio potentissima, & statumen valentissimum, tegmen ab æstu, tegmen inquam à meridiano, custodia ab offensione, & adjumentum in casum,

20 Exaltans animam, & illustrans oculos, curationem afferens, vitã, ac benedictionem.

21 Sacrificantis ex injusto oblatio ridicula *est*, neque *e* placitura sunt iniquorum dona.

22 Non placent Altissimo oblationes impiorum, neque multitudine sacrificiorum placatur peccati *nomine*.

23 Mactat filium coram patre ipsius qui offert sacrificium de pecuniis pauperum.

24 Panis vita *est* pauperum indigentium; quem qui adimit, homo *f* sanguinarius *est*.

25 Occidit propinquum qui aufert communem victum,

26 Effunditq; sanguinem qui fraudat mercede mercenarium.

[a] Gr. simulans.

[1] i. planè instabiles volubilésque sunt cogitationes illius.

[b] Gr. in admissuram.

[2] puta professorum: ellipsis contrarii.

[c] Gr. multitudine scientiæ.

[d] Gr. duo duo.

[3] sic accipiendam esse vocé hanc docet præcedens spicilegii, ut etiam ostendimus suprà 24. 30.

[e] Gr. in vita tua.

[f] Gr. omni.

[g] Gr. esto superagens, & ne des labem in gloria tua.

[h] Gr. die consummationis dierum.

[4] i. si ut decet ex officio famulatur tibi.

[i] Græc. anima tua, bis eodem vers.

[5] hęc altera est ratio ab humanitatis jure; prior verò fuit ab utili; sed hanc posteriorem nõ animadvertit vulgus interpretum propter distinctiones depravatas: quę tamen & natura & lege Dei confirmatur.

[1] i. faciunt ut repętè ad fabulas convolẽt, tamquam volucres libero cælo.

[a] Gr. hoc secundùm illud est somnier.

[2] nempe in speculo aut relucẽte quavis.

[3] cujus ex puerperio ferè ita percellunturſensus, ut visa infinita se illi offerãt nisi quietè continebitur.

[b] Gr. in visitatione tua.

[4] id est, studio terũ veratũ; ac non fallacium, ut sunt somnia: sic etiam os fidele accipiendum est.

[5] i. regiones multas peragravit, non autem animo instabili in somniis versatus est.

[c] Gr. figmenta sermonũ meorum, sive formationes.

[d] Gr. protectio potentia & statumen roboris.

[e] Gr. ad placitum.

[f] Gr. sanguinis.

[a] harum omnium similitudinum ἀπόδοσις continetur in versu ultimo.

27 [6] Uno ædificante & altero destruente, quid ampliùs proficiũt ultra labore suo *uterque?*

28 Uno orante & altero exsecrante, cujus vocem exauditurus est Dominus?

29 Qui lavatur ex mortuo *tacto* & iterum tangit eum, *huic* quæ utilitas *est* ex lotione ipsius?

30 Sic homo *est* qui jejunat de peccatis suis, rursumque abiens eadem facit: quis exauditurus esset orationem istius? & quid profecerit humiliter abjiciendo se?

CAPUT XXXV.

[a] Gr. abundat oblationibus.

1 QUi observat legem, *a* abundè oblationum facit:

2 Sacrificat *hostiam* salutarem, qui attendit mandatis:

3 Et qui refert gratiam, *ita facit* quasi offerat similam; & qui exercet misericordiam, quasi *b* offerat *sacrificium* laudis.

[b] Gr. sacrificet.

4 Quod placet Domino est ut desistatur ab improbitate, & litatio est desistere ab iniquitate.

5 Ne appareas coram Domino vacuus:

6 Nam hæc omnia propter mandatũ *facienda sunt.*

7 Oblatio justi quum pinguefacit altare, gratus odor illius *est* coram Domino.

8 Sacrificium viri justi acceptum *est*, & memoria ejus non excidet oblivione.

9 Oculo bono glorifica Dominum, & ne minuas primitias manuum tuarum.

[c] Gr. exhilara.

10 In donatione qualibet *c* hilarem præbe vultum tuum, & cum lætitia decimas sanctas confer.

[d] Gr. secundùm donum ipsius.
[e] Gr. secundum inventum manus: Hebraismus.

11 Da Altissimo *d* prout dedit ipse; & bono oculo, *e* prout adest manui tuæ:

12 Nam Dominus *est* qui reddit, & redditurus septuplum: ne relecato de donis;

13 Non enim accepturus esset: ne ergo attendas injusto sacrificio.

14 Nam judex est Dominus, apud quẽ non est personæ *ullius* gloria.

[f] Gr. in pauperem.

15 Non est acceptturus Dominus personam *f* quæ invadat pauperem; sed orationem hujus injuria affecti exauditurus.

[1] i. lacrymas eloquutione conjunctas, ut sequens versus ostendit: syllepsis Hebræorum.

16 Nequaquam despecturus est supplicationem orphani; & viduam quum[1] effuderit eloquutionem *suam.*

17 Nónne lacryma viduæ in maxillam descendit? etiam illius exclamatio in eum qui eduxit illam.

18 Qui colit bono animo, acceptus erit; & precatio ejus ad nubes usque continget.

[2] i. ab oratione sua destiturus. q. d. cum ipse apud Dominũ importunus erit, tũ Deus ut pater misericors ad eum statim exaudiendum paterno animo adducetur.

19 Oratio humilis *viri* transit nubes; & minimè [2] consolationem acceptur[g] est donec appropinquaverit, minimeq; destiturus donec inspexerit altissimus, *qui* jus dicet justis, judiciumque *g* exsequetur.

[g] Gr. faciet.
[h] Gr. in eis.

20 Nam Dominus nequaquam tardaturus est, neque longanimus *h* in eorum causa futurus ille fortis; donec contriverit lumbos immisericordium:

21 Sed gentibus retribuet ultionem, donec sustulerit multitudinem contumeliosorum, & injustorum sceptra contriverit,

[i] Gr. opera: Hebraismus.

22 Donec reddiderit homini secundùm actiones ejus, *i* mercedes inquam hominum secundùm cogitationes ejus,

23 Donec confecerit judicium populi sui; lætitiamque illis attulerit misericordia ejus.

24 Quàm tempestiva misericordia *est* tẽpore afflictionis! quasi nubes *est* pluviæ siccitatis tempore.

CAPUT XXXVI.

[1] Documentis superioris capitis de precibus oblationibusq; piorum, optimè hic sancta oratio subjicitur, usque ad vers. 20. cujus plana est sententia.

1 MIserere nostri, Domine Deus omnium & respice:

2 Ac immitte timorem tui in omnes gentes quæ non exquirunt te.

3 Attolle manum tuam in gentes alienas, videant potestatem tuam.

4 Quemadmodum corã ipsis sanctificatus es in nobis, ita magnificeris ante nos in ipsis:

5 Et agnoscant te, prout etiam nos te agnovimus; non esse Deum præter te, Domine.

[2] Gr. innova signa, & musa mirabilia.

6 *a* Ede nova signa, & fac res alias mirabiles.

7 Gloriam compara manui & brachio dextero, ut enarrent mirabilia tua:

8 Excita furorem, & effunde iram:

9 Tolle adversarium, & inimicum extere.

10 Accelera tempus recordatus iræ, & enarrent te mirabilia tua.

[b] Gr. ignis.
[2] puta superstes ex impiis.
[c] Gr. inveniat.

11 Ira *b* ignita devoretur [2] qui servatus est, & qui malis afficiunt populum tuum perditionem *c* consequantur.

12 Contere capita principum in gentibus dicentium, nemo est præter nos *princeps.*

13 Congrega omnes tribus Jahakobi, & tribue hæreditatem ipsis, sicut principio.

14 Miserere populi qui de nomine tuo vocatur, Domine; & Jisraelis quem primogenitum nominavisti.

15 Miserare civitatem sanctificationis tuæ, Jeruschalaima, locum quietis tuæ.

16 Comple Tzijonem extollendo sermones tuos, & gloria tua populum tuum.

[d] Gr. fideles fiant.

17 Da testimonium rebus quas creavisti in principio, & prophetas excita in nomine tuo.

[e] Gr. dat.

18 Da mercedem exspectantib[9] te, & Prophetæ tui *d* fideles demonstrentur.

[1] i. promiscuè observatur virorum forma, non autẽ mulierum: ac propterea mas quilibet non habita ratione formæ à muliere accipitur: sed vir in muliere ampliùs habet rationem formæ. Est ergo Quilibet accipiẽdum pro eo qui specie valet, aut qui nõ valet promiscuè. Hic verò membrum quod per ellipsin contrarii desiderabatur sive αἰτιοπόδοσις, ad evidentiam supplevimus, ut cõfirmant faciendũ esse versus seq.

19 Exaudi, Domine, orationem famulorũ tuorum *habitam* pro populo tuo, secundùm benedictionẽ Aharonis, ut agnoscant omnes qui in terra sunt te Dominũ seculorum esse.

20 Omnem cibum comedit venter; sed cibus cibo melior est.

21 Fauces gustant cibos venaticos, ita cor intelligentia præditum sermones mendaces.

22 Cor distortum tristitiam *e* affert, vir autem multorum peritus rependit illi.

23 [3] Quemlibet marem accipit mulier: sed est puella una elegantior altera, *& magis accepta viro.*

24 Species mulieris exhilarat faciem, & superatam omnem concupiscentiam hominis abducit.

25 Si inest linguæ *illius* misericordia; & mansuetudo, atque curatio; [4] non est vir illius *f* quales sunt homines alii.

[4] i. hic planè aliis beatior putandus est, ac non habẽdus in communi aliorũ sorte.

26 Qui comparat mulierem adjumentum simile sibi & columnam requietis, incipit possessionem *constituere.*

27 Possessio cui non est sepes, disrumpitur, & cui non est uxor, is ingemiscit errans.

[f] Gr. secundùm filios hominũ.
[g] Gr. bene cinctus.

28 Quis enim fidem habiturus[8] est *g* expedito latroni gliscenti de civitate in civitatem? ita *etiam* viro qui nõ habet nidum, sed diversatur ubicumque advesperavit.

CAPUT XXXVII.

1 OMnis *quidem* amicus dicit, ego quoq; amicitiam colui; sed est amicus solùm amicus nomine.

2 Nónne triſtitia manet ad mortem uſque, *quum* ſocius & amicus ad inimicitiam convertitur?

3 O improba cogitatio, unde es devoluta, quæ tegeres [1] aridam fraudulentia?

4 Socius cum amico victitat *a* lætè, & tempore afflictionis *b* adverſarius eſt.

5 Socius cum amico laborat ventris cauſa, & adverſans *ei* accipit ſcutum hoſtile.

6 Ne obliviſcaris amici cũ animo tuo; ſed ne recorderis illi [9] qui pecuniis tuis amic[9] eſt.

7 ‖ Ne conſilium ineas cum eo qui ſubdolè obſervat te, & ab invidentibus tibi conſilium abſconde.

8 Conſiliarius quiſque extollit conſilium; ſed eſt qui conſilium det *c* pro ſe ipſo.

9 A conſiliario *d* tibi ipſi cave, & prius noſce quæ *ſit* ipſius neceſſitas (etenim ipſe ſibi ipſi conſulturus eſt)

10 Ne forte detrudat [2] aleam in te; & dicẽs tibi, bona *eſt* via tua, ipſe ſtet ex adverſo viſurus quid eveniat tibi.

11 ‖ Ne ineas conſilium cum eo qui ſubdolè obſervat te, & ab invidentibus tibi conſilium abſconde:

12 *Neque* cum uxore de æmula ipſius, & cũ meticuloſo de bello, cum mercatore de permutatione, & cum emtore de venditione, cũ invido de agendis gratiis, & cum immiſericordi de benignis moribus;

13 Cum pigro de omni opere, & cum mercenario in annum conducto [3] de conſummatione *operis*, ſervo otioſo de omni labore.

14 Ne attẽde ad iſtos de ulla conſultatione:

15 Sed cum viro pio aſſiduus eſto, quem agnoveris obſervare mandata Domini;

16 Qui *e* animo ſuo conveniat cum tuo, & qu quum ceciderit indoleſcat tecum.

17 Itaq; conſilium cordis *tui* ſtabilito, nemo enim tibi fidelior eſt illo.

18 Nam animus viri interdum renunciare ſolet *melius* quàm [4] ſeptem ſpeculatores ſedentes in ſublimi ſpecula.

19 Sed ſupra hæc omnia ora Altiſſimum, ut dirigat veritas ipſius vitam tuam.

20 [5] Principium omnis operis *eſt* oratio, & conſilium omnem actionem anteit, veſtigiumque *f* lætitiæ mutatæ eſt vultus.

21 Quatuor [6] partes oriuntur, bonum, malum, vita, mors; ſed quæ horum dominatum aſſiduè obtinet eſt lingua.

22 Eſt vir callidus eruditor multorum, qui ſuæ ipſius animæ eſt inutilis.

23 Qui ſapientiam agit verbis, eſt odioſus; hic omni ſapientia deſtituitur:

24 Non enim data eſt ipſi à Domino gratia, quum careat omni ſapientia.

25 Eſt ſapiens *g* ſibi ipſi, cujus intelligentię fructus in lingua verſantes *ſunt* laudabiles.

26 Vir ſapiens populum ſuum erudit, & fructus intelligentiæ ipſius ſunt *h* ſtabiles.

27 Vir ſapiens impletur benedictione, eũque beatum prædicant videntes omnes.

28 Vita cujuſq; continetur numero dierũ; ſed dies Iſraelis *ſunt* innumerabiles.

29 Sapiẽs in populo ſuo hæreditariã percipiet gloriam, & nomen illius *i* ſtabit in ſeculũ.

30 Fili, *k* dum vivis, periculum fac animi tui; & vide quid *ſit* malum illi, ac ne des illi.

31 ‖ Non enim omnia conferunt omnibus, neque omnis animus omni reexiſtimationẽ adipiſcitur.

32 Ne eſto inſaturabilis omnibus deliciis, neque *l* projectus eſto ad eſcas:

33 Nam multis cibis *m* adhæret morbus, & inſatiabilis voracitas [7] proximè accedit choleram.

34 Voracitate inſatiabili multi ſunt mortui: ſed qui attendit ſibi, vitam prorogaturus eſt.

Caput XXXVIII.

1 [1] *a* Affice medicũ ſuis honoribus convenientibus uſui ipſius; etenim ipſum creavit Dominus:

2 Nam ab Altiſſimo curatio eſt, *cujus nomine* etiam à rege percepturus eſt gloriam.

3 Scientia medici exaltat caput ipſius, adeò ut coram magnatibus ſit admirationi.

4 Dominus creavit è terra pharmaca; quapropter vir prudens non gravabitur illis.

5 ‖ Nónne à ligno aqua dulcis facta eſt, ut robur illius ab homine cognoſceretur?

6 Etiã ipſe dedit hominibus ſcientiam, qua glorioſi efficerẽtur rebus admirabilibus ipſi [9].

7 Illis curat *hominem*, & tollit laborẽ ejus.

8 Unguentarius illis facit miſtionem; & nunquam cõſummata ſunt opera [2] illius, eſtque [3] pax ab illo in ſuperficie terræ.

9 Fili, in tua invaletudine ne deſpicias, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te.

10 Abſiſte à delicto, & manum *b* in recto occupa; atque ab omni peccato cor munda.

11 Exhibe odorem bonum, & *c* ſuffitum conjunctum ſimila; & *d* pinguem orationem offer, [4] ut qui non cœperis.

12 Deinde medico da locũ, etenim ipſum creavit Dominus, neq; aaſiſtito ab eo, etenim opus *eſt* eo.

13 Eſt interdum tempus, quum manibus eorum proſper ſucceſſus *advenit*:

14 Etenim ipſi Dominum oraturi ſunt ut det eis quietem ſanitatemque ad vitam.

15 Qui peccat adverſus opificem ſuum, incidat in manus medici.

16 Fili, de mortuo lacrymas educito, & tanquam res graves paſſus ordire lamenta; ſed pro ratione ejus circumtege corpus ejus, neq; deſpicias ſepulturam ejus.

17 *e* Fletu acerbo utere, & calente planctu:

18 Et fac luctum pro dignitate ejus diem unum aut duos, [5] propter calumniam; & conſolationem accipe triſtitiæ cauſa:

19 Nam à triſtitia evenit mors, & triſtitia robur cordis reflectit.

20 *f* [6] Quum inducitur *malum*, unà manet etiam triſtitia: ſed vita pauperis *eſt* maledictio cordis.

21 Ne dedas triſtitiæ cor tuum, abſiſte ab ea recordatus *g* finem.

22 Ne [7] obliviſcaris: non enim eſt reverſio, & illum non juvaturus es, & te ipſum affecturus malo.

23 Memento juris tui, hoc quoque jus tuũ eſſe; mihi heri, & tibi hodie.

24 *h* Requieſcente mortuo fac ut quieſcat memoria ejus, & conſolationem de eo percipe *i* egreſſo ſpiritu ejus.

25 [8] Sapientia *k* juriſperiti opportuno otio comparatur; ſed qui parum attendit actioni ſuæ, non efficietur ſapiens.

26 Qua in re efficeretur ſapiẽs? qui tenet aratrũ & gloriatur de haſtili ſtimuli, boves agit, eſt; jam venitur ad conſilia publica, quorum auctores ex Hebræorum uſu appellantur ſcribæ: ac quæſtio proponitur proximè ſeq. verſ. & ſolvitur verſ. 39. exornatur verò 39. cap.

[1] i. terrã, quæ eſt hominum fraudulentorum ſedes: ſic appellatur Geneſ. 1.
[a] *Gr. in lætitia.*
[b] *Græ. adverſum: ſic ℣. ſeq.* ‖ *Infra* 11.
[c] *Græ. ad ſe ipſum.*
[d] *Gr. animam tuam cuſtodi*
[2] vel ſortem: ſed hoc eſt evidentius.
‖ *Supra* 7.
[3] puta operis accelerandi & perficiendi, ut plura curẽtur conductionis anno.
[e] *Gr. in anima ſua ſit ſecundum animam tuam.*
[4] i. multi: numerus finitus pro infinito. Hebræorum more.
[5] ſenſus eſt, quæcunque accidunt hominibus ea certis ex cauſis accidunt, & ſignis agnoſcuntur accidũt autẽ alia tãquam opera, quæ nihil aliud ex ſe efficiunt; alia verò tamquam actiones quæ alias affectiones pariunt: operum facultas in oratione maximè & lingua poſita eſt, ut exponitur ſequente verſu; actionũ verò in conſiliis præcedentibus, ut antè dictum eſt, utriuſque autẽ index eſt vultus in homine. hęc diſtributio cũ philoſophica doctrina re quidem convenit; ſed philoſophorũ verba auctor nõ planè ſequutus eſt. Diſtribuũtur enim à philoſophis res omnes in theoreticas, practicas, & poeticas; de quibus Baſilius in primam Homiliam de creatione elegantiſſimè.
[f] *Gr. mutationis lætitiæ.*
[6] nempe operis, ut appellavit præcedente verſ.
[g] *Gr. propriæ animæ.*
[h] *Gr. fideles.*
[i] *Gr. erit.*
[k] *Gr. in vita tua.*
‖ *ſupr.* 31. 19.

[1] *Gr. effuſus.*
[m] *Gr. in eſt.*
[7] i. hominem ita naufeabũdum facit ut bilis vehementiſſima.

[1] i. honeſtè munerare.
[a] *Gr. honora.*
‖ *Exod.* 15. 25.
[2] puta medicũ q. d. ſemp eſt ubi occupetur.
[3] i. proſperitas & incolumitas corporibũ opera illius.
[b] *Gr. dirige.*
[c] *Gr. monimẽtum ſimilæ: eſt autem monimentum idem quod ſuffitus. Hebræorum more.*
[d] *Gr. pinguefac oblationem.*
[4] id eſt, ut qui non antoverteris Dominũ benedictionibus, ſed ille beneficentia inde à principio prævenit te: ſic accipitur verbum ὑπάρχειν ab Homero in Odyſſea, pro eò quod poſteriores Græci καλάρχειν dixerũt.
[e] *Gr. exacerba fletum, & calefac planctum.*
id eſt, ut calumniam vites: quo ſenſu etiam ſubjicitur triſtitiæ cauſa, id eſt, ad levandam atque delendam triſtitiã.
[f] *Gr. inductione: ut ſup.* 2. 2.
[6] id eſt, nunquã advenit tentatio aut malum, quin eadem opera dolor triſtitiaq; inceſſat animum: ſed nihil eſt miſerius, & nulla (ut ita dicam) pauperies humanæ vitæ poteſt tanta accidere, quàm ſi quis præ triſtitia ſuo ipſius animo maledicat & malefaciat, ut fere faciũt pauperes egẽtiſſimi.
[g] *Gr. ultimæ.*
[7] nempe finis, qui proximè nominat? eſt.
[h] *Gr. in quiete mortui.*
[i] *Gr. in exitu ſpiritus.*
[8] poſtquam de morbis & morte actum eſt, id eſt, ut calumniam vites: quo ſenſu etiam ſubjicitur triſtitiæ cauſa, id eſt, ad levandam atque delendam triſtitiã.
[f] *Gr. inductione: ut ſup.* 2. 2.
[6] id eſt, nunquã advenit tentatio aut malum, quin eadem opera dolor triſtitiaq; inceſſat animum: ſed nihil eſt miſerius, & nulla (ut ita dicam) pauperies humanæ vitæ poteſt tanta accidere, quàm ſi quis præ triſtitia ſuo ipſius animo maledicat & malefaciat, ut fere faciũt pauperes egẽtiſſimi.
[g] *Gr. ultimæ.*
[7] nempe finis, qui proximè nominat? eſt.
[h] *Gr. in quiete mortui.*
[i] *Gr. in exitu ſpiritus.*
[8] poſtquam de morbis & morte actum eſt; jam venitur ad conſilia publica, quorum auctores ex Hebræorum uſu appellantur ſcribæ: ac quæſtio proponitur proximè ſeq. verſ. & ſolvitur verſ. 39. exornatur verò 39. cap.
[k] *Gr. ſcribam opportunitate otii: ſed qui minutus eſt actione.*

& nutritur inter opera eorum, & cujus narratio est de taurorum *l* fœtibus,

27 Hic animum suum adjicit ad edendos sulcos, & vigilię ejus *occupantur* in pabulis juvencarum.

28 Similiter omnis faber & architectus qui noctem ut diem transigit, qui scalpunt *m* sigilla sulpturis, & cujus assiduitas *versatur* in varietate commutanda, animum suum adhibet ad effingendam picturam, & cujus vigiliæ in opere consummando.

29 Ita faber ærarius assidens incudi, & addiscēs in operibus ferri, cujus carnes tabefacit vapor ignis, & qui æstu camini oppugnatur,

30 Cujus autem *n* novè personat mallei & incudis sonus, & [9] cujus oculi spectant ex adverso instrumenti similitudinem,

31 Animum suum adhibet ad operum cōsummationem, & vigiliæ ejus *versantur* in ornando ad consummationem *opere*.

32 Similiter figulus assidens operi suo, & convertens pedibus suis rotam, qui *o* sollicitus incumbit semper operi suo ut numerosa sit tota elaboratio sua.

33 Brachio suo figurat lutum, & eo quod ante pedes est [10] flectit robur suum.

34 Cor adhibet ad *p* oblinēdum perfectè, & vigiliæ *sunt* ejus in mundando camino:

35 Omnes isti in manibus suis fidem habent, & quisque procurat ut sapiat in opere suo:

36 Sine istis non ædificatur civitas, neque *cives* incolunt neque ambulant in ea; in consilio verò populi non desiderantur, neque in concione [11] transcendunt,

37 *q* In sede judicum non sedent, & dispositionem judicii non discernunt, neque eruditionem judiciumque exponunt,

38 Neque instructi sententiis gravibus inveniuntur; sed possessionem seculi confirmāt, & optatum eorum est de elaboratione artis.

39 Nisi qui adjecerit animum suum & cogitet de lege Altissimi, *non efficietur sapiens*.

[9] Gr. filiis.
[10] Gr. sculpturas figillorum.
[n] Gr. innovat
[9] i. qui intēdit oculos in exemplum operis, ad cujus imitationem fabricatur suum.
[o] Gr. in sollicitudine.
[10] i. refringit illud incumbens in laborem usque ad lassitudinem.
[p] Gr. consummandum linitionem.
[11] i. ad superiores sellas evehuntur.
[q] Gr. in parabola.

CAPUT XXXIX.

HIc sapientiam antiquorum omnium exquirit, & in prophetiis occupatur:

2 Narrationem virorum nominatorum conservat, & *a* instructus variis parabolis cum eis ambulat:

3 Occulta *sensa* proverbiorum exquirit; & instruct[9] *b* ænigmaticis parabolis cōversatur:

4 Inter magnates ministrat, & coram ducibus spectatur:

5 In terra alienarum gentium perambulat, quia bona & mala inter homines expert[9] est:

6 Cor suum adhibet ad Dominum manè accedens suum opificem, & precatur coram altissimo,

7 Et aperiens os suum in oratione de peccatis suis deprecatur.

8 Quum Dominus ille magnus voluerit, impletur spiritu prudentiæ.

9 Is profundens verba sapientiæ suę etiam in oratione celebrat Dominum:

10 Is dirigit consilium suum atq; scientiā, & de occultis suis rebus cogitat:

11 Is exponit eruditionem disciplinę suę, & de lege federis Domini gloriatur.

12 Laudāt intelligentiam ejus multi, quæ in seculum minimè delebitur:

13 *Nec* desistet memoria ejus, sed nomen ejus vivet in *c* omnes generationes.

14 Sapientiam ejus narrabunt gentes, & laudem ejus enunciabit Ecclesia.

15 [1] Sive maneat, nomen relinquit amplius quàm mille; sive requiescat, comparat sibi.

16 Quod cogitavi ampliùs enarrabo, nam velut in medio mense *est* luna plenus sum.

17 Audite me sancti, & germinate tamquā rosa plantata ad flumen humidum,

18 Ac proferte florem ut lilium, edite odorem, & laudate cantico.

19 Benedicite Domino de omnibus operibus ej[9]odis *d* vocalibus & citharis, atq; hoc modo dicite *e* celebrantes.

20 Opera Domini omnia *sunt* bona valde, & omne præceptum suo tempore est: non est unde dicas, cur istud est? nam omnia ista suo tempore *f* sunt exposita.

21 ‖ Sermone ipsius aqua stetit tamquam acervus frugum, & verbo oris ejus aquarum conceptacula.

22 Præcepto ejus *exsistit* quicquid placet, neque est qui possit minuere quod servaturus est.

23 Opera cujusq; carnis *sunt g* exposita ei, neque est unde abscondantur ab oculis ejus.

24 *h* Ex quo seculum est, in seculum inspicit; & nihil est coram ipso [2] mirabile.

25 Nō est unde dicas, quid istud est? omnia enim ad ministerium suum creata sunt.

26 Benedictio ejus, ut fluvius operuit, atq; ut inundatio inebriavit aridam.

27 ‖ Ita iram ejus gentes hæreditatis nomine percepturæ sunt, ut convertit aquas in salsuginem.

28 Viæ ejus *sunt* rectæ sanctis, similiterque iniquis *sunt* [3] offendiculo.

29 Bona bonis creata sunt ab initio, similiter peccatoribus mala.

30 Præcipuum omnis usus ad vitam hominis *est* aqua, & ignis, ferrumq;, & sal, & similago tritici, & lac, & mel, sanguis uvæ, oleumque, & vestimentum:

31 Omnia hæc piis bona *sunt*; ita peccatoribus convertuntur ad mala.

32 Sunt spiritus qui ad ultionem creati sunt, & [3] quorum furore flagella eorum confirmavit; tempore consummationis effundunt robur, & [4] furorem ejus qui fecit illum sedant:

33 Ignis, & mare, & fames, atque mors, omnia ista ad ultionem creata sunt.

34 Bestiarum dentes, & scorpii, viperęq;, & gladius ulciscens ad internecionem impios,

35 Lætantur quum oritur ipse:

36 Et in terra [5] ad ministeria cōparata sunt, suisq; temporibus sermonem non sunt transgressura.

37 Propterea à principio confirmatus ubi cogitavi, commisi scripto.

38 Opera Domini *sunt* omnia quę bona *sūt*, & omne ministeriū suppeditat suo tempore.

39 Nec est unde dicas, hoc illo peius *est*: nā omnia tempore *suo* probata erunt.

40 Nunc ergo ex toto corde & ore laudate nomen Domini, ac benedicite.

[a] Gr. innovat.
[b] Gr. ænigmatis parabolarū.
[c] Gr. generationem generationum.
[1] id est, si superstes proficiscatur alio, sive morte ad quietem concedet, semper nomen optimum sibi cōciliaverit.
[d] Gr. labiorum.
[e] Gr. in celebratione.
[f] Gr. requirunt: Hebraismus ut psal. 112.
‖ Exod. 14.
[g] Gr. coram ipso.
[h] Gr. à seculo.
[2] vox Hebræa cujus loco Θαυμάσιον posuit auctor potius occultum quàm mirabilem sonat: sed hoc per metalepsin, illud verò propria significatione: quamobrem utramque significationē in hoc locō conjungendā statuo.
‖ Genes. 19.
[3] Gr. offendiculum.
[3] id est, quæ præterea irritat & accēdit Deus, ut flagellis quibus à natura fuerunt armata in homines sæviant atrocius.
[4] id est, consummato judicio Deiopificis sacrūt ut ira ejus conquiescat.
[5] legitur quidem ad man[9] in contextu Græco; sed melius opinor legit Hieronymus εἰς χρέας, quàm εἰς χεῖρας: illud enim videtur simplicius, & cum Hebraeo sermone cōvenientius.

CAPUT XL.

OCcupatio magna homini cuique creata est, & iugum grave filiis Adami impositum *a* ex quo die egressi sunt ex utero matris suę ad diem usque *b* quo ad matrem omnium revertuntur:

2 Cogitationib[9] eorū & timori cordis *c* sol-

[a] Gr. à die exitus.
[b] Gr. reversionis ad matrem.
[c] Gr. sollicitudo expectationis.

licita exspectatio, *nempe* dies mortis *impositus*,

3 *d* Æquè sedenti in throno gloriæ, atque humiliter abjecto in terra & cinere,

4 Æquè ferenti hyacinthinum & coronam atque amicienti linum crudum.

5 Indignatio, invidiaque, perturbatio, & fluctuatio, & metus mortis, & [1] effingēdi studium, atque contentio, etiam tempore quietis de nocte somnus ejus *recumbentis* in cubili notitiam mutat.

6 Perparum, quasi nihil *e* quietem capit; & ex eo in somno *versatur* tamquam in diebus speculationis,

7 Conturbatus viso mentis suæ, ut qui effugit *f* à bello tempore salutis suæ.

8 Expergefactus verò miratur timorem de nihilo *g* communem omni carni & homini & pecudi; sed peccatores septuplo graviora supra hæc invadunt *mala:*

9 Mors, & contentio, gladiusq;, & sanguis, adductiones famis, & contritionis, ac flagelli; contra iniquos ista omnia creata sunt, etiam propter eos diluvium factum est.

10 Quæcumq; è terra sunt, in terrā reverturtur; & *quæ* ab aquis, in mare reflectunt.

11 Omne donum injustitiaq; delebitur:

12 Fides verò consistet in seculum.

13 Pecuniæ injustorum tamquam [2] fluvi[9] exarescent, & tamquam magnum tonitru cū imbribus *in eis* intonabit *Deus*.

14 Quum aperit ille manus, [3] afficitur lætitia: ita qui transgrediuntur ad consummationem usque deficient.

15 Impiorū propago non edet ramos multos, & radices impuræ *sunt* in præcipite rupe.

16 *Sūt velut* [4] spuma imposita cuivis aquę & *h* ripę fluminis, ante omne gramen evellūtur.

17 Gratia *est* velut viridarium *i* benedictionibus confertissimum, & in seculū permanet misericors beneficentia.

18 Vita hominis sua sorte contenti & operarii suavis est, sed superat utraq; qui thesaurum [5] illum adipiscitur.

19 Liberi & ædificatio civitatis stabiliunt nomen:

20 Vinum & musica lętitiam afferunt cordi; sed supra utraque amor sapientiæ.

21 Tibia & psalterium suaves efficiunt modulos, sed supra utraque suavis lingua.

22 Gratiam & pulcritudinem concupiscit oculus; sed supra utraque [6] herbam *k* satam.

23 Amicus & socius *l* tempestivè occurrūt, sed supra utraque uxor cum viro.

24 Fratres & auxiliū in tēpore afflictionis, sed supra utraq; misericors beneficētia liberat.

25 Aurum & argentum [7] constabiliunt pedem, sed supra utraque cōsilium probatū est.

26 Pecuniæ & robur exaltant animum, sed supra utraque Domini reverentia.

27 Non est in *m* reverente Dominū diminutio, neque est cur sibi ipsi quærat auxilium.

28 Reverentia Domini *est* tamquam viridarium *n* benedictum, quam suprà omnem gloriam obtegit *Deus*.

29 Fili, vitam *o* mendicam ne vivas: præstat mori quàm mendicare.

30 Vir respiciens ad alienam mensam non habet vitam *p* quę reputanda sit vita; inquinat animam suam escis alienis:

31 Vir autem scitus ac eruditus cavet.

32 In ore impudentis suavis est mēdicitas, sed [8] ignis ardet in ventre ejus.

d Gr. à sedente in throno gloriæ & usq; ad abjectum: sic deinceps. Hebræi.

[1] i. ludificandi & exagitandi adversarios, eorumq; vitia per imitationem ex probrādi, aut bona obscurandi hypocriseos nomine.

e Gr. in quiete est.

f Gr. à facie belli.

g Gr. cum omni carne.

[2] videlicet fallax & brevis, qualem describit Ijob 6. 15. & sequē tibus.

[3] nempe justus: ellipsis contrarii.

[4] eamdem similitudinem etiam adhibet Hosche 10. 7. est autē Greca vox rara quidem, sed tamē propriè Græca: cujus loco per epenthesin Græci ἀχθὼ vel ἀχθὼ dixerūt, ut πέχνη pro πεχνὴ, μυσάχνη, & similia.

h Gr. labio.

i Gr. cum benedictionibus.

[5] de quo dictū est præcedente versu.

[6] id est, utilitatem conjūctam pulcritudine: unde est Horatianū illud, Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

k Gr. sementis.

l Gr. ad tēpus.

[7] id est, hominem à lapsu & ruina confirmant.

m Gr. reverentia Domini: hypallag.

n Gr. benedictionu.

o Gr. mendicitatis.

p Gr. in ratiocinio vitæ.

[8] puta judicii, & maledictionis Dei.

Caput XLI.

1 O Mors, quàm *a* acerba *est* tui memoria homini utenti pace in facultatib. suis,

2 Viro minimè distracto *curis*, sed successu prospero utenti in omnibus, & adhuc valenti cibum capere!

3 O mors, *quàm* bonum *est* judicium tuum homini indigenti & minuto viribus,

4 Extremā senectā agenti, & distracto ad omnia, atq; diffidenti, & qui amisit patientiam!

5 Ne timeas *b* jus mortis: recordare *c* eorū qui præcesserunt te, & qui sequuntur; hoc enim jus est *indictum* carni tuæ à Domino.

6 Ecquid recuses quod placet Altissimo? sive decem, sive centum, sive mille annos *natus*.

7 Non est in sepulcro [1] incusatio vitæ.

8 Quum liberi abominandi fuerunt, filii peccatorum, qui conversantur impiorum vicinitatibus;

9 Filiorum peccatorum perit hæreditas, & cum semine eorum assiduum est probrum.

10 Patri impio succensent liberi, eo quòd per ipsum probro sint.

11 Væ vobis viri impii, qui quidem dereliquistis legem Altissimi: nam sive multi sitis, ad perditionem *estis*;

12 Et sive nascamini, ad maledictionem nascimini: sive moriamini, *d* maledictioni in partem adjudicamini.

13 Quæcumq; è terra *sunt*, in terram revertuntur, sic impii in perditionem.

14 Luctus hominum de corporibus ipsorū *est*: sed nomen hominum [2] qui non fuerunt boni delebitur.

15 Curā habe de nomine: hoc enim tibi permanet *magis* quàm mille thesauri ingentes auri.

16 Vitæ bonæ *e* numerantur quidem dies, sed bonum nomen in secula permanet.

17 Eruditionem in pace conservate, liberi.

18 Sapientiæ absconditæ & thesauro non manifesto, quæ *est* utrique utilitas?

19 Præstat homo abscōdens stultitiam suam homini abscondenti sapientiam suam.

20 Itaq; verecūdia commoveatur hoc verbo meo: non enim bonum est omnem pudorem conservare, neque omnia omnibus probantur *fuisse facta f* fideliter.

21 *g* In patrem & matrē, pudeat vos scortationis; & in ducem potentiorem q;, mendacii;

22 Et in judicem magistratum q;, delicti; in cœtum & populum, iniquitatis;

23 In socium & amicum, injustitiæ; & in loco ubi incola es, furti;

24 In veritatem Dei, *fracti* federis; & *h* [3] in eum qui impingit cubitum, ciborū; [4] in exagitatione, *i* nundinationis;

25 Et apud salutantem, silentii: *pudeat* aspectus in mulierem meretricem, & aversationis *k* ab homine nobili.

26 *l* Ablatæ portionis & doni, & *m* adhibiti ad mulierem conjugatam animi,

27 Curiositatis, & ancillæ; nā ne insistito in cubile ejus.

28 *Pudeat* apud amicum sermonum probri, & postquam dederis ne exprobrato:

29 Pudeat etiam [5] repetitionis, & sermonis ex auditu, & retectionis in occultis rebus.

30 Sic eris veraciter pudens, & gratiā coram omni homine *n* consequeris.

a Græ. amarā.

b Gr. judiciū.

c Gr. priorū te & ultimorum.

[1] id est, post mortem non initur tecum ratio quātum vixeris, neq; tibi vertetur crimini parū aut multum vixisse, sed malè vixisse te, & malè actæ vitæ ratio subducetur.

d Gr. in maledictionem dispertimini.

[2] Græcè quidem ἀγαθὸν singulari numero legitur, sed per ō malim sequutus Hieronymū: nam hoc pacto locus est evidentior.

e Gr numerus dierum est.

f Gr. in fide.

g Gr. à patres sic deinceps.

h Gr. ab impactione cubiti, de panibus.

[3] hic locus varie quidem accipitur: sed unicam sententiam eamque judicio meo verissimam afferā: vult ergo auctor ut quemadmodū furti; sic etiā violentiæ pudeat nos. Is autem violentus est qui alteri nolenti rem suā eripit, & contra nitenti; quod hic una specie declaratur hominis habentis panem sive alimentum suū & cubitum appingentis atq; circumdantis ne eripiatur sibi. Huic homini quisquis rem suam adimit, violentus est; ac propterea admonet sapiens ut nos cùm istius pudeat, tum omnis violentiæ.

[4] i. pudeat te si quis te contumeliis probrosis infamibusque exagitet cum eo colludere, & conventionē paciscī ad malum.

i Gr. acceptionū & donationis: Hebraiss.

k Gr facies hominu nobilis.

l Gr. ab ablatione port.

m Gr. considerationis mulierū quæ subest viro.

[5] i. relati sermonis quem alter pronunciaverit: nam delatione jā damnosa est.

sæpius interdixit, quia omnibus bonis semper odiosa, persæpe

n Græc. invenies.

CAPUT XLII.

1 NE de rebus istis pudeat te, [1] neque suscipias personam ad peccandum;

2 De lege Altissimi, & federe, & de judicio ut impium justifices,

3 De *a* re sociali atque viatorum, & de traditione hæreditatis sodalium,

4 Et accuratione trutinæ ponderumq;, de acquisitione multarum & paucarum rerum,

5 De varia mercatorum venditione,

6 Et de multa liberorum eruditione, & de *b* cruentando latere famulo nequam.

7 In mulierem improbam *c* bona *est* obsignatio; & ubi manus multæ sunt, conclude *res tuas*.

8 Quum trades, *trade* numero & pondere, & datum & acceptum omnia de scripto *habe*.

9 *Ne pudeat* de eruditione amētis, & stulti, & decrepiti cum juvenibus litigantis: erisque eruditus *d* certò, & coram omni vivente probaberis.

10 Filia patri *e* occultas vigilias affert, & sollicitudo de ea abducit somnum; tum in juvēntute ejus, ne fortè ætatis flos prætereat; tum elocata, ne fortè odio sit:

11 In virginitate, ne fortè polluatur, & in paternis *ædibus* suis gravida fiat; cum viro autem versata, ne fortè transgrediatur, & elocata ne fortè sit sterilis.

12 In filiam *g* inverecundam firma utere custodia, ne fortè efficiat *h* ut tu sis gaudio inimicis, sermoni in civitate, & famosus in populo, denique pudore illa afficiat te in turba multorum.

13 In ullum hominem ne intuēre ob pulcritudinem, & inter mulieres ne conside:

14 Nam ex vestimentis egreditur tinea, & ex muliere mulieris improbitas.

15 Melior *est* improbitas viri, quàm mulier benefica, [2] mulier pudore afficiens ad probrum.

16 Memorabo jam opera Domini, & quæ vidi enarrabo verbis Domini, opera ipsius.

17 Et sol perlustrans in omnia inspicit, & gloria Domini plenum *est* opus ipsius.

18 [3] Non indidit sanctis, Domini ut enarrēt omnia mirabilia ipsius, quæ firmavit Dominus omnipotens statuminādo gloria sua universitatem.

19 Abyssum & cor pervestigat, & de callidi[4]tatibus [4] illorum cogitat:

20 Novit enim Altissimus notitiam omnē, & introspicit in signa *i* æterna, nuncians res præteritas & futuras, & occultarum vestigia retegens.

21 Non præterit ipsum ulla cogitatio, non absconditus est ipsi ne unus quidem sermo.

22 Res magnificas ornavit sapientia sua, qui ante seculum & in seculum est:

23 Neque augetur, neque minuitur, neque indiget ullo consiliario.

24 Quàm desiderabilia *sint* omnia opera ipsius, etiam [5] ad scintillam usq; facile est spectare.

25 Hæc omnia vivunt manentq; in seculū omnibus in ministeriis, omniaque obediunt.

26 Omnia duplicia, unum è regione alterius; neque fecit quicquam deficiens.

27 *k* Alterum alterius confirmat bona; denique quis expleatur videndo gloriam Dei?

[1] i. neq; auctoritate cujusquā aut gratia adducaris ut committas peccatū; sed magis te pudeat peccati coram Deo, quàm offensę hominis gratia.

[a] *Gr. verbo socii.*

[b] *Gr. sanguinando.*

[c] *Gr. bonum sigillum.*

[d] *Gr. verax.*

[e] *Gr. occulta vigilia est & sollicitudo ejus.*

[f] *Gr. postquam cohabitavit: sic vers. seq.*

[g] *Gr. non aversabilem, firma custodiam.*

[h] *Gr. te gaudiū inimicis loquutionem in civitate et appellationem populi.*

[2] hæc verba quia à præcedentibus disparant, indignè faciunt: sunt enim superiorum exegetica: quib. ostendit antecedens dictum nō esse καθόλου de omni muliere, ἐν μέρει accipiendum de improba.

[3] id est, tantā facultatē aut tantū flumen eloquii cum suis nō communicavit, ut pro merito opera ipsius enarrare possint.

[4] puta singulorū cordiū.

[i] *Gr. seculi.*

[5] id est, rem quamlibet minimam: proverbiale dictum.

[k] *Gr. unum ūnius.*

CAPUT XLIII.

1 SUperba altitudo expansum purum *est*, [a] species cæli cum aspectu glorioso ejus.

2 Sol ad aspectum nunciat [1] de glorioso Deo, *quod* instrumentum *est* admirabile, opus Altissimi.

3 *b* Quum in meridiano est, arefacit regionem, & ex adverso æstus illius quis subsistat? *quasi* in caminum sufflet operibus æstus *sui*.

4 [2] Tripliciter sol exurit montes, vapores igneos efflat, & refulgens radiis hebetat oculos.

5 ‖ Magnus *est* Dominus qui fecit illum, & sermonibus suis sedavit iter *illius*.

6 Idem lunam fecit ad constitutionem tēpore suo *faciendam*, demonstrationem temporum, & signum seculi.

7 Etiam à luna signum *habetur* die festi.

8 Luminare *ubi* minutum est ad consummationem, mensis de nomine illius; auctum verò res mirabiles facit mutatione:

9 [3] Instrumentum *b* castra habens in alto, in expanso cæli relucens.

10 Pulcritudo cæli *est* gloria astrorum, ornatus lucem præbens in *cælis* Domini Altissimi.

11 Ad sermones sancti *d* [4] exhibent condemnationē, neque exardescunt in custodia sua.

12 Vide [5] arcum, & benedic ei qui fecit ipsum, valde speciosum splendore suo.

13 Curavit cælum in circulum gloriosum, manus Altissimi extenderunt illud.

14 Præcepto suo sistit nivem, & celeriter incitat fulgura judicii sui.

15 Propterea apertis thesauris evolant nubes, ut volucres.

16 Magnificentia sua confirmat nubes, & diffringuntur lapides grandinis.

17 *e* Sonus tonitru ipsius facit ut indolescat terra, & aspectu ipsius commoventur mōtes.

18 Voluntate ipsius spirat Notus, & *f* procellosus Boreas, & Circius.

19 Tamquam volucres deorsum volantes spargit nivem, cujus descensus *est* tamquam locustæ divertentis.

20 Pulcritudinē albedinis ejus admiratur oculus, & ad imbrē illius extra se rapitur cor.

21 Et pruinam tamquam salem in terram profundit, quæ congelata *g* efficit palorum summitatem.

22 Frigido vento Borea efflante compingitur ex aqua gelu, in omni cōgregatione aquarum diversatur, & aquam velut lorica induit.

23 [6] Exedit mōtes, & desertum exurit, herbamque exstinguit tamquam ignis.

24 *h* *Quæ* omnia curans festinanter nebula, ros occurrens [7] ab æstu exhilarat.

25 Sermocinatione ejus quiescit abyssus, & in ea insulas plantavit.

26 Qui navigāt mare, narrāt periculū ejus: *i* quod audientes auribus nostris admiramur.

27 Ibidem *sunt* incredibilia & mirifica opera, varietas omnium animantium, discrimē cetorum.

28 Denique per ipsum prospera via utitur Angelus ipsius, & sermone ipsius consistunt omnia.

29 Ut dicamus multa, haudquaquam tamē assequemur; & *k* ut summatim dicam, is est universum ipsum.

[a] *Gr. superbia altitudinis firmamentum munditiei.*

[1] id est, de Deo gloriæ: quod argumentum explicatur Psal. 19.

[b] *Gr. in meridie ei: Hebraismus.*

[2] id est, quampluriūum: nā ternarius numerus intendit significationem.

‖ *Jehoschu. 9. & Jestha 38.*

[3] id est, luna est velut instrumentum Dei stellarum castris circūdatum, & exercitibus, ut appellatur Gen. 2. 1. sic transitur ad locum de stellis.

[c] *Gr. castrorū*

[d] *Gr. sistunt.*

[4] i. ita obscurantur quasi tenebris perpetuis damnatę essent: ut Jeschah. 24 23. Joēlis 2. 30. & alibi passim.

[5] id est, iriu, ut à poētis appellatur, de quo Gen. 9 12. & seq.

[e] *Gr. vox.*

[f] *Gr. procellū Borea & conversio venti.*

[g] *Gr. est palorū summitas.*

[6] nempe gelu exurēs omnes fœtus terræ.

[h] *Gr. curatio omnium per diligentiam.*

[7] puta adveniente, quum vernare incipiunt omnia.

[i] *Gr. & auditionibus auriū nostrarum.*

[k] *Gr. ad consummationem sermonum, ut inf. 50. 15.*

30 Gloria afficere eum ubi valeremus? nã ipse *est* magnus præter omnia opera sua.

31 Terribilis Domin',& magnus valde,& admirabilis potentia ejus.

32 Glorificantes Dominum exaltate quantum potestis; nam adhuc etiam superabit *exaltationem vestram:*

[1] *Gr. multiplicate in virib.*

33 Et exaltantes eum *l* plurimas vires conferre

34 Ne defatigemini: non enim unquam assequemini. quis vidit ipsum ut enarret? & quis magnificet ipsum prout est?

[2] nempe quæ ad notitiam nostram perveniunt, ut interpretãtur sequentia.

35 Multa abscondita sunt majora [8] istis, pauca vidimus ex operibus illius:

36 Nam omnia fecit Dominus,& piis indit sapientiam.

Caput. XLIIII.

1 JAm laudemus viros gloriosos,& majores nostros genere.

[a] *Gr. creavit.*

2 Multam gloriam *a* comparavit Dominus per illos majestati suæ inde à seculo.

[b] *Gr. nominati.*

3 Dominantes in regnis suis,& viri *b* celebres potentia, consilia ineuntes cũ intelligentia sua, qui renunciaverunt de prophetiis,

4 Ducentes populum constantibus cõsiliis, & intelligentia *c* juris popularis,

[c] *Gr. scriptura populi.*

5 Quorum eruditioni sapientes sermones inerant,[1] qui exquirebant modulationes musicorum,& carmina scripta enarrabant,

[1] id est, excogitabant & componebãt auctore spiritu Dei exquisita illa & sacra cantica quæ de scripto fuerunt Ecclesiæ tradita, ut decãtarẽtur in ea.

6 Viri divites, *d* instructi robore, colentes pacem in suis habitationibus:

[d] *Gr. subministrati.*

7 Hi omnes per generationes adepti sunt gloriam, *e* qua gloriati sunt in diebus suis.

[e] *Gr. & gloriatio* fuerunt.

8 Sunt ex iis qui reliquerunt nomen cujus enarrentur laudes.

9 Sunt etiam quorum non est recordatio, qui perierunt quasi nõ exstitissent,& fuerunt quasi nõ fuissent, liberiq; ipsorum post ipsos.

[f] *Gr. misericordia: ut ℣ 21.*

10 Verùm quàm fuerunt *f* misericorditer accepti viri illi quorum justè facta non sunt oblivioni tradita.

11 Cum semine illorum permanet bona hæreditas, posteri illorum in federibus sunt.

12 In federibus est semen eorum, & liberi eorum post eos.

13 In seculum manet eorum semen, neque deletur eorum gloria.

14 Sunt *quidem* eorum corpora sepulta in pace; sed nomen eorum vivit in *g* generationem quamque.

[g] *Gr. generationem & generationem.*

15 Sapientiam eorum narrant populi, & laudem eorum enunciat Ecclesia.

‖ *Genes. 5.*

16 ‖ Chanoc placuit Domino Deo,& trãslatus est, exemplum resipiscentiæ his generationibus *propositum.*

‖ *Genes. 6.*

17 ‖ Noach deprehensus est integer, justus, cujus fuit reconciliatio *h* quo tempore irascebatur *Deus.*

[h] *Gr. tempore iræ.*

18 Propterea quùm diluvium fieret,

[i] *Gr. seculi.*

19 Etiam federa *i* perpetua cum eo constituta sunt, ut nõ deleretur diluvio omnis caro.

‖ *Genes. 17.*

20 ‖ Abraham magnus pater multarum gentium *fuit*, cui non est inventus par in gloria illius, qui conservavit legem Altissimi, & fuit *k* federe junctus illi.

[k] *Gr. in federe cum illo.*

‖ *Genes. 22.*

21 ‖ In carne illius instituit fedus,& in tentatione fidelis compertus est:

22, Propterea juramẽto constituit ei se benedicturum gentibus in semine ejus:

23 Multiplicaturum eum tamquam pulverem terræ,& illos hæreditatem possessuros *l* à mari uno ad alterum,& à fluvio usque ad extremitatem terræ.

[l] *Gr. à mari ad mare.*

24 ‖ Similiterque in Jitzchako statuit propter Abrahamum patrem ipsius,

‖ *Gen. 25.*

25 Benedictionem omnium hominum & fedus, quod *m* incubuit capiti Jahakobi:

[m] *Gr. requievit super caput*

26 Agnovit eũ in benedictionibus [2] illius, quumq; dedisset ei hæreditatem, divisit partẽ ejus in tribus duodecim quas dispertitus est:

‖ *Gen. 27.*

[2] prtà Jitzchaki: quasi dicat fallebatur quidem Jitzchak quum verbis Dei benedictionẽ pronũciaret; sed minimẽ fallebatur Deus, qui hunẽ agnoscebat& augebat benedictionibus.

27 Eduxitq; ex eo [3] virũ misericordiæ, qui consequutus est gratiam coram omni carne.

[3] i. Moschen misericorditerà Deo acceptum, ut exponitur sequente versu, qui imperitè a b hoc divulsus est: vide suprà in versum 10.

Caput XLV.

1 DIlectum Deo & hominibus Moschen, cujus memoria *a* benedictionibus cõjuncta est:

[a] *Gr. in benedictionibus est.*

2 Parem effecit eum gloriæ [1] sanctorum, & magnificavit eum hostium timoribus, sermonibus ejus signa compescuit, & gloria affecit eum in conspectu regum,

[1] id est, angelorũ: ut apud Danijelẽ appellantur.

3 ‖ Dedit ei mãdata ad populũ suum, & demonstravit ei gloriam suam:

‖ *Exo. 4. & sequent.*

4 In fide & mansuetudine ejus sanctificavit eum, quum elegisset eum ex omni carne:

5 ‖ Fecit ut audiret vocem suam, & introduxit eum in caliginem:

‖ *Exod. 19.*

6 Et tradens ei *b* coràm mandata, legem vitæ atque scientiæ; docuit Jahakobum fedus, & jura sua Jisraëlem.

[b] *Gr. in facie.*

7 Aharonem extulit sanctum, similem illi, fratrem illius, è tribu Levi:

8 Instituens ei fedus *c* perpetuũ dedit ei sacerdotium populi, & ornatu apto beavit eũ.

[c] *Gr. secuti: sic deinceps.*

‖ *Exo. 28. & 29*

9 ‖ Nam circumcinxit eum amictu glorioso, induens eum consummatione *d* gloriosa, & confirmavit eum instrumentis roboris,

[d] *Gr. gloriatiõnis.*

10 Feminalibus, & talari veste, atque humerali:

11 Et circumdedit eum parvulis malogranatis, aureisq; tintinnabulis plurimis in circuitum, ut sonaret vox ad gressus ejus, ut sonum ederet qui in templo exaudiretur,& memoriale esset *e* popularibus ejus:

[e] *Gr. filiũ populi.*

12 Stola sancta ex auro & hyacintho purpuraque opere plumario, [2] rationali judicii manifestis veritatis *signis*,

[2] i. eo ornatu quod pectorale dixerunt alii; ex cujus Urimis & Thummimis divinitus veritas rerum cognoscebatur; de quo vide Exod. 28 15. & sequentibus, & Hezræ 2. 63.

13 *Ex* retorto coccineo opere artificioso, lapidibus pretiosis sculpturis sigilli, cum vinculis aureis, opere gemmarii; ad monimentum; scriptura cælata de numero filiorum Jisraelis.

[f] *Gr. ectypum opus.*

14 Coronam auream imposuit cidari, *f* cũ ectypo signo sanctificationis *opere* sigilli, *instrumentum g* gloriationis honoratæ, opera strenuè fabrefacta, quæ adornata speciosè ab oculis concupiscerentur.

[g] *Gr. gloriationem honoris, opera roboris, cõcupiscentias oculorum, adornata speciosa: appositiones Hebraica.*

15 Ante eum res non fuerunt ejusmodi, neque in seculum induit alienigena;

16 Præter filios ejus solùm, & posteros ejus perpetuò:

17 Quorum sacrificia in holocaustum offeruntur assiduè bis in diem.

18 [3] Implevit Mosche manus ejus, eumque oleo sancto unxit;

[3] id est, consecravit ministerium sacerdotale ejus: vide Exo. 28. 41.

19 *Quod* fuit ei in fedus perpetuũ,& semini ejus, *h* tãtisper dum futurum est cælum; ut ministrantes eis simul fungantur sacerdotio, & benedicant populo in nomine ipsius.

[h] *Gr. die cœli.*

20 Elegit

20 Elegit eum ex omnibus viventibus ut adduceret holocaustum Domino, suffitum, odoremque gratum ad monimentum, litando pro populo:

21 Dedit ei mandata sua, potestatemq; judiciorum de federibus *suis*; ut doceret Jahakobum testimonia, & in lege ipsius illustraret Jisraelem.

22 Quum simul institissent in eũ alieni, invidẽtes ei in deserto *i* quidã, Dathan & Abiram & congregatio Korachi *k* irato animo;

23 Videns Dominus improbavit, sed consummati fuerunt in furore iræ:

24 Fecit in eos portenta consumendo eos igne *l* flammante:

25 Et adjiciens Aharoni gloriam, dedit illi hæreditatem, primitias primorum fœtuum impertitus illi.

26 *m* Cibum in primis *n* abundè comparavit; etenim sacrificia Domini comedunt, quæ dedit ei & semini ejus.

27 Verùm in terra populi hæreditatem nõ percipit, neque inter populum est portio ei; nam ipse pars *est* hæreditatis ejus.

28 ‖ Pinchas verò filius Elhazaris tertius *est* gloria, eo quòd zelo ductus ipse cum reverentia Domini,

29 Steterit in aversione populi *o* optimo promtoque animo suo, & pro Jisraele *Deum* placaverit.

30 Propterea instituit ei fedus pacis & 4 populo ipsius; ut antistes rerum sanctarum esset, ut magnificentia sacerdotii esset ipsi ac semini ipsius in seculum.

31 Ac *ex* federe quidem facto cum Davide nato ex tribu Jehudæ hereditas regis *p* à filio ad filiũ unicũ pervenit; hæreditas verò Aharonis *debetur* etiam semini ipsius.

32 [5] Indat vobis sapientiam, cordi *inquam* vestro ad judicandum populum suum *q* justè, ut non deleantur bona illorum, & gloria ejus *constet*, per generationes illorum.

i Gr. viri.
k Gr. animo irato.
l Heb. flamma.
m Gr. panem.
n Gr. in plenitudine.
‖ *Num. 25.*
o Gr. bonitate promtitudinis animæ suæ.
4 i. posteris è gente ipsius, ut sepe vox ista à Mosche accipitur.
p Gr. filii ex filio solius est.
5 conclusio capitis de sacerdotibus voto sive oratione ad Deum.
q Gr. in justitia

CAPUT. XLVI.

1 ‖ FOrtis in bello Jehoschuah filius Nunis & successor *fuit* Moschis in prophetiis:

2 ‖ Qui fuit magnus secundùm nomen suum ad salutem electorum ejus, vindicando inimicos qui insurgebant, ut hereditatem traderet Jisraeli.

3 ‖ Quàm gloriosus factus est, quum extolleret manus suas, extenderetque in civitates gladium!

4 Quis ante eum sic stetit? nam bella Domini ipse induxit *illis*.

5 Nonne ad manum illius retrogressus est sol; & unus dies fuit *a* ut biduum?

6 Invocavit altissimum principem quum affligeret inimicos circumquaq;; & magnus Dominus exaudivit eum immissis lapidibus grandinis potentia vehemente.

7 Erupit in gentes bello, & *b* descendens perdidit eos qui resistebant:

8 Ut agnoscerent gentes armaturam ipsorum, *c* Domino *esse curæ* bellũ ipsius: etenim persequebatur eos *d* pręeunte [1] principe.

9 Etiam *e* tẽpore Moschis fecit *f* misericorditer ipse & ‖ Caleb filius Jephunnę resistẽdo coram Ecclesia, prohibendo populũ à peccato, & murmurationem *g* improbam sedando.

10 Atque hi cum duo fuerint, è sexcentis millibus peditum conservati sunt, ut adduceret ipsos *Deus* in hæreditatem, in regionem affluentem lacte & melle:

‖ *Num. 17.*
‖ *Exod. 17.*
‖ *Jehoschu. 10.*
a Gr. ad duos.
b Gr. in descẽsu.
c Gr. coram Domino esse bellum.
d Gr. post principem.
1 Copiarum Domini, id est Christo, qui apparuerat ipsi Jehosch. 6.
e Gr. die.
f Gr. misericordiam.
‖ *Num. 14.*
g Gr. improbitatu.

11 ‖ Deditq; Dominus Calebo robur quod ad senectutem usque permansit ei, adeo ut ascenderit ipse supra *h* celsas civitates terræ; & semen ipsius hæreditatem obtinuerit:

12 Ut viderent omnes filii Jisraelis bonum *esse* obsequi Domino.

13 Similiter judices singuli de nomine suo,

14 Omnes quorum cor non est scortatione aversum à Deo, & quicumque non fuerũt aversi à Domino, horum etiam memoria est *i* benedictionibus conjuncta.

15 Ossa eorum revirescant in loco suo, & nomen eorum quasi permutatione renovetur in filiis eorum qui gloriam adepti sunt.

16 ‖ Dilectus à Domino suo Schemuel Propheta Domini constituit regna, & unxit principes præficiens populo ipsius;

17 ‖ Ex lege Domini judicavit congregationem, & invisit Jahakobum Dominus.

18 ‖ In sua fide accuratus Propheta compertus est, & agnitus in verbo suo:

19 Nam invocavit Dominum principem affligentibus eum inimicis ejus circumquaq;, cum oblatione lactentis *k* maris:

20 Et intonuit è cęlo Domin[9], adeò ut sono magno tonitru faceret ut exaudiretur vox sua;

21 Attrivitque duces Tyriorum, & omnes principes Pelischthæorum.

22 ‖ Deinde antequàm indormisceret à seculo, contestatus est coram Domino & [2] uncto ipsius *dicens*; pecunias, ac *l* ne calceamenta quidem ab ullo homine accepi; nec incusavit eum *m* quisquam.

23 [3] Posteaquàm verò obdormiuisset, prophetavit demonstrans regi mortem ipsius, & extulit è terra vocem suam prophetia *indicans* deletum iri iniquitatem populi.

h Gr. ac altitudinem.
i Gr. in benedictionibus.
‖ 1. *Schemuel.* 10. & 16.
‖ 1. *Schem.* 6.
‖ 1. *Schem.* 7.
k Græc. viri. κατάχρηστ.
‖ 1. *Schem.* 12.
2 id est, Schaũl le rege, quem unxerat 1. Schem. 10.
l Gr. usque ad calceamẽta ab omni carne.
m Græ. homo.
3 habetur quidem historia 1. Schem. 28. de hoc argumento: sed alienum istud esse à fide ut Schemuel Propheta Dei dicatur à nefaria muliere provocatus Schauli respondisse, cùm patres ipsi permultis locis & argumentis plurimis ostenderunt, tum evincit scriptura manifestissimè: sed hoc scriptum humanũ est; & quatenus cum verbo Dei conformatur, piè accipiendum; reliqua casto & sancto judicio discernenda: tenuit enim hic noster auctor illud dogma de reversione non modo spirituum, sed etiam corporum, ut apparet ex iis, quæ de Elija Propheta natrat infrà 48. 10.

CAPUT XLVII.

1 POsteà verò ‖ exstitit Nathan Propheta, Davidis temporibus:

2 Tamquam adeps separatus ab *hostia* salutari, ita *est* David *eximius* è *a* Jisraelitis.

3 ‖ Inter leones peregrinus conversatus est sicut inter hœdos, & inter ursos sicut inter lactentes agnos.

4 In juventute sua occidit gigantem, & sustulit probrum è populo,

5 Quum attolleret manum, lapide fundę dejecturus *b* gloriabundum Goljathum.

6 Nam invocavit Dominum altissimum, qui dedit dexterę ipsius robur tollendi hominem potentem bello ad exaltandum cornu populi sui.

7 Sic inter myriadas gloriam tribuit ei, & laudavit eum benedictionibus Domini.

8 Quum allatum fuisset ipsi diadema gloriæ, attrivit inimicos circumquaq;, & redegit in nihilum Pelischthæos adversarios, in diem hodiernum usque attrivit illorum cornu.

9 In omni opere suo tribuit celebrationẽ sancto Altissimo verbis *c* gloriosis.

10 Ex toto corde suo decantavit & amavit opificem suum:

11 ‖ Instituitq; cantores ante altare, ut voce suaves canerentur moduli ipsius, & in dies laudarent *Deum* odis suis.

12 Tradidit ad dies festos res decoras, & tẽ-

‖ 2. *Schem.* 7.
a Gr. filii Jisraelitu.
‖ 1. *Schem.* 17. 34.
b Gr. gloriatũ nem Goljathi: hypallage.
c Gra. gloria.
‖ 1. *Chron.* 23. *& seq.*

pestates ornavit *d* absolutissimè, laudantibus illis sanctum nomen ejus, & inde à matutino personante sanctuario ejus.

13 ‖ Dominus abstulit peccata ipsius, & cornu ipsius in secula exaltavit, tradens ei fedus regni & thronum gloriæ in Jisraele.

14 Post eum ‖ exstitit filius sapiens, per quē in *e* lato habitabit *Deus*.

15 Schelomo regnavit temporibus pacis, & gloriam adeptus est, quum Deus sedavisset *regiones* circumstantes eum, ut statueret domū ad nomen ejus, & pararet sanctuarium in seculum:

16 ‖ Qui sapiens factus est in juventute sua, & impletus ut *aqua* fluvius, intelligentiâ.

17 Terram obtexit anima tua totam, & implevit parabolis *f* ænigmaticis:

18 Ad insulas procul pervenit nomen tuum, & dilectus es in *g* prosperitate tua.

19 De odis, & parœmiis, parabolisque, & interpretationibus admiratæ sunt regiones.

20 In nomine Domini Dei totius terræ [1] qui tuus vocatus est, Deus Jisraelis.

21 Congregasti quasi stannum aurum, & quasi plumbum collegisti multum argenti.

22 ‖ Inclinasti viscera tua ad mulieres, & in potestate aliena fuisti corpore tuo.

23 Indidisti maculam gloriæ tuæ, & prophanum effecisti semen tuum ad inducendū iram in filios tuos, & ut compungerentur de imprudentia tua; quum *h* discinderetur regnum, & ex Ephraijmo regnum inobsequens inciperet.

24 Dominus verò nequaquam fuit derelicturus misericordiam suam, neque *i* facturus ut abrumperetur cursus operum ipsius;

25 Ac minimè ‖ deleturus posteros electi sui, & semen ejus qui dilexit eum minimè sublaturus:

26 Sed Jaakobo disposuit reliquias, & Davidi radicem ex ipso.

27 Nam quum requiesceret Schelomo cum suis majoribus,

28 Reliquit post ipsum de semine ipsius *k* insipientissimum è populo, minimaque intelligentia, Rechabhamum; qui [2] avertit populum consilio suo.

29 Et Jarobham filius Nebati, qui ad peccandum induxit Jisraelem: quumq; prodidisset Ephrajmo viam peccati, multiplicata sunt peccata illorum valdè,

30 Ut amoveret ipsos è terra *Deus*;

31 Donec ira & vindicta supervenisset ipsis.

a Gr. usque ad consummationem 2. Sche. 7.

‖ 1. Reg. 1.

b Gr. latitudine.

‖ 1. Reg. 3.

f Gr. ænigmatum.

g Gr. pace.

[1] Ex variis lectionib⁹, quæ habentur hoc loco lectione Hieronymi ut simplicissimam amplectimur; & sententia nostra vetustissimā.

‖ 1. Reg. 11.

h Gr. fieret in duo.

i Gr. neque futurus erat corruptus ab operibus suis.

‖ 2. Reg. 12.

k Græ. insipientiam populi & minutum intelligentia.

[2] id est, induxit ad defectionem facto insipiēte suo eamque arreptam constabilivit Jarobham.

Caput XLVIII.

1 ‖ Surrexit verò Elija Propheta tamquam ignis, cujus sermo tamquam fax ardebat:

2 Qui induxit in eos famem validam, & zelo suo [1] paucos effecit eos:

3 Sermone Domini cohibuit cælum, ‖ & deduxit ignem ter è cælo.

4 Quam gloriosus effectus es, Elija, mirabilibus *factis* tuis? & quis par tibi *est* unde glorietur?

5 ‖ Qui mortuum excitasti è morte, & è sepulcro animam sermone Altissimi:

6 Qui deduxisti reges in perditionem, & gloriam adeptos è cubili ipsorum:

7 ‖ Qui audivisti in Sinai redargutionem Domini, & in Chorebo judicia ultionis:

8 ‖ Qui unxisti reges ut retribuerēt, & Prophetas successores post te:

[1] Nempe exorata fame à Deo, qua enecti sunt multi

‖ 1. Reg. 17.

‖ 2. Reg. 1.

‖ 1. Reg. 17.

‖ 1. Reg. 19.

‖ 2. Reg. 2.

9 Qui assumtus es ignis turbine, curru *a* equis igneis vecto.

10 [2] Qui cōscriptus es *b* fore redargutioni in *sua* tēpora, ut sedares *c* iratum judiciū Domini furore conjunctum, ut conveteres cor patris ad filiū, & constitueres tribus Jaakobi.

11 Beati qui viderunt te, & qui obdormiverunt cum dilectione *tui*:

12 [3] Etenim nos *d* planè victuri sumus.

13 Elija ut tectus fuit turbine, similiter Elischah implet⁹ fuit spiritu sancto, adeò ut diebus suis non fuerit commotus à principibus, neque dominio abusus sit in eum quisquam:

14 Ulla res non superavit illum. sed *e* quum obdormivisset, ‖ prophetavit corpus illius:

15 Et in vita sua fecit portenta, & in morte sua mirabilia opera sua.

16 Ad ista omnia non resipuit populus, neque abstiterunt à peccatis suis, donec cum depopulatione abducti sunt è terra sua, & dispersi in tota terra.

17 Ita relictus est populus perpaucus, & princeps in domo Davidis:

18 *Quorum* quidem fecerunt alii quod placet *Deo*, alii verò *f* peccaverunt plurimùm.

19 ‖ Chizkija munivit civitatem suam, & introduxit in medium illius aquam: fodit ferro præcipitem *rupem*, & fontes exstruxit *g* ad commoditatem aquarum.

20 ‖ Tēporibus ejus ascendens Sancherib, misit Rabschakem à Lacischo; & movens manum suam contra Tzijonem cervices extulit superbia sua:

21 Tunc commota sunt corda, & manus illorum, indoluerūntque ut parturientes:

22 Et invocaverunt Dominum misericordem extendentes manus suas ad ipsum:

23 Et sanctus è cælo exaudiens eos, liberavit eos *metu h* per Jeschaijam.

24 Cæcidit castra Assyriorum, & contrivit eos angelus ipsius.

25 Fecerat enim Chizkija quod placet Domino, & confirmaverat se in viis Davidis patris sui prout mandaverat Jeschaija Propheta ille magnus & fidelis in visione sua.

26 *i* Temporibus [4] ‖ ejus retrogressus est sol, & addidit vitam regi *Deus*.

27 Spiritu magno vidit res vltimas, & consolatus est lugentes Tzijone:

28 Res in seculum usque futuras ostendit, & res absconditas antequàm advenirent illæ.

a Gr. equorum igneorum.

[2] hic locus inscientiam auctoris redarguit cæcutientis in promissionib⁹ de regno Christi: existimavit enim ipsum Elijam iterum venturum esse, prout in speciem ipsi videbatur dicere Maleachi sub finē prophetiæ, unde hæc omnia desumta sunt. Nos verò meliùs ex Testamento novo didicimus Joannem Baptistam alterū fuisse Elijam, qui in spiritu ac virtute Elijæ venerit ad præstanda hęc omnia: vide suprà in 46. 23. hic autem ἐλεγμοῖς legimus, atque ita legendum esse cōfirmamus.

b Gr. redargutio.

c Gr. iram judicii cū furore.

[3] puta qui diligimus te, & ministerium tuū accepturi sumus: sic ostendit auctor amplius se fretum esse ejusdem Elijæ exspectatione.

d Gr. vita.

e Gr. in dormitione.

‖ 2. Re. 2. & 13.

f Græ. multiplicaverunt peccata.

‖ 2. Chron. 32.

g Gr. ad aquas.

‖ 2. Re. 18. & 19.

h Gr. manu Jeschaijæ.

i Gr. diebus.

[4] nempe Jeschaijæ, de quo jam sermo instituitur reliquo capite.

‖ 1. Reg. 20.

Caput XLIX.

1 Memoria Joschijæ *similis* comparato ad compositionem suffitus operi unguēntarii,

2 In omni ore tamquam mel suavis est, & tamquam *instrumenta* musica in convivio *a* lauto:

3 Is ad rectum adductus *b* quando conversus est populus, ‖ sustulit res abominandas *c* & iniquissimas:

4 Direxit ad Dominum cor suum, temporibus iniquorum corroboravit pietatem.

5 Præter Davidem, & Chizkijam, ac Joschijam omnes delictum commiserunt:

6 Relinquentes enim legem Altissimi reges Jehudæ dereliquerunt eum.

7 Dedit [1] cornu illorum aliis, & gloriam illorum genti alienæ:

8 Incendit electā civitatē sanctificationis, &

a Gr. vini.

b Gr. in cōversione: populi.

‖ 2. Reg. 23.

c Gr. iniquitatis.

[1] id est, robur: ut in scriptura passim.

& desolavit vias illius *d* [2] ad manum Jirmejæ.

9 Nam afflixit ipsum, quamvis ‖ in utero ipse sanctificatus esset Propheta ad eradicandum, affligendumque, & perdendum; similiter ædificandum, & plantandum.

10 ‖ Jechezkelis, qui vidit visionem gloriæ quam ostendit ipsi insidentem currui Cerubinorum.

11 (Etenim meminit inimicorum [3] *e* perfusorum imbre, & correxit eos qui spectabant vias rectas)

12 Et duodecim Prophetarũ sit memoria *f* conjuncta benedictionibus.

13 Quomodo magnificè extollemus ‖ Zerubbabelem? qui *quidem est* tamquam sigillum ad manum dexteram:

14 Similiterq; Jehoschuali filius Jehotzadaki, qui temporibus suis ædificaverunt ædẽ, & extulerunt templum sanctum Domino, paratum ad gloriam *g* perpetuam.

15 Inter electos quoq; fuit Nechemja, cujus plurimùm *exstat* memoria: qui excitavit nobis muros collapsos, restituitque portas & vectes, & instaurav. t areas ædium nostrarum.

16 ‖ Nemo creatus est ejusmodi in terra, qualis fuit Chanoc: etenim assũtus est è terra:

17 Neque par Josepho fuit vir dux fratrũ *suorum*,

18 Statumen populi, cujus ‖ ossa *h* curata sunt à Domino.

19 Schem & Scheth inter homines gloriã adepti sunt, & supra universum in creatione Adam.

[d] *Gr. in manu Jirmejæ.*
‖ *Jirmeja 1.*
‖ *Jechez. 1.*
[e] i. eo vivente & videntε. adeo ut particeps quoque afflictionum fuerit. *v. seq.*
[3] i. obrutorũ calamitatibus à Domino, tãquam imbre vehementissimo aut diluvio quodam: sic duabus partibus concludit Jechezkelis prophetiam.
[f] *Gr. in imbre.*
[f] *Gr. in benedictionibus.*
‖ *Chaggai. 2. 23*
[g] *Gr. seculi.*
‖ *Genes. 5.*
‖ *Genes. 49.*
[h] *Gr. visitata.*

CAPUT L.

1 [1] SChimion filius Chonjæ sacerdos magnus, qui in vita sua sartam tectam ædem præstitit, etiam diebus suis populum confirmavit:

2 Et ipso auctore fundata est altitudo *a* duplicis loricationis, alta lorica templi.

3 *b* [2] Temporibus ejus minora fuerunt cõceptacula aquæ, *c* æneum tamquam lacus, tripli capax *confectum est*.

4 Qui curavit populum suum à casu:

5 Qui corroborans civitatem & [3] circummuniens, gloriam adeptus es in conversatione populi:

6 *d* Exeundo [4] ex æde cui velum obductum est tamquam astrum matutinum inter nubes, tamquam Luna plena temporibus suis *exstitisti*:

7 Et tamquam arcus perlustrans nebulas gloriæ:

8 Tamquam Sol refulgens in templo Altissimi, tamquã flos rosarum *e* quo tempore exsistunt novi, tamquam lilia ad *f* ripam aquę, tamquam germen Libani diebus æstivis,

9 Tamquam ignis & thus in acerra:

10 Tamquam instrumẽtum ex auro solidè malleatum, quovis lapide pretioso ornatum:

11 Tamquam olea decora progerminans fruct[5], & tamquam cupressus exaltata ad nubes; quum assumeret ipse stolã gloriæ, indueretq; *g* consummatæ gloriationis ornamẽta;

12 In ascensu altaris sancti [6] glorificavit amictum sanctificationis.

[a] Is videlicet qui historicorum omniũ consensu Justus appellatus est, itemq; Priscus; filius Chõjæ nepos illius Jaddusiæ qui obviã legitur processisse Alexãdro magno.
[e] *Gr. duplex receptio, sive analemma.*
[b] *Gr. diebus: sic deinceps.*
[2] id est, adeò frequens fuit Dei cultus, ut labra pristina nõ fuerint satis ad lotiones sacras. quamobrem lacum ex ære ingentem & capaciorem multo curavit fieri:
[c] *Gr. æs tamquam maris.*
[3] Græca vox non tantùm obsidere est sive munire ad oppugnãdũ; sed etiam ad propugnãdũ. Est enim πολιορκεῖν τὴν πόλιν ἐρεῖς περιβάλλειν, & πολιορκία πόλεως φυλακή, ut interpretatur Phavorinus.
[d] *Gr. in exitu ædis veli.*
[4] i. è sanctuario: periphrasis.
[e] *Gr. diebus novorum* florum.
[f] *Gr. exitum.*
[g] *Gr. consummationem gloriationis.*
[6] i. non turpificavit impietate aut impuritate, ut alii, sed sanctitate vitæ decoravit.

13 Quum autẽ acciperet [6] membra è manu sacerdotũ, ipse quoque stans ad focum altaris,

14 (Circa eum corona fratrum *versante* tãquam germine cedrorum in Libano, qui circumdabant eum tamquam stipites palmarũ, omnibus inquam filiis Aharonis *h* indutis gloria sua,

15 Quorum in manibus erat oblatio Domini coram tota Ecclesia Jisraelis) *i* denique ministrans super altari ad ornandum oblationem omnipotentis Altissimi,

16 Extendit ad *k* craterem manum suam, & libavit de sanguine uvæ:

17 Effudit supra fundamenta altaris odorem *l* suavem Altissimo regi omnium.

18 Tunc exclamantes filii Aharonis insonuerunt tubis ductilibus, facientes ut audiretur vox magna ad monimentum coram Altissimo.

19 Tunc universus populus promiscuè festinans prociderunt super faciem in terram, ut adorarent Dominum suum omnipotentem Deum Altissimum;

20 Laudaveruntq; cantores vocibus suis, cum sono plurimo suave effectum est melos:

21 Et oravit populus Domini Altissimi oratione coram *Deo* misericorde, donec cõsummatus esset ornatus Domini, & ministerium illius absolvissent.

22 Tunc descendens extulit manus suas super totam Ecclesiam *m* Jisraelitarum, ut daret benedictionem Domini labiis suis, & in nomine illius gloriaretur.

23 Quamobrem repetiverunt adorationẽ, ut acciperent benedictionem ab Altissimo.

24 Nunc ergo benedicite Deo omnium, qui res magnas solus ubiq; facit, qui altè evehit dies nostros inde ab utero, & agit nobiscũ pro misericordia sua:

25 *Et orate* ut sit pax temporibus nostris in Jisraele *n* quamdiu futuri sunt dies seculi, ut fidem apud nos confirmet misericordiæ suæ; & diebus nostris liberet nos.

26 [7] Duabus gentibus offenditur anima mea, etiam tertia non est gens:

27 Qui resident in monte Schomronis, & viri habitantes Pelischthæum, & [8] populus stultus Schecemi habitans.

28 Eruditionem intelligentiæ & scientiæ exaravit in libro hoc Jesus filius Siraci Hierosolymitanus, qui profudit imbrem sapientiæ ex animo.

29 Beatus qui versatur in istis; & qui indit ista cordi suo, efficietur sapiens.

30 Si enim fecerit ista, valẽs erit ad omnia, quia lux Domini *aderit* vestigio ejus, qui piis tradit sapientiam.

31 Benedictus Dominus in seculum: *o* amen, amen.

[6] nẽpe sacrificiorũ, ex lege.
[h] *Gr. in gloria.*
[i] *Gr. ad cõsummationem, ut sup. 43. 29.*
[k] *Gr. libatorium.*
[l] *Gr. boni odorii.*
[n] *Gr. secundum dies seculi.*
[7] i. duobus gentium generibus, quarum alię corruptam & cõmixtam ex Jehudaismo & paganismo religionem habent, aliæ verò purè paganicam.
[8] nam præter Samaritismũ (ut vocat Epiphanius) huic populo accesserũt alia per sceleratum illum transfugam Menaschem, cujus in Nechemjã meminimus; sed hoc genus indignum esse dicit populi nomine.
[o] *Gr. fiat, fiat: sic enim septuaginta reddiderunt.*

CAPUT LI.

Oratio Jesu filii Siraci.

1 CElebrabo te, Domine rex, & laudabo te Deum servatorem meum:

2 Celebrabo nomen tuum, quoniam protector & adjutor fuisti mihi, & liberavisti corpus meum è perditione,

3 Et è laqueo *a* calumniantis linguę, à labiis operantibus mendacium, & adversus eos qui obstiterunt mihi fuisti adjutor:

[2] *Græc. calumniis.*

4 Liberavisti inquam me pro multitudine misericordiæ nominis tui, è rictibus paratis ad devorationem.

5 E manu quærentium animam meam, è compluribus afflictionibus quas habui,

6 E *b* suffocante igne circumquaque, è medio igne, *ita ut* non fuerim exustus,

7 Et [1] e profundi ventre, atque è lingua immunda, & à sermone mendace, à calumnia apud regem per linguam injustam.

8 Appropinquaverat ad mortem usque anima mea.

9 Et vita mea erat propinqua sepulcro infimo:

10 Circumdederant me undiq;, nec erat qui adjuvaret: aspexeram ad defensionem hominum; sed non erat.

11 Itaq; recordatus sum misericordię tuę, Domine, & operationis hujus à seculo,

12 Te eximere eos qui patienter sustinent, & servare eos è manu inimicorum.

13 Et extuli ab ira altè supplicationem meam, & à morte liberationem rogavi,

14 Orás [2] Dominum patrem Domini mei, ne derelinqueret me die afflictionis, tempore superborum, quo deficiebar auxilio.

15 Laudabo nomen tuum assiduè, & cantabo te celebratione, quòd exaudita fuit oratio mea.

16 Nam servasti nos è perditione, & eximisti me è tempore mali.

17 Propterea celebrabo atque laudabo te, & benedicam nomini tuo, Domine.

18 Quum adhuc junior essem, antequam oberrarem, quæsivi sapientiam manifestò oratione mea:

19 Coram templo oravi pro illa; & ad extremum usque requisiturus sum illam.

20 Tamquā de flore dematurescente uva; lętatum est cor meum de illa: ingressus est pes meus *c* rectà, à juventute mea investigavi illā,

21 Inclinavi aurem meam parumper, & accepi.

22 Multamq; adeptus sum mihi eruditionem: progressio à me facta est in illa.

23 Et qui tribuit mihi sapientiam, potentiam tribuam.

24 Cogitavi enim de exercēda illa, & ęmulādo bono, & haudquaquam pudore afficiar.

25 Decertavit anima mea de illa, & [3] effecta fame accuratè incubui,

26 Manus meas extendi in sublime, quum ignorationes de illa animadverti:

27 Animam meam direxi ad illam, & *d* purificatus inveni illam:

28 Cor posledi eōjunctum illi inde à principio:

29 Propterea nequaquam derelinquar.

30 Et cor meum turbatum est in quærēda illa, propterea comparavi possessionē bonam.

31 Dedit dominus linguam [4] *e* ut sit merces à me; itaque ea laudabo ipsum.

32 Appropinquate ad me, ô ineruditi, & commoramini in eruditionis domo.

33 Quare cunctamini? aut quid dicitis *f* intereà? cùm vestræ animæ sitiant valdè.

34 Aperto ore meo loquutus sum, comparate vobis sine argento *sapientiam.*

35 Collum vestrum supponite jugo, & suscipito anima vestra eruditionem: propè est ut inveniatis eam.

36 Aspicite oculis vestris me laboravisse, & mihi ipsi requiem multam invenisse.

37 Participes estote eruditionis [5] cum magno numero pecuniæ, & multum auri possidete cum ea.

38 Lætetur anima vestra de misericordia [6] illius, & ne pudeat vos laudationis illius.

39 Operamini opus vestrum [7] ante tempus *illud*, & dabit mercedem vestram suo tēpore.

[1] Gr. suffocatione ignis.

[1] id est, ex imis inferis; ut ipse loquitur infra versu 9.

[2] manifesta distinctio Patris & Filii: ut procedente tempore magis magísque innotuit trinitatis mysterium, quē admodū observavimus 1. Schem. 7. Danijel. 9 & Chaggai 2. & aliis locis.

[c] Gr. in rectitudine.

[3] i. quū ea gustata amplius esurirem & sitirem illam: metaphora elegans.

[d] Gr. in purificatione:

[4] i. ut ea demū compēsatione agnoscam beneficentiā ipsi[9] erga me, & laudationē pro mercede retribuam ei.

[e] Gr. mercedē meam.

[f] Gr. in his.

[5] i. quæ eruditio est maximarum divitiarum loco, & veras confert divitias.

[6] nempe Dei, ut Græcæ vocis apertè distinguit gen[9].

[7] nempe quo Deus (ut mox subijcit) singulis mercedem suam de cursa hac vita daturus est, justus judex, & solus sapiens, atque benedictus in sempiterna secula.

Πάντοτε δόξα Θεῷ.

Quintæ partis Bibliorum, sive libr. Apocryphorum,

FINIS.